

Handwritten mark

Handwritten mark

1656121X

REVEREI
TRISDOMIN

to Segouiensis Theologi, ordinis
rum, In Dialecticam Aristot
Commentarij.

EDITIO POSTREMA, NVNC RECENS
recognita, ac mendis compluribus, quàm maximè fieri po-
curatissimè repurgata.



SALMANTICAE,
In ædibus Domini à Portonarijs. S. C. M. Typògraphi.
M. D. LXXIIII.
CV M PRIVILEGIO.

Esta tassado en

Re. 10.

1626121X

L R E Y.

de vos Fray Iuan de Salinas, Prouincial de la orden de Sãto Domingo de Castilla, nos ha sido fecha relacion que nos dimos licencia y Domingo de Soto, hijo professo del Monesterio de Sant Pablo de la ciudad de Salamanca, ya defunto para que por cierto tiempo, el y no otra persona pudiesse imprimir los libros de Iustitia & Iure, y el Quarto de las Sentencias, y otras obras molde de la dicha impresion vendiella a cierto precio y no mas, y despues a pedido del Prior Frayles y Conuento del Monesterio de Sant Pablo de Burgos por cedula y siete de Mayo, del año pasado, de mil y quinientos y sesenta y vno prorogamos el o en la dicha licencia, por otros cinco años mas, segun mas largo en las dichas cedula del dicho tiempo resta poco por passar, suplicando nos que teniendo consideracion a Domingo era como dicho es hijo y professo en el dicho Monesterio de Burgos, manteniendo el dicho termino por mas tiempo, para que el dicho Prior, Frayles y Conuento del y no otra persona pudiesse imprimir los dichos libros y obras, o como la nuestra mercatando lo suso dicho y por la particular deuocion que auemos al dicho monesterio, y honra que tenemos de la vida y exemplo de los Religiosos del lo auemos tenido por bien. e por hazer bien y timosna al dicho Monesterio prorogamos y alargamos el dicho termino cinco años mas, que se cuenten desde el dia que el dicho termino se cumplio, o cumpliere antes el qual dicho termino damos licencia y facultad al dicho Prior, Frayles, y Conuento del Monesterio de Sant Pablo de Burgos, o a la persona que su poder ouiere, para que puedan imprimir estos nuestros Reynos los dichos libros y obras, al precio, o segun y como esta mandado en las dichas cedula. Y mandamos que durante el dicho tiempo de los dichos cinco años desta prorogacion ninguna persona pueda imprimir ni vender los dichos libros, sino el dicho Prior, Frayles, y Conuento, o personas que su poder ouieren, so pena que pierdan la impresion que hiziere, o vendiere, o aparezca con que lo hiziere, y mas incurras en pena de diez mil maravedis, la tercia parte para el que lo acusare, y la otra tercia parte, para el Iuez que lo sentenciare, y la otra tercia parte para nuestra camara. Y mandamos a los del nuestro consejo y a otras justicias y juezes qualesquier que guarden y cumplian y fagan guardar y cumplir esta nuestra cedula, y lo en ella contenido. Fecha en el Bosque de Seouia, a quatro de Octubre de mil y quinientos y sesenta y seys años.

Y O E L R E Y.

Por mandado de su Magestad. Francisco de Erasso.

NON Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leõ, de Aragõ, de las dos Sicilias de Hierusalem, de Navarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas de Seuilla, de Cerdeña, de Cordõna, de Corcega, de Murcia, de laen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, Condè de Flandes, y de Tirol. &c. Por quanto por parte de vos Domingo de Portonarijs impresor de libros vezino de la ciudad de Salamanca, nos fue hecha relacion diziendo que vos teniades necesidad de imprimir vn libro intitulado las Summulas y Logica Philosophia, que auia compuesto Fray Domingo de Soto. El qual era muy util y prouechoso por ende que nos supplicauades os diessimos licencia y facultad para que lo poder imprimir, o como la nuestra merced fuesse, lo qual visto por los del nõo Consejo, y como por su mandado se hizieron las diligencias que la pragmatica por nos nueuamente hecha sobre la impresio de los libros dispone, fue acordado que de uiamos mandar dar esta nuestra carta paravos en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente os damos licencia y facultad para que por esta vez podays imprimir el dicho libro por el original que en nuestro Consejo se vio que va rubricado y firmado al cabo de Pedro del Marmol nuestro escriuano de camara de los q en el reliden sin por ello caer ni incurrir en pena alguna, con que despues de impresso no se pueda vender ni venda sin que primero se trayga al nuestro Consejo juntamente con el original para que se vea si la dicha impresion esta cõforme a el, y se os de licencia para lo poder vender y se tale el precio que por cada volumen ouieredes de auer so pena de caer e incurrir en las penas conchidas en la dicha pragmatica, y leyes de nuestros Reynos. De lo qual mandamos dar y dimos esta nuestra carta sellada con nuestro sello e librada de los del nuestro Consejo dada en Madrid, a treynta y vn dias del mes de Agosto, de mil y quinientos y setenta y tres años. Va lo en como por su mandado Reynos va sobreraydo y como por su mandado Reynos vala.

El Doctor Velasco.

El Licenciado fuecn Mayor.

El Doctor Francisco de Villafañe.

El Licenciado Rodrigo Vazquez Arce.

El Doctor Aguilera.

I L L V S T R I S S I M O, A C
Reuerendissimo. D. D. Ioanni à Toledo, Cardinali Burgensi, ex ordine Prædicatorum assumpto, suus Frater Dominicus Soto. S.



INTER ALIA QVAE DE Chryssippo illo Tharsensi, Stoicorum secundum Zenonem principe comemorant, Præsul amplissime, vel id in eius laudibus ponunt, & Dialecticarum considerationum volumen, anno ætatis quadragesimo cœptum, non ante octogesimum absolutum exhibuerit.

Nam cum seculum illud maiores non tulisset disciplinas, quibus sua mortales studia feliciter collocarent, dignam tunc temporis æstimabant Dialecticam, de qua nemo nisi homo & acutissimus, & in omni præterea Philosophia versatus scriberet. Ego verò nullam mihi accessionem aut dignitatis aut laudis factum iri spero, & post duodecim, Theologiam legendo, exactos annos, in tanta bonarum literarum fruge, hoc demum ætatis Dialecticam seriò reuiferim, tractauerim, ædiderim. Verum enim uerò cum annis superioribus, dum Summularum ludum Dialecticæ tyronibus dabam, hos subinde fuerim Aristotelis Commentarios pollicitus, non potui promissi non habere rationem: atque adeò dignum duxi de stas mihi studijs horas aliquot tandem succidere, quibus meam astrictam fidem liberarem. Nec uerò est quod me suscepti consilij pigeat: si id modò præstitero, quod in animo constitui. Etenim cum magna fuerit hinc retrò annis scriptorum frequentia, tamen (quod salua eorum existimatione & autoritate dixerim) alium fortè scribendi stylum pro sua eruditione tenere potuissent, quo Dialecticæ studiosis multò fuisset melius consultum. Nihil enim quicquam negotij suscepisse videntur, quàm S. Thomæ, Scoti, & nominalium placita, & id quidem absque luce, sine examine,

A 2 citraq;



citraque delectum recensere. Vt modò illa subiticeam, quæ S. Thomæ & Scoto falsò frequentissima impingunt. Neque ad interrogata certi quicquam respondent: sed tunc præceptoris munere perfunctos se esse iudicant, cum miseros discipulos in hoc opinionum triuio ambiguos, hærentesq; relinquunt. Quam nimirum mētis oculis offusa caligine, nihil aliud quam veritatis lumē eripiunt. Adde quòd monstrorum turbam, quæ suis cuiusque locis agitata mitiora fuissent, in ipsum statim vestibulū proferunt: quibus qui Dialecticam adire cupiunt, ingressu arceantur. Absit hæc dixerim Patrone Reuerendissime, vt de cuiuspiam honore detractum iri velim: sed quo meum consilium & institutum exponam. Statui nanque pro ingenio & exiguitate mea Aristotelem, cum primis hac tempestate iacentem atque neglectum, scholis restituere: mox ad quæ sita Dialectica certum aliquid, quanto possem lucidius, respondere: quod adolescentes, dum non meliora probauerint, tenere interim possint. Et quando integrum non fuit à quæstionibus illis, quas de medijs Metaphysicis depromunt, penitus abstinere, quod proximum fuit, quam licuit rarissimas, submouimus: atque adeò, quem rei difficultas ferebat, stylo digessimus. Præclare mecum actum ducerem Illustrissime Domine, si labor hic noster, cum in clytæ, suoque iure & merito toto iam orbe celebratæ, quæ me à puero instituit Complutensi Academiæ, tum celeberrimæ huic nostræ, omnique scientiarum gente florentissimæ Salmanticensi, cuius publicum stipendium mereo, tum etiam sacro ordini nostro probaretur: nam tunc non censeretur indignus, qui tuo fuisset nomini dedicatus. Vale.

3
Commentarij Fratris Dominici Soto Segobienfis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiae Professoris, in Dialecticam Aristotelis.

QVAESTIO PRIMA PROOEMIALIS, Vtrum Logica sit scientia necessaria.



Commentarios in

Dialecticam Aristotelis auspicantes, nihil aliud, quam operæ præmiserimus. An res sit. Verum enim vero cum in numero scientiarum nihil debeat esse aut diminutum aut redundans: idem est quærendum, an talis scientia sit quod quærendum, an sit necessaria. Atque adeo prima quæstio quæ in hoc prooemio se nobis offert, ea nimirum est, vtrum Dialectica sit scientia necessaria. Nempe vt intelligamus quæ necessitate, aut commoditate fuerit Dialectica à Philosophis excogitata. Nam quòd non fuerit necessaria, sunt argumenta non nulla. Primum, aut Dialectica est necessaria propter se, aut propter alias scientias. Non propter se. Quia Dialectica non est cognitio rerum diuinarum, aut humanarum: naturalium, aut moralium: quæ scientiæ sunt necessariæ propter se, aut propter officia vitæ. Quare Aristoteles. 1. Metaph. text. 15. (vt exponit Commentator) non vocat eam, scientiam, sed modum sciendi. At quòd non sit necessaria propter alias scientias, arguitur. Nam id præsertim est: quia docet definire, diuidere, & argumētari in alijs scientijs, ac denique inter verum & falsum discernere: sed hæc omnia quæuis scientia docet in propria materia (tradit enim Theologia, v. g. proprias definitiones & rationes de diuinis: & Philosophia de naturalibus: & reliquæ suo modo) ergo in hunc vsus non est necessaria alia (specialis scientia) Et confirmatur hæc ratio. Si ad Dialecticam pertineret verum à falso discernere, tunc ad Dialecticos deferendum esset, vt de omnibus rebus tum diuinis tum humanis iudicarent: & non ad Theologos, Jurisconsultos, Philosophos naturales: quod tamē absurdum est dictum. Secundo arguitur. Experientia comperitum est, illos viros scientijs alijs fuisse præditos sine adminiculo Dialecticæ. tum Iurificosultos (qui cum nihili faciant Dialecticam, habent nihilominus peritiam iuris) tum maxime nonnullos ex doctoribus sacris, quibus videntur admodum Dialecticæ diligentes, cum tamen scientias omnes alias redoleant: vt sunt Ambrosius, qui canebat, à Logica Augustini libera nos Domine. Gregorius, Bernardus, alij: id genus. Imo vero ante Platone & Zenonem qui fuisse dicuntur inventores Dialecticæ, fuerunt illi septē sapientes, quos Græcia iacet sine Dialecticæ: ergo Dialectica non est necessaria propter alias

scientias. Confirmatur. Si Logica esset necessaria ad acquirendas scientias, tunc cum ipsa Logica sit scientia, vt quæstione sequenti constabit, fieret vt neq; ipsam possemus acquirere sine alia Logica: atq; adeo procedendum esset in infinitum. Tertio arguitur, vna pars Dialecticæ est sophistica & cauillatoria: quam tradit Aristoteles in libris Elencho. Vbi technas permultas docet, modosq; fallendi in disputatione: sed Sophistæ, & diuinis literis damnantur & humanis. Qui enim sophisticè loquitur, odibilis est. Ecclesiæ. 37. Et Socrates quem sapientissimum ipse pronuntiauit Appollo, Gorgiam ceterosq; id genus Sophistas ludibrio habuit, vt ex Platone colligit Cicero libr. 2. de finibus: ergo Dialectica perniciosa est, tantum abest vt sit necessaria. Quarto & postremo arguitur Logica non sit ante alias scientias necessaria. Docet Aristoteles. Primo Physicæ. 2. Hanc nobis natura inuitam esse viam, vt à notioribus nobis & facilioribus exordiamur. Et. 5. Metaphysicæ. 1. In doctrinis (inquit) inchoandum est vnde quis facilius discat. Dialecticæ vero difficillima est: vt pote quæ circa recondita opera intellectus versetur: ergo non est ab illa inchoandum: atque adeo neque est ante alias scientias necessaria. At vero in contrarij est authoritas Arist. 1. Topi. cap. 2. vbi docet Dialecticæ esse vtilem ad tria: nempe ad exercitatioes, ad colloquia & ad eas, quæ secundum Philosophiam sunt, disciplinas.

Circa quæstionem hanc ne

ignorantia nominum (quod ait Aristot. 1. Elencho.) faciat nos hallucinari, prænotandum est primum omnium iuxta doctrinam ipsius. 1. Post. text. 2. quid nominis logicæ, atque Dialecticæ. Logica nomen est Latine receptum (quod meminit Isidorus libr. 2. Etymol.) à logos Græce: quod inter alia multa, & sermonem significat, & rationem, vnde Logica idem pollet quòd scientia sermocinalis, seu, scientia rationalis. Et differunt huiusmodi scientiæ ratione obiecti & finis. Nam finis scientiæ sermocinalis est proprietas sermonis: vt rectè, ornate, aut figuratè loqui: qualis est finis Grammaticæ, Rhetoricæ & Poësis: quæ proinde sunt scientiæ sermocinales: atque adeo comprehenduntur nomine Logicæ. Sed finis rationalis scientiæ est intelligere: qualis est finis Dialecticæ: quæ licet tractet de vocibus, id tamen tractat, quatenus sunt huiusmodi conceptuum: vt docet Auicena prima parte Logicæ capit. 3. At vero, quia finis etiam Rhetoricæ & Poësis, propter sermonem, est opus rationis, vt pote persuadere veritatem coniecturis & representationibus, fit vt utraq; itidem numeretur inter scientias rationales. Vnde in illa antiquissima diuisione Philosophiæ in Physicam, i. naturalem: Ethicam, i. moralem: Logicam, i. rationalem, sub tertio membro comprehenduntur Rhetorica, Poësis & Logica. Do. Soto. A 1 Diale.

Sciatur per se quod si in se non sit scientia, non potest esse scientia. Sciatur per se quod si in se non sit scientia, non potest esse scientia. Sciatur per se quod si in se non sit scientia, non potest esse scientia.

quæstio an sit de se præsupponi ad alia quæstiones atque in quæstione scientiæ cum iam sit de scientiam et de necessitate quoniam quælibet scientia agit de necessarijs id est in quibus utitur in scientia necessaria

Multi faciunt inueni per se in se finis dialecticæ aut se in se finis aut se in se finis aut se in se finis

Logica. Differt inter scientias ratio & sermo.

Dialectica: vt notat Hieron. Homil. 1. super Cantica. Et ideo S. Tho. in principio statim posteriorum distinguit Poenā Rhetoricā & Logicā tanq̄ tria opera rationis.

Diferen-
ter Logicā,
Rhetoricā,
& Poemā.

Et quanquam posset quaestio

presens tractari de Logica, hoc modo generaliter dicta: tamen ad nostrū propositum, solam pertinet Logica: vt distinguitur contra Rhetoricā & Poemā. Quae differunt dupliciter: Primo ratione finis & materiae. Finis in Logica, vt docet illic S. Tho. est facere vel certam scientiam ex necessarijs & vniuersalibus, vt in lib. Poster. vel fidem saltem humanam seu opinionem, vt in libris Topic. Sed Rhetorica non necesse habet generare semper, vel opinionem, sed satis est si suspicionem faciat: & id de rebus particularibus: vt si Milo occidit Clodium, &c. quae proinde vtitur coniecturis in particulari. Poemā vero generat & amorem virtutis & odium vitiorum, per modum representationis: veluti cibus ostensus generat, vel appetitum sui vel horrorem. Secundo differunt ex modo procedendi. Nam Dialectica, vt docet Arist. i. principio Rhetoricā, est compendiosior, Rhetorica vero extensior. Quod enim Dialectica breuissimo syllogismo tribus terminis concludit, id Rhetorica pluribus verbis explicat & amplificat. Ob idque & Arist. illic & Zeno, qd Cicero. 1. libro de Legibus commemorat, Dialecticam comparabant pugno confectis, Rhetoricam vero extē. La palma. Atque adeo Varro, Est (inquit) Dialectica ad differendas res acutior, Rhetorica vero ad illa quae innititur docenda, facundior. Secundo notandum est, qd dialectica proprie dicta: non enim extenditur quantum Logica, imo est pars ipsius. Diuiditur enim Logica (vt author est Cicero in lib. Topico.) in Dialecticam & Topicam: vt Dialectica sit illa pars Logicae quae est iudicativa: Topica vero ea, quae est inuentiua. Prima pars tradit in libris Priorum & Posteriorum: vbi docetur quem admodum de vnaquaq; re iudicandum sit per resolutionem in sua principia necessaria: iudicium banque proprie non sumitur nisi de necessarijs: vt docet S. Thom. in principio Posteriorum. Altera traditur in libro Topicorum vbi docentur loci & sedes argumentorum: vt vnusquisque abusus det medijs, ad persuaadendum quancunque veritatem: per locum a definitione, a diuisione, a genere, &c. Quanquam in alia significatione distinguitur syllogismus Dialecticus a demonstratiuo: vt demonstratiuus sit qui procedit ex necessarijs, Dialecticus qui procedit ex probabilibus. At vero iam Doctores promiscue vtuntur vtroque nomine: vt idem sit Logica & Dialectica. Et ita nos vtimus in proposito. Est ergo Dialectica, seu Logica, vt definit Isidor. 2. lib. Etymologiarum: scientia definiendi, inquirendi, & differendi: quae docet disputando quemadmodum vera & falsa iudicentur. Et de hac quaerimus an sit necessaria? Postremo circa eundem titulum quaestio notandum, quod necessarius (vt author est Aristote. 1. Metaph. text. 6.) multis modis dicitur secundum numerum causarum. Dicitur enim aliquid necessarius ab intrinseco ratione causa formalis aut materialis: vt necesse est hominem esse risibilem ratione formae: & esse mortalem ratione materiae. Secundo ab extrinseco: aut ratione causa efficientis, quod alio nomine dicitur violentum: vt necesse est sagittam sursum proiectam ascendere: est item necessarium ratione finis: idque dupliciter, aut simpliciter: puta sine quo non potest quis consequi finem: vt cibus necessarius est ad vitam: aut solum ad bonum & commodum esse finis, quod alia dicitur vtile, vt equus necessarius est ad iter.

Dialecti.

Necessarius.

Igitur ad quaestionem respon

detur quatuor conclusionibus. Prima conclusio. Dialectica est quodammodo hominibus necessaria primo modo, quasi a propria forma, & hominis natura dimanans, Probat. Dialectica est ars differendi ac ratiocinandi, vt modo dicebamus, sed homo inter vniuersas creaturas proprie est rationalis, vt pote cui natiuum sit, progressu quodam ac discursu rerum veritates peruestigare, & ex notis ad ignota procedere, vt visa. v.g. eclipse causam quaerere, ergo Dialectica est homini naturalis. Vnde Albertus in prologo Praedica. Logica, inquit, a natura incipit, sed arte perficitur. Et Victorius. Potentia facit habilem, ars vero factilem, vsusque potentem. Et Aristote. 1. Rhetorico. ait Dialecticam naturalem esse, quam omnes etiam illiterati participant, sed illa est ad artem reducenda. Quocirca angelis qui non indigent discursu ad cognoscendum (ea saltem quae naturaliter cognoscunt) non est Logica necessaria respectu illorum. Secunda conclusio. Dialect. est ad alias scientias conquirendas necessaria, & (vt inquit Albertus super Porphyrium ca. 3.) non solum est vtilis vt facilius acquirantur, sed simpliciter necessaria. Probat. Modus perquirendi scientias est per definitiones rerum, per diuisiones ac discursus, sed dialectica est ars quae docet definire, diuidere & argumentari: ergo dialectica est necessaria ad alias scientias, rationem hanc manifestat egegie. S. Thom. in princ. statim Post. Hominum, inquit, genus arte & rationibus viuunt, vt author est Aristot. 1. Meta. capi. 1. quo differt homo a ceteris animantibus, quae cum ratione non vigeant, nulla docentur arte, sed solum naturali instinctu agunt, ob idque homines ad diuersa officia diuersas artes excogitant, vt sculptoriam, ferrariam &c. At vero intellectus & ratio non solum ordinat exteriora opera, verum etiam disponit suos proprios conceptus in formam definitionis, syllogismi, &c. ergo ad hoc necessaria fuit ars quae dicitur Dialectica. Secundo probatur haec conclusio antiquissima authorit. Philosophorum qui necessitate adducti Dialecticam excogitarunt. Nam, vt notat Aristot. 1. Poster. & refert Cicero. 1. lib. Academicarum quaestio num, fuerunt ante Platonem, Democrates, Anaxagoras, Empedocles & alij in ea opinione, vt nihil possit ab hominibus sciri. Vnde illa vox Socratis, vnum hoc scio, me nihil scire. Et Archistilas & illud quoque negabat se scire. In quam certe opinio. inciderant ex incuria & ignorantia Dialectic. quae via est inquirendi scientias, cuius vis nondum erat illorum tempore cognita, vt meminit Aristot. 1. Metaph. text. 3. & lib. 1. 3. capit. 4. Quanquam & rerum etiam mutabilitatem in causa esse putabant, vt nihil de illis posset scire. Ob idque Plato, Aristot. & postea Zeno Stoicorum princeps Dialecticam vel inuenerunt, vel saltem ad perfectum perduxerunt, qua homines possent ceteras scientias adire. Vnde Diogenes Laertius, quauis lib. 1. de vitis Philosophorum dixerat a quodam alio antiquissimo Zenone Eleate nonnullum Dialecticam sumpsisse exordium, tamen lib. 3. de vita Platonis, Ex tribus illis, inquit, partibus Philosophiae: Physica antiqua fuit, accessit Socrates & adiecit Ethicam, tertiam Plato Dialecticam addidit. Et lib. 7. de Vita Zenonis Stoici, Tanti (inquit) faciebant Stoici Dialecti. vt solos Dialecticos appellarent sapientes. Et Isidorus lib. 2. Etymolog. capit. 24. Physicam, inquit, Thales milesius vnus ex septem sapientibus primus adpuit, sed Logicam Plato subiunxit. Veruntamen (vt ipse illic testatur capit. 22.) quanquam primi Philosophi in suis

Conclus. 1.

Conclus. 2.

*Nepud sic nomine
si dialectica
non intelligitur
autem natura
sed
utrumque
dicitur
fuit*

suis dictionibus Dialecticam habuerint, tamen Aristote. fuit qui illam in artem redegit, & ad regulas certas produxit, quod. 2. Elencho. capit. 9. insinuat. Nempe ante suam aetatem non fuisse artem dialecticam eam praesertim quae versatur circa syllogismos, sed ipse (inquit) Aristote. labore multo excogitauit. & Cicero lib. 1. Acad. quaestio num dicit tempore Socratis omnia illos philosophos dubitare nihil affirmare: sed tunc facta est ars disseredi quam minime probabat Socrates. Atque hinc abiit inuisum vt reor, artem syllogismorum quae in libris Priorum, Poster. & Topico. Elenchorum traditur, appellari artem nouam, quod eam Aristotel. inuenerit. Artem vero praedicamentorum & Perihiermenias, vocari veterem, vt adnotauimus in principio praedicamentorum. Tamen totius dialecticae in vniuersum princeps fuerit Aristotel. vt testatur Cicero. in lib. Topico. quia omnes eius partes in lucidam artem reuocauit. Tertio probatur conclusio. Nam quotquot antiqui philosophi in errores inciderunt, ex ignorantia dialecticae lapsi sunt. Primo Epicurus: quia nimirum fuit contemptor dialecticae, in errores incidit grauissimos vt adnotat Cicero. 2. lib. de finibus, & Boetius super Porphyrium. Enimvero, quia definire nesciebat quid esset summum bonum: illud in voluptatibus constituebat. Et Aristotel. primo Physico. Philosophos illos antiquos, tam absurde errantes circa principia rerum naturalium, cunctos subnotat ignorantiae logicae. Quia enim inquit, aequiuoca distinguere nesciebant, saepe in aequiuocis laborabant. Et re vera si rem ad haereticos qui fuerunt in ecclesia deducere lubet, compertum erit ex ignorantia dialecticae passim hallucinatos fuisse. Quare dialectica, vt ceterae artes liberales, admodum est in ecclesia necessaria. Vnde, 3. distinct. capitu. de quibusdam ab Eugenio papa in synodo captum est, vt episcopi curam & diligentiam habeant vt magistris & Doctores constituantur, qui studia liberaliumq; artium dogmata assidue doceant. Ultimo tandem probatur conclusio. Tunc vnquamq; rem scire putamus (vt inquit Aristotel. primo Physico.) cum causam in principia rei cognoscimus. sed cognoscere re per causam nemo potest sine Dialectic. quippe quae docet conclusiones in sua principia resolueret: ergo sine dialectica nullus est verè sciens, neque est aliqua vera scientia. Quo fit vt qui hac tempestate iuri vtrique student, certè quod sine cuiuspiam iniuria dixerim) veram scientiam non habent, sed meram fidem quam adhibent dictis doctorum. Non enim resper causas & principia comprobant, sed sola autoritate tenent. Vnde in longissimo tempore nihil nisi turbam opinionum comparant: cum tamen antiqui Iurisperiti non autoritatibus solum, sed rationibus agebant. Vnde eleganter Cicero. de claris Oratoribus, Seruum Sulpitium vniuersis Iurisperitis illius temporis anteposit. Qui tamen, inquit, nonquam ad tantam iuris scientiam peruenisset, nisi Dialecticam didicisset: quae doceret rem vniuersam distribuere in partes, latentem explicare definitiōem, obscuram explanare interpretando, ambiguam primum videre, dein de distinguere: postremo habere regulam qua vera & falsa iudicentur. & quae, quibus propositis, essent: quae que non essent consequentia. Et inferius & alibi saepe dicit sine Dialectica iustam eloquentiam quae iurisperitis necessaria est neminem consequi posse. Et Plato. 7. lib. de repub. dicit ad omnes scientias & artes necessariam esse Dialecticam atque adeo ad ipsam diuinam summi boni contemplationem. Et Augustinus libro. 2. de ordine. capit. 13. disciplina, inquit, disciplinarum quam Dialecticam vocant: haec docet docere: haec docet discernere:

Ars Logica
noua & veteris.

haec ipsa ratio demonstrat, atque aperit quae sit, quid velit, quid valeat. scit scire: sola scientes facere potest. Vnde scientia, inquit, argumentandi, diuidendi, definiendi, non ab hominibus pro arbitrio instituta est sed in rerum ratione comperta est. Est ergo Dialectica, vt dictum est, simpliciter necessaria. Sed postquam studium literarum in quaestu esse coepit, Dialectica contemnitur quae non est de pane lucrando. Et illa studia sequuntur iuuenes, vt inquit Cato, in quibus maiora praemia polita sunt: non tam veram scientiam quam vulgi opinionem aucupantes. Tertia conclusio, Ars Sophistica est etiam vtilis, dummodo sit ad mediocritatem. Probat. Nō solum opus est Philosophum esse instructum ad docendum veritatem. sed necesse est esse armatum aduersus eos qui fallacis & cauillis veritatem adulterant & impugnant: hoc vero praestat ars Sophistica: ergo est vtilis. Quemadmodum enim Scorpio nō commiscetur therae propter sanos, sed vt illis sit medicina qui morsu Scorpionis affliguntur, ita ars Sophistica est nobis aduersus Sophistas & haereticos necessaria. Vnde Cicero libro primo de finibus: bona pars, inquit, Dialecticae est quae captiosa dissolue ambiguaque distinguere ostendit. Et secundo de diuinatione, pars inquit sapientis est fallax argumentum dissolue & fortis resistere. Soritas vocant Graeci captiosum & multiplex genus argumentandi. Et confirma. exemplo Augusti. qui quanto prius Gentilis Dialectica sua plus nocuit ecclesiae, quando cātabatur a Logica Augustini libera nos Domine, tantum postea Christianus eadem arte profuit aduersus haereticos. Vnde pro crimine obijciebant illi, quod esset Dialecticus. A quo ipse se purgat lib. primo contra Creconium Grammaticum. cap. tertio. vbi miris modis extollit dialecticam: asserens Apostolos etiam fuisse Dialecticos, cum saepe disputauerint aduersus Gentiles: imo & Christum ipsum Salvatorem nostrum qui saepe disputauit aduersus Iudaeos. Secundo, vtilis est ars Sophistica ad exercendum & exacuendum ingenia iuuenum, vt sciant in omnium materia prompte disputare. Sed tamen hoc est in perniciem hominum nimium immorari in huiusmodi. Quemadmodum enim Reubarbum cetero pondere vtile est ad sanitatem, sed si multum sumptoris, enecat: ita Dialectica eouque vtilis est, quantum est necessaria ad alias scientias aduendas. Vnde Seneca lib. 1. 3. episto. 89. Artes, inquit, liberales eatenus vtilis sunt, si ingenium praeparant, non detineant. Tandem illis immorandum est, quandiu nihil animus agere potest maius. Vnde quantum profunt per ipsas transeuntibus, non cent circa ipsas immorantibus. Ultima conclusio. Dialectica est primum discenda ante alias scientias. De hac conclusione fuit controversia apud antiquissimos Philosophos, vt refert Laertius lib. septimo. Panætius enim & alij dicebant a Physica inchoandum esse: Diogenes vero ab Ethica. Sed academici, Stoici, Peripatetici consentiunt a Logica esse incipiendum, post Grammaticam. Et probatur conclusio. Modus sciendi praerogatur ad acquisitionem scientiarum, sicut ars requiritur ad constructionem domus (absurdum enim est, vt citatum est apud Aristotel. secundo Metaphys. Simul quae rere scientiam & modum sciendi) sed Dialectica tradit modum sciendi, vt illic dicit Commentator: ergo ipsa praerogatur ante alias scientias. Secundo arguitur, quod non sit incipiendum ab Ethica vel Physica. Nam prudentia quae praerogatur ad Philosophiam moralem: & pariter principia Philosophiae naturalis, nō possunt haberi nisi per experientiam, vt author est Aristotel. primo & sexto Ethicorum, inuenes autem in bre-

Conclus. 3.

Conclusio. 4.

Logi. Domi. Soo. A 4 ni tem.



in tempore non possunt experientiam habere rerum. Ex quo illic colligit Aristotel. iuuenem non esse idoneu...

uillois hereticis: id plurimum valet in sacris literis. Verum est tamen quod Socrates ut argutum est, postquam ad Philosophiam...

Quaestio secunda procemialis.

Vtrum Logica sit scientia.

Quaestio secunda iuxta ordinem citatum Aristot. pertinet ad quod quid est, videlicet an Logica sit scientia.

Et arguitur pro parte negatiua. Primo ex parte obiecti, unde habitus fortitur suas species. Logica, ut videbimus quaest. 5. est de entibus rationis...

Ad postremum.

Philosophi antiqui, tum maxime Peripatetici distribuunt Philosophiam in Physicam, Ethicam & Logicam, velut in tria genera scientiarum.

Circa quaestionem hanc, iu-

uiores Logici sexcentas fingunt distinctiones. Primo dicunt logicam bifariam accipi: vno modo pro Logica naturali, quae est habitus animae, seu anima ipsa habilis...

1. dist.

Logica naturalis non est simpliciter scientia

2. dist.

3. dist.

Vnde in titulo quaestionis accipitur logica, ut superior quaestione declarauimus...

Scire & scientia. Scire est rem perfecte cognoscere, quod auctore Aristot. primo Poster. text. 5. est rem per demonstrationem intel...

tractandi quid sit scientia. Tertio notandum, quod praesens haec quaestio, An logica sit scientia, antiqua fuit inter philosophos, quam tractat Auicenna in principio...

Logica docens & vtens.

In Sabote utramque dicam iuxta Thomam...

His praehabitis, Respondetur

ad quaestionem duabus conclusionibus Prima. Logica in quantum docet est vere & proprie scientia: & ut egregie dicit Scotus prima quaest. Elencho. non solum ars...

1. Conclusio

2. Conclusio

Ad confir. Ad secunda.

Ad tertiam.

Quaestio quarta prooemialis.

inpraedicamentis quemadmodum substantia non possit inesse subiecto: & in alijs item operibus demonstrat, quae admodum teneat aut fallat argumentatio in ampliacionibus appellationibus, &c. quo fit ut dialectica docens sit scientia. ¶ Mox probatur. Secunda conclusio: vltus dialecticae in alijs scientijs non semper generat scientiam: ergo vltus non est scientia: probatur antecedens. Si philosophus naturalis aut moralis faciat syllogismum dialecticum ex probabilibus, aut si ex singularibus solis quae experimur inducat vniuersalem, non generabit scientiam, sed opinionem: & si faciat sophisma, non generabit opinionem, sed apparentiam. Qualem facit sophisma illud quod quidam obiecit Diogeni: quod ego sum tu non es: sed ego sum homo: ergo tu non es homo. Cui argute Diogenes, recte (inquit) colligis: sed a me incipe. Sensus ergo illius quod logica docens est scientia, logica vero vltus non est scientia, est hic: Habitus dialecticae demonstrat naturas argumentationum aliorumque operum rationis, tamen vltus omnium argumentationum quarum naturam demonstratiue tradit logica, non semper generat scientiam. ¶ Has conclusiones praetendit Auicenna in principio Dialecticae, dicens vanam esse quaestionem An logica sit pars philosophiae. Nam quatenus considerat de natura conceptuum quae est quaedam natura rerum, est verè philosophia: sicut philosophia naturalis aut moralis. Sed quatenus vltus eius accommodatur ad omnes scientias, est instrumentum scientiarum. Idem dicit Boetius super Porphyrium editione secunda: nempe quod logica est simul, & pars philosophiae & instrumentum eius: sicut membra sunt & partes corporis & instrumenta eius. Et Cicero libr. 5. Tusculanae. sequitur (inquit) tertia pars philosophiae quae per omnes partes sapientiae manat & fundit: quae rem definit, consequentia distinet, sequentia adiungit, perfecta concludit vera & falsa diiudicat: discernendi ratio & scientia: ex qua cum summa vtilitas existit ad res ponderandas, tum maxime in genua delectatio, & digna sapientia.

Ad primū argumentum quod

est Petri Nigri negatur consequentia. Nam ad hoc quod aliqua sit simpliciter scientia non requiritur quod obiectum eius sit simpliciter ens: sed satis est quod sit de re necessaria, & sub ratione vniuersali, vt. i. Postea. videbimus modo tam necessaria est quaeunque propositio logicalis, v.g. quod demonstratio generat scientiam, quam hominem esse risibilem: & adeo vniuersalis. Vnde quamquam ens rationis non sit simpliciter ens, de illo est simpliciter scientia (licet cognitio eius & definitio non sit ex parte obiecti tam perfecta quam cognitio entis realis.) Nam alias eodem argumento probaretur, scientias mathematicas non esse simpliciter scientias: quae tractant de accidente, puta de quantitate: quia accidens secundum Aristot. non est ens sed entis ens: cum tamen illas appellet Arist. i. Post. certissimas scientias: quod si arguas, quod cum ens rationis non habeat verum esse, omnino non potest mouere intellectum: quia mouere est vere agere: & ideo de illo non potest esse scientia. Respondetur quod cum ens rationis sola ratione differat ab indiuiduis realibus, habet in ipsis verum esse, & ideo indiuidua mouent intellectum ad faciendam intentiones rationis: vt viso Petro & Paulo cognosco aliquam rationem esse illis communem: & inde consequitur intentio speciei. ¶ Ad secundum argumentum respondetur quod scientia est de aliquo dupliciter: vno modo simpliciter, tanquam de obiecto formalis: alio modo secundario de illis

rebus in quibus reperitur obiectum formale. v.g. philosophia naturalis tractat principaliter de homine in communi, demonstrando, quod est risibilis, quod est mortalis, & ceteras veritates, quae sunt perpetuae, etiam si homines sint corruptibiles. Sed secundario tractat de Petro & de Ioanne qui sunt corruptibiles. Eodem modo logica tractat de rationibus cōibus: puta quod demonstratio generat scientiam, quod definitio constat ex genere & differentia: quae sunt perpetuae veritatis. Sed secundario tractat de hac vel de illa materiali definitione, quae est res corruptibilis: & hoc non obstat rationi scientiae. Ad confir. non negamus esse multas veritates dialecticas, de quibus solum habetur opinio. Nam hoc habet quaeunque scientia naturalis quae tractat de rebus mutabilibus, vt habeat admixtas multas opiniones. At non propterea est distinguenda alia logica quae sit opinio: & alia quae sit scientia: sicut non distinguimus aliam philosophiam naturalem quae sit opinio: & aliam quae sit scientia. Sed satis est, vt logica sit scientia, quod quantum ad partes principales generet assensum euidenter: eo praesertim quod non est necessarium omnes scientias esse in eodem gradu certitudinis & euidenter. Aristot. enim Philosophiam moralem vocat scientiam: & tamen. i. Ethic. dicit non exigendam esse rationem in illa, sicut in mathematicis. Et. i. Post. vocat Mathematicas, scientias certissimas: insinuans alias esse proprie scientias, quauis non sint adeo certae. Sed de hoc alias. ¶ Ad tertiam iam responsum est quod logica docens versatur circa aliquod speciale obiectum, vt videbimus. q. 5. tractat. n. de entibus rationis: sed vltus eius diffunditur per omnes scientias. Ad quartum quod est argumentum Aegidij idem responsum est, quod nihil vetat logicam simul esse scientiam in quantum docet, modum autē sciendi, quantum ad vltus. ¶ Ad formam confirmationis, quam Aegidius magna facit, negatur ille processus in infinitum. Nam logica, vt superiori quaestione dicebamus simul est scientia & modus sciendi respectu sui. Docet enim definire, diuidere & argumentari, non solum in alijs scientijs, sed in logica. ¶ Sed si quaeras de prima conclusione logicali quomodo probatur, vt per aliam logicam, respondetur quod deueniendum est ad aliquod principium per se notum in terminis lumine naturali: & ad aliquam consequentiam per se euidenter, quae non indiget priori scientia, vt sunt forsan quatuor modi euidenter primae figurae, quos Aristot. non probat per consequentias euidenter, sed declarat per illos terminos dici de omni & dici de nullo, vt posuimus lib. 5. Summularum, ca. v. V. g. si quaeratur quare consequentia in Darij bona est. s. omnis homo disputat, Petrus est homo. &c. probat Arist. per dici de omni hoc modo: Si aliquid praedicatur de subiecto vniuersaliter sumpto, illud praedicatur de quocunque subsumpto sub illo: sed hoc contingit in consequentia de Darij: ergo Darij est bona consequentia. Sed si proterus negaret consequentiam Aristot. quae etiam est in Darij, certè Aristote. non adduxisset aliam probationem: sed sicut maior supponitur tanquam definitio propositionis vniuersalis, ita & consequentia supponitur tanquam euidens ex terminis. ¶ Ad quintum respondetur quod quantumquam logica sit ars, quia docet construere definitiones, syllogismos, &c. nihilominus est scientia. Nam Aristot. 6. Ethic. non separat artem a ratione scientiae, nisi illam quae est de re factibili: quales sunt mechanicæ: quia non solum sunt de rebus corruptilibus, sed nec procedunt rationibus necessarijs. Variatur enim ratio domificandi pro loco & tempore: sicut variantur formae vestium & aliorum artificiorum. Sed lo

Quaestio tertia prooemialis.

Sed logica est de rationibus perpetuis & inuariabilibus: & ideo simul est ars artium & scientia scientiarum. Nam cum omnes scientiae artes ratione procedant, & logica tractet de operibus rationis, sit vt viam aperiat ad omnes scientias & artes: sicut scientia Mathematica verae scientiae sunt: vt Geometria & Arithmetica: sed numeratur inter septem artes: quia docent metiri & numerare, vt refert S. Thomas opus. 70. quaest. 5. arti. 1. & 12. q. 57. artic. 3. ad tertium. ¶ Ad vltimum argumentum respondetur quod non men sophistae secundum vnam acceptionem honorificum est. Tantum enim valet, sicut sapiens vel praceptor: sed secundum aliam scientia sophistica est quae apparet vltus & non est scientia. Et de hac iam diximus, quod vltus eius non generat scientiam sed fallit: sed tamen logica quae tradit artem sophisticam, est verè scientia: quia demonstrat necessario, quod per illam artem quis possit facere argumenta apparentia: sicut ars Alchemiae si esset, esset vera ars faciendi aurum apparens, licet non verum.

Tertia quaestio prooemialis.

Vtrum Logica sit vna sciētia.



Vaestioni praee

Quedi de quiditate Logicae appendet tertia de eius vnitare. Et arguitur, quod non sit vna scientia. Primo Logica habet multas partes: vt puta, aliam de praedicamentis, aliam de propositione: & aliam de demonstratione, quae omnes specie differunt: ergo sunt multae logicae. ¶ Secundo arguitur. Non est vnus simplex habitus omnium conclusionum Logicalium: ergo non est vna logica. Consequentia est nota: quia vt supra dictum est, scientia est habitus: Et probatur antecedens. Primo: Actus assentiendi sunt in Logica specie diuersi: vt v. g. quod demonstratio generat scientiam, quod praedicamenta sunt decem: ergo generat diuersos habitus. Secundo, Experientia constat successu temporis & longo studio multarum conclusionum logicam acquiri: ergo acquisito primo habitu circa primam conclusionem restat acquirendus alter circa secundam & alius circa tertiam, vt sic per accumulationem habituum crescat scientia. ¶ Tertio Ad principale arguitur: Si idem esset habitus omnium conclusionum, sequeretur, quod acquisito primo habitu circa primam conclusionem, non acquireretur alij circa alias, sed illa postea extenderet ad omnes: hoc tamen est falsum, ergo opinio illa est falsa. Sequelam auctores opinionis concedunt. Et probatur minor. Tunc se queretur, quod quam primum Petrus v. g. disceret primam conclusionem, acquireret totam logicam: quod est contra experientiam. Et probatur consequentia. Sit Petrus v. g. qui didicit solam primam conclusionem Logicae, & Paulus qui didicit oēs. Et arguitur sic: Habitus Petri & habitus Pauli sunt eiusdem speciei secundum hanc opinionem, & habitus Pauli inclinatur ad omnes conclusiones, & est vera logica: ergo & habitus Petri. ¶ Quarto arguitur. Stat Paulum logicum obliuisci multarum conclusionum, manente habitu circa alias: ergo non est idem habitus omnium. Quinto arguitur. Stat Petrum habere verum habitum logicae circa aliquas conclusiones, &

simul habere errorem circa alias: ergo non est idem habitus scientiae circa omnes: alias scientia & error essent simul circa eandem conclusionem: quod est impossibile. ¶ Et vltimo arguitur. In Logica sunt aliquae propositiones scitae per demonstrationem, & aliae quarum solum est opinio per rationes probabiles: ergo saltem circa haec duo genera propositionum non est idem habitus. ¶ In contrarium est, quod Aristot. i. Post. text. 43. dicit eam esse vnam scientiam quae est vnus generis: & logica, vt videbimus quaestione vltima, versatur circa vnicum obiectum: puta ens rationis, ergo.

Quaestio haec duplicem habet

sentum, Primus (qui pertinet ad Dialecticam & tangitur in primo argumento) est, vtrum logica quae plures continet libros diuersarum materiarum, sit vna scientia specie, sicut Geometria: an sint potius plures Logicae, sicut plures mathematicae. Secundus sensus (qui pertinet ad Metaphysicam & tangitur in reliquis argumentis) est vtrum habitus omnium conclusionum Logicalium sit vna simplex qualitas inclinans communiter ad assensum omnium: an potius singularium conclusionum sint singuli habitus, ita vt logica sit collectio multorum habituum. ¶ Et quantum ad primum articulum de primo sensu nulla certe deberet esse inter doctores controuersia. Omnes enim fatentur tenentur esse vnam scientiam. ¶ Vbi non fuerit ab re partitionem scientiarum obiter & perfunctorie adnotare. Habitus intellectuales, quantum ego ex Aristot. colligere possum (praeter alias diuisiones) quadupliciter secari possunt. Primo differunt genere, ratione medijs quo procedunt. Quemadmodum. 1. Per se. text. 44. distinguit Aristot. inter scientiam & opinionem, quod illa sit habitus certus & clarus procedens per demonstrationem: & haec sit habitus formidolosus & obscurus, procedens pro rationem probabilem. Et medio modo se habet fides: quae generat assensum certum, sed obscurum. ¶ Secundo distinguuntur habitus ex parte subiecti in quantum sunt virtutes intellectus: perfectiores ipsum secundum diuersos gradus. Quemadmodum distinguuntur. 6. Ethicorum capitu. 3. quinque virtutes intellectus, scilicet ars, scientia, prudentia, sapientia, & intellectus. ¶ Tertio distinguuntur scientiae etiam genere ex parte finis. Quemadmodum. 2. Metaphysic. text. 3. distinguit Aristot. inter scientiam practicam, cuius finis est opus: & speculatiuam, cuius finis est veritas. ¶ Quarto quod ad rem pertinet distinguuntur scientiae tam speculatiuae quam practicae ex parte obiecti (secundum enim scientiae, sicut res: vt habetur. 3. de anima text. 38.) & inde sortiuntur species. Vnde generali diuisione antiqui philosophi & Stoici, vt supra diximus, partiebantur Philosophiam in Physicam, Ethicam, & Logicam. At singula membra, vt notat Albertus super Porphyrium, subsecantur in plures species. Et ideo Aristote. 8. Metaphysicorum. text. 2. subsecat Physicam generaliter dictam in Physicam specialiter dictam, & Mathematicam, & Theologiam, seu Metaphysicam. Quam diuisionem sequitur Boetius secundo capit. de Trinitate. ¶ Sed est notandum in praesentiarum (vt docet Sanctus Thomas opusculo. 70. quaestione de diuisione scientiae. art. 1.) quod haec distinctio scientiarum sumitur sicut distinctio potentiarum. Enimvero non quis distinctio obiectorum requirit distinctas potentias. Omnes enim species coloris eadem potentia visiva percipiuntur, sicut omnes species soni eodem auditu. Sed distinguuntur potentiae sensitiuae penes diuersas rationes formales sensibilis, in quantum est sensibile. Vt color qui multiplicat species

cat species per lumen requirit vnam potentiam: & fo- nus qui multiplicat species per motum, aliam potetiam & sic de singulis obiectis. Eodem modo in scientijs: quia ratio scibilis est vt sciatur in vniuersali per abstractionem a materia sensibili, distinguuntur scientie penes ma- iorem aut minorem abstractionem a materia. Nam Phy- sica tractat de his quæ dependent a materia secundum esse & secundum considerationem. Tractat enim de ani- malibus & de plantis, quatenus sunt in tali materia. s. in carnibus & ligno. Mathematicæ vero tractat de his quæ dependent a materia secundum esse, sed secundum con- siderationem abstrahuntur a materia sensibili. Tractant enim de angulis & figuris, non in quantum sunt in ligno vel in ære, sed absolute. Metaphysica demum tractat de his quæ non dependent a materia nec secundum esse, nec secundum considerationem: puta de ente, cuius ratio saluatur extra materiam in Deo & in angelis. Atqui, sunt quatuor scientie Mathematicæ: Geometria de qua- titate continua: Arithmetica de quantitate discreta (quæ sunt species mensuræ diuersæ): Astrologia, quæ est mix- ta ex Geometria & Physica: Musica, quæ est mixta ex Arithmetica & Physica. Item Ethica generaliter dicta diuiditur in Moralificam, quæ est de moribus vnius hominis: economicam, de regimine vnius domus: & Politicam, de regimine ciuitatis aut regni: & ad hanc re- ducitur ius ciuile. Leges per Philosophiam moralem factæ sunt. At demum logica generaliter dicta diui- ditur in Grammaticam, Logicam & Rhetoricam: qua- ram diuersitatem explicuimus quæst. 1. Et hæc est diui- sio scientiarum speculatiuarum. Eodem modo sciētie præctice, quæ dicuntur artes mechanicæ, diuiduntur in septem. Quæ sunt, lanificium, armatura, nauigatio (quæ pertinent extrinsecus ad corpus) Agricultura, Venatio, Medicina, Theatrica (quæ pertinent intrinsecus ad no- tritionem & valetudinem corporis.) Vnde versus, La- na, nemus, miles, nauigatio, rus, medicina. His theatrum sociasunt hæc mechanica dicta. Atque adeo, quatuor mathematicæ cum tribus rationalibus, vocantur artes liberales: quia versantur circa opera animæ & rationis. Quales sunt numerari, metiri, ratiocinari. Sed septē me- chanicæ dicuntur seruiles: quia pertinent ad corpus quod respectu animæ est seruus: animæ vero respectu corporis est dña & libera, vt meminit S. Thomas. 1. 2. q. 57. artic. 3. ad tertium. Et hæc est partitio scientiarum naturalium. Supra istas est Theologia nostra Christiano- rum: scientia supernaturalis & reuelata. Vnde deductū est ius Canonicum: quemadmodum ex philosophia mo- rali ius ciuile.

Septem ar- tes liberales

Ad rem igitur huius primi ar- ticuli vt redeamus. Nominales ad primum sensum que- stionis respondent esse plures Logicas, plures Philoso- phias naturales, plures scientias Geometriæ. In summa quot sunt obiecta naturalia & particularia in Logica, tot multiplicat actus torque asserunt esse Logicas. Et eadem ratione in virtutibus moralibus, aliam dicunt esse abstinentiam circa carnes, & aliam circa pisces, & aliam circa vinum: sed isti sermones profecto indigni sunt qui in scholis doceantur, vtpote quos extra scholas non au- deremus profere: & maxime quod Aristot. docet quo- modo euitentur, etiam si concedamus q̄ circa quamli- bet conclusionem generetur habitus distinctus ab habi- tu alterius. Et ideo respondetur ad primum sensum quæstionis hac conclusione. Quantuncunq̄ admittan- tur in eadem scientia plures esse habitus partiales, nihi- lominus simpliciter absolute est vna logica, patet apud

Arist. 5. Meta. text. 7. vbi docet quod vnum dicitur mul- tipliciter, atque adeo potest aliqua res esse vna simplici- ter in vno genere & plures in alio. Quemadmodum exer- citus est plura in prædicamento substantiæ: puta plures homines: & tamen in prædicamento quantitatis est sim- pliciter vnus numerus. Et domus est plura in prædica- mento substantiæ, puta plura ligna, plures lapides: & ta- men est vna domus in prædicamento qualitatis: & ita vi- sus quauis constaret ex partibus differentibus, nihilo- minus esset vna potentia. Eadem ratione quauis logica esset plures entitates, est nihilominus simpliciter vna sci- tia propter vnicam rationem obiecti, imo profecto eadē ratione dicendus est vnus habitus: nam habitus est genus ad scientiam. Et secundo probatur: quia quemadmo- dum domus ex genere suo non habet quod constet ex pluribus rebus: sed licet esset vnus ens simplex, esset do- mus: ita logica non habet ex se quod constet ex pluribus rebus, & ideo est vna scientia. Et hoc modo satis est dia- lectico scire quod logica est vna scientia. Vnde ad pri- mum argumentum quæstionis respondetur, quod quan- quam logica habet diuersas partes, nihilominus tractat de illis sub eadem ratione formali obiecti: quemadmo- dum scientia vna de homine, tractat de capite & cæ- teris eius membris ac proprietatibus sub eadem ra- tione.

In secundo articulo, Circa se-

condam sensum Methaphysicum quæstionis an videli- cet dialectica sit vna simplex qualitas, non solum inter S. Thomam & alios: verum & inter Thomistas ipsos est dissensio opinionum. Sed vt manifestum sit in quo sit differentia, notandum est primo q̄ ad scientiam duo re- quiruntur: vnum ex parte obiecti: vt puta species intelli- gibiles in memoria: quæ sunt similitudines obiectorum atque adeo sunt causa notitiarum apprehensarum. Al- terum requiritur ex parte potentie: quod est virtus & ha- bilitas illius, inclinans ad assensum iudicatiuos. Et inter Thomistas aliqui putant scientiam esse collectionem al- tarum specierum: alij vero scientiam esse habitum qui se tenet ex parte potetie: propterea q̄ S. Thomas varie vi- detur loqui de hoc in diuersis locis. Adeo vt Capreolus in prologo sententiarum. q. 3. sub dubio reliquerit quid senserit S. Thom. Nam in quæstionibus de veritate. q. 10. arti. 2. & in alijs locis, quos poteris illic videre apud Capre. dicit q̄ ordinatio specierum in intellectu possi- bili est habitus scientie. Sed. 1. 2. q. 54. ar. 4. ad tertium argumentū dicit, q̄ qui primo acquisiuit habitum imper- fectum circa primam conclusionem vnius scientie, po- stea per demonstrationes aliarum conclusionum non ac- quirat nouum habitum, sed primus efficitur perfectior. Vbi intendit, habitum scientie esse simplicem qualitatē. Vnde Capre. ad quæstionem præsentem respondet sub distinctione, q̄ si habitus scientie accipitur pro specie bus, tunc non est simplex qualitas, sed collectio pluriū: nam singulorum obiectorum sunt singulæ species. Si ve- ro accipitur pro habilitate potentie & virtute ad iudi- candum, tunc logica & quæuis alia scientia est vna sim- plex qualitas.

Sed tamen, vt existimo, sentē 1. Cōclusio

tia S. Thomæ clara est. Et ideo ad quæstionem responde- tur tribus conclusionibus. Prima ad intelligendū opi- nionem S. Thomæ & aliorum. Scientia proprie solu ac- cipitur pro habitu qui se tenet ex parte potentie: ad iu- dicandum. Et ita loquuntur omnes Doctores cuiuscun- que vix. Nec S. Thomas potuit sentire oppositum. Nam scire

non intelligit- dum habitum scien- tie esse scientiam se- cundum se, sed quod sic accipitur pro potetia pro potetia pio et latet ad hanc sci- entiam

pro potetia pio- tentia id est q̄ quemadmodum potentia tunc ita et habitus illius siturus,

positum. Nam scire idem est quod iudicare, & per spe- cies non iudicamus, sed per assensum vel dissensum. Vnde S. Thomas nusquam collectionem specierum vocat scientiam, sed vocat eas habitum scientie, hoc est habi- tum qui est inchoatio scientie: in quantum notitia appre- hensiuæ prærequiruntur ante productionem assensus. Et ita exponit Gaie. 1. 1. loco citato. Et hoc videtur mihi sentire S. Tho. 1. sen. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. Vbi dicit q̄ habitus intellectiuæ partis perficitur ex lumine & specie intelligibili illorum, quæ per speciem cognoscuntur. Vbi lumen vocat habitum illum & virtutem intellectus. Ita vt nomen scientia, supponat pro habitu & habilitate potetie, cōnotādo collectionē specierum obiectorum.

2. Cōclusio. Secunda conclusio. Logica &

quæcunque scientia specialis est in via S. Thom. vnica simplex qualitas. Nec hoc potest cadere in dubium con- siderandi dicta Sanct. Tho. 1. 2. loco citato. & q. 54. arti. 4. vbi expresse dicit, quod habitus scientie est simplex qualitas, & alia multa quæ illic citat Gaie. Ethæc cōclu- sio fuit Henrici, quol. 9. & omnium antiquorum ante tē- pus Scoti. Et in hoc est differentia inter antiquos & mo- dernos. Nam quantum ad species intelligibiles, omnes conueniunt quod singularum conclusionum & obiecto- rum sunt singulæ species. Et sunt quam plurima argumē- ta pro hac sentētia antiquorum. Primum. Ex commu- ni modo loquendi. Logica est vna scientia, ergo est v- nus habitus (ab specie ad genus) & per consequens est vna qualitas: quia sicut scientia est species habitus, ita habitus est species qualitatis. Et confir. Quia alias con- cedendum esset quod ego habeo plures logicas: puta v- nam de prædicamentis, aliam de syllogismis: & eadem ratione plures physicas: vnam de homine, & aliam de equo: quod absurdum est dictu. Secundo est argumen- tum Sanct. Thomæ loco citato. Habitue est præfectio po- tentie & eius virtus: ergo est proportionabilis potetie: sed est vna potentia respectu omnium obiectorum, quæ conueniunt in vna ratione: vt vnus visus respectu om- nium specierum coloris: ergo est vnus simplex habitus respectu omnium conclusionum, quæ conueniunt in v- na ratione scibilis. Ethæc est sententia Aristot. 2. de anima. tex. 33. distinguens eodem modo potetias & ha- bitus per obiecta. Tertio arguitur. Postquam ignis productum habet vnum gradum caloris, non producit alium distinctum in eodem subiecto: quia omnes sunt eiusdem speciei, sed intendit priorem: at omnes conclu- siones eiusdem scientie, sunt eiusdem speciei: quia con- ueniunt in eadem ratione scibilis: ergo acquisito habitu circa primam conclusionem, non acquiruntur alij circa alias, sed ille postea intenditur: atque adeo extenditur ad omnes. Quarto, habitus infusi sunt simplices quali- tates respectu omnium obiectorum eiusdem rationis: vt vnica fides, vnica iustitia: quod authores etiam alterius opinionis concedunt, ergo & habitus acquisiti. Nam dif- ferentia quam illi conātur assignare: vt puta quod aliud est de habitu infuso a Deo, & aliud de illo qui acquiri- tur a nobis, certe mere gratis assignatur. Nam Deus con- fert perfectionem supernaturaliter: secundum modum naturalem. Vnde si non acquireremus vnicum habitum omnium articulorum, re vera nec Deus infunderet vni- cum habitum, sed plures. Quemadmodum. Adæ tales scientias infudit Deus, quales ipse acquisiuit. Et confir. Quia virtutes acquisitæ morales, sunt simpli- ces habitus. Quis enim dixerit plures esse habitus iusti- tie commutatiuæ in me, alium ad emendum frumen-

tum, & alium ad vendendum oleum: & aliam esse tena- perantiam ad comedendum lenticulam, & aliam ad bi- bendum aquam? Certe est rediculum. Ergo eadem ra- tione, est vnus habitus scientie. Tertia conclusio. Quamquam hæc opinio antiquorum sit verisimilior, vt argumenta probant nihilominus opinio Scoti & nomi- naliū est vt cunq̄ue probabilis. Scotus enim & Gre- gorius, quæstio. 3. prolog. senten. & fere moderni tenent quod singularum conclusionum, sunt singuli habitus, & collectio omnium quæ conueniunt in vna ratione, sci- bilis est vna scientia. Et potest hoc concedi, sicut nos concedimus quod collectio pluriū specierum est vni- cus habitus qui est inchoatio scientie, dummodo conce- datur quod licet sint plures qualitates est simpliciter v- na scientia, & vnus habitus. Itaque sicut scientia est no- men collectiuum, ita & habitus postquam est genus scien- tie, sicut vnus, licet constet ex pluribus qualitatis. Ar- gumenta huius opinionis sunt illa quæ supra fecimus. Ad quæ tamen antiqui probe respondent.

3. Cōclusio

Ad primum argumentum re-

sponsum est in priori articulo. Ad secundum negatur an- tecedens. Et ad primam probationem negatur cōsequē- tia. Non enim sequitur si sunt diuersi assensus actuales, quod generent diuersos habitus. Eodem modo probares q̄ diuersi assensus numero eiusdem conclusionis genera- rent diuersos habitus. Hæc est enim natura habitus & po- tentie, q̄ vnicus habitus producat multos actus circa idem obiectum formale, sicut vnus visus producit plures visiones colorum. Et ad secundam probationem negatur q̄ successu temporis generetur noui habitus. Sed est notandum pro hoc & sequentibus argumentis q̄ acquisi- to primo habitu circa primam conclusionem, non acqui- runtur noui per studium aliarum conclusionum eiusdem scientie: sed tamen acquiruntur nouæ species circa obie- cta aliarum conclusionum. Et primus habitus perficitur non solū quia intenditur, sed quia extenditur ad alias cō- clusiones. Per hoc enim q̄ exit in actus circa nouas con- clusiones acquiruntur nouos respectus. Non dico nouas con- clusiones acquiruntur, sed per hoc quod actuatur per species nouarum conclusionum, perficitur vt inclinēt in poten- tia propinqua ad assensum illarum: quos non poterat an- tea producere, in potentia propinqua. Et hoc sentit S. Thom. 1. 2. quæstio. 52. ar. 2. quando dicit quod scientia augetur per additionem. Intelligitur enim per additio- nem specierum, & per extensionem & perfectionem ha- bitus. Vnde ad tertium argumentum. Cōceditur quod postquam Petrus acquisiuit habitum circa primam con- clusionem, non acquirat postea alios circa alias. Sed ne- gatur inde sequi, esse iam tunc Logicum. Et cum argui- tur, habitus Pauli qui licet omnes conclusiones, est eius- dem speciei cum habitu Petri. Sed habitus Pauli inclināt ad omnes: ergo & habitus Petri, negatur consequen- tia: si loquaris de inclinatione in potentia propinqua. Nam licet sint eiusdem speciei, non tamen sunt æque perfecti, nec Petrus habet tot species quot Paulus. Quemadmodum Petrus puer eiusdem speciei est cum Petro viro, tamen non potest in potentia propinqua generare quousque sit perfectus vir. Solum enim sequi- tur quod si habitus Petri est eiusdem speciei cum habitu Pauli, potest in assensum eiusdem speciei. Nam assensus prime conclusionis est eiusdem rationis scibilis cum assensibus omnium aliarum: & poterit in omnes, quan- do fuerit perfectus. Et per hoc soluatur quartum & quintum argumentum. Nam licet idem habitus Pauli inclinēt ad omnes conclusiones, possunt tamen perdi- species

ab ill. quod si dicitur petri & eiusdem speciei cum habitu pauli, tamen non est eiusdem speciei cum habitu pauli, sed est potentia pio non est habitus sci- entiam multū in potentia pio hinc est falsum

Species aliquarum, manentibus speciebus respectu aliarum. Et iam ille habitus non inclinabit in potentia propinqua ad illas conclusiones: & per consequens erit obliuio illarum. Et eadem ratione potest esse error circa aliquas conclusiones: manente scientia circa alias. Ad sextum argumentum concedimus quod non est idem habitus qui inclinatur ad alientum scientificum & ad alientum opinatum: sed sunt distincti habitus: puta quomodo generentur & corrumpantur, quomodo inclinent. Sed nunc non erat hic locus.

Quaestio quarta proæmialis. Vtrum Logica sit scientia speculatiua.

Postquam circa substantiam Dialecticæ constitutum esse scientiam, atque adeo vna scientiâ, videre sequitur qualis sit, practica ne aut speculatiua. Et arguitur, quod non sit speculatiua: sed practica. Dialectica est ars quæ refertur inter artes liberales: imò dicitur ars artium, vt meminit Petrus Hispanus. Sed ars omnis est practica: nam practica scientia est quæ habet opus pro fine, & ars idem est quod scientia operatiua, vt definit Arist. 6 Ethic. c. 4. ergo Dialectica est scientia practica. Secundo arguitur. Finis Dialecticæ, vt supra diximus, est constitutere syllogismos, & alias argumentationes: & ideo dicitur Dialectica. i. disputatiua scientiæ, & ab Aristotele. vocatur modus sciendi. Sed argumentationes sunt opera quedam perinde ac cætera artificialia, an enim est construere syllogismum in Barbara sicuti construere domum, ergo Logica est scientia practica. Et confirmatur ex S. Th. in prologo. Postea. Quemadmodum, inquit, necessario fuit ars edificatoria aut fabrilis circa ea, quæ ratio de operibus manuum ratiocinatur, ita necessaria fuit ars quæ sit directiua actuum rationis, vt in illis homo facile & sine errore procedat, qualis est ars Logica. vbi insinuat Logicam esse artem & pari ratione, quia ars edificatoria & fabrilis. Tertio arguitur: medicina dicitur practica quatenus moderatur humores & actiones corporis: & scientiæ morales dicuntur practicæ & actiue, quia ordinant opera nostra quæ procedunt a voluntate, vt videlicet studiose fiant, ergo eadem ratione Logica erit practica, quando quidem ordinat opera intellectus. In contraarium est sententia Arist. 3. de anima text. 49. Vbi ait, intellectus practicus differt ab speculatiuo sine: nam practicus est qui propter aliquid ratiocinatur, id est, propter opus: Logica vero non ratiocinatur propter aliquod opus distinctum a ratiocinatione. Sed propter ipsum ratiocinari, ergo est speculatiua. Quod restatur etiam August. 8. de ciui. Dei. cap. 4.

Distinctio inter scientiam practicam & speculatiuam a fine sumenda est, quod speculatiua sit solum propter veritatem cognoscendam, practica vero sit propter opus, vt modo citauimus ex Arist. & expressius repetit. 2. Met. text. 3. vbi ait, quod finis contemplatiue scientiæ est veritas, actiue autem opus: idem enim sonat scientia practica quod scientia actiua, a practico verbo Græco quod est facio. Sed varie loquuntur doctores in

hac parte de scientijs practicis & speculatiuis: cû tamen veritas facile costet, si res oculatius inspiciatur. Vnde cû scientia ab obiecto & fine habeat vt sit practica, duo sunt necessaria vt scientia sit practica. Primum, quod sit de obiecto operabili a nobis: nam cum scientia practica sit operatiua sui obiecti, sit vt de rebus naturalibus non possimus nos habere scientiam practicam. Vt scientia de cælis, de plantis, animalibus, &c. non potest esse practica, scientia vero Dei eminenter continet speculatiua, & practica, vnica, n. simplicissima scientia infinitas res naturales & cognoscit & facit. Secundo requiritur, quod finis eius sit operari. i. quod sit proxima regula ipsius operis & tractet de re operabili: modo operabili: vt docet S. Th. de veritate. q. 14. ar. 4. Vbi notandum quod in scientijs duplex est finis, alius est finis scientis, & alius est finis scientiæ. Finis scientis est quem homo constituit sibi, quâ addiscit scientiam: & iste non sufficit, vt scientia dicatur practica aut speculatiua, quia extrinsecus se habet ad scientiâ. Sed finis scientiæ est ille quæ habet scientia ex sua rone intrinseca, a quo subinde scientia habet vt sit practica vel speculatiua. Ex eplâ gratia, potest quis studere scientiâ de anima, vt intelligat quomodo est perpetua & capax beatitudinis. &c. vt inde alliciatur ad bene viuendum. Scientia illa certe est mere speculatiua, tamen si finis scientis sit opus, quia scientia hæc non docet operari, sed est mera speculatio. Item potest quis de domo studere scientiam speculatiuam, putâ quæ procedit per demonstrationem & resolutionem in prima principia, vt putâ quid sit domus, quibus partibus constet, quis finis eius. &c. & illa certe est speculatiua: quauis sit de re operabili a nobis quia non tractat de illa re modo operabili sed speculatiuo. Attamen scientia quæ tractat de domo quâ fiat domus. i. quomodo sint dolâda ligna, parâdi lapides, construendi parietes est practica, quia tractat de re operabili, modo operabili: vnde licet quis discat hanc scientiâ non intentione operandi est practica, quia finis scientiæ est considerandus & non finis scientis. At contra hanc doctrinam videtur esse S. Th. prima. p. q. 14. ar. 16. vbi ponit tripliciter contingere scientiam esse speculatiuam. Primo ex parte rei sciendæ, putâ quando est de re non operabili, & hanc dicit simpliciter esse speculatiuam. Secundo ex parte modi, vt putâ si edificator consideret domum definiendo, & diuidendo, quia illa licet sit de re operabili, non procedit modo operabili. Et tertio ex parte finis vt si edificator consideret domum modo operabili, putâ qualiter sit domus construenda, non tamen intentione operandi. Et subiungit quod scientia speculatiua ex parte modi, est partim practica. scilicet ex parte obiecti, & illa quæ est speculatiua ex parte finis, est practica ex parte obiecti & ex parte modi, vbi expresse S. Th. in tertio modo dicit quod finis scientis facit quodammodo scientiâ speculatiuam. Et in secundo modo dicit, quod obiectum operabile facit scientiam quodammodo practica, quauis ex parte modi sit speculatiua. Quam sententiam Gregorius in prologo. q. 4. multis redarguit, nempe quod finis scientis variet qualitatem scientiæ. Et quauis multi est nostris verba hæc S. Th. vt iacent tueantur, sunt tamen cum grano salis intelligenda. Primum S. Thom. non intendit scientiam ex fine scientis esse per se aut practicam, aut speculatiuam, sed quodammodo per accidens. Et propterea id solum concedit peculiariter scientiæ Dei, hac ratione, quia Deus non habet duas scientias de rebus, aliam practicam aliam speculatiuam, sicut nos habemus, sed per scientiam infinitam & speculatiuam eminenter cognoscit res & creat. Atque adeo ibi non potest distingui inter scientiam practicam, & speculatiuam ex natura intrinseca ipsius scientiæ.

Duplex finis scientijs.

tiæ, sed per diuersos respectus Dei ad res. Ita vt in quantum seipsum cognoscit scientia sua est speculatiua, quia ipse non est factibilis: in quantum vero cognoscit res extra, quas nunquam sit facturus, est practica scientia ex parte obiecti cum sit factibile, & speculatiua ex parte finis. Sed respectu illarum quas facturus est, est practica ex parte finis: quauis etiam eminenter sit speculatiua. At vero in scientijs creatis nostris vbi ex intrinseca ratione scientia suapte natura est practica aut speculatiua nunquam reor Sanct. Thom. hanc distinctionem admiteret, sed vt citatum est de veritate. q. 14. scientia ex intrinseca eius ratione habet quod sit aut practica aut speculatiua. Et primo: quia scientia quauis habeat obiectum operabile si modo procedit speculatiuo, sit simpliciter speculatiua, sic ego probabo. Illa scientia est solum speculatiua gratia, nec docet operari, ergo nullo modo est operatiua, & per consequens nec practica, quod idem est. Secundo arguitur. Per accidens est illi, quod obiectum sit operabile aut naturale: ergo inde non habet quod sit practica, v. g. si scientia rosæ quæ cognoscimus naturam rosæ est modo speculatiua, eadem ratio ne quauis rosæ esset factibilis nobis, esset speculatiua. Et si Deus impartiretur nobis facultatem faciendi rosam aut res alias naturales, alias scientias deberet nobis in fundere quibus sciremus facere: nam quas modo habemus non sufficerent ergo eadem ratione scientia similis de domo qua solum cognoscimus naturam domus, est prorsus speculatiua. Accidit enim huiusmodi scientijs obiectum esse operabile, necne. Et confirmatur Geometria quam habeo de triangulis & alijs figuris est speculatiua: vt ab omnibus est receptissimum: tamen est de re operabilia nobis, potest enim homo figuras lineare: ergo eadem ratione scientia de domo potest esse speculatiua. Mox probatur quod a solo fine scientis scientia non dicitur absolute speculatiua aut practica. Huiusmodi enim conditiones conueniunt scientiæ suapte natura: sed tamen fines isti scientis de per accidens contingunt illis ex conditione subiecti: & dato opportuno concedendum esset quod scientia in diuite, qui non intendit operari, esset practica: imò in eodem modo esset speculatiua modo practica, inde solum quod mutaret propositum. Colligamus ergo differentiam inter speculatiuam & practicam quam constituit Sanct. Thom. 1. Ethic. q. 3. scilicet, quod speculatiua procedit modo resolutionis, tractat enim de naturis rerum, resoluendo vsque ad prima principia, practica vero procedit modo compositionis, docet enim inducere formam in materiam. Vt edificatoria docet dolare ligna, quadrare lapides, construere parietes. &c. Quare practica operando potissimum acquiritur. Ex quo tandem sequitur contra Scotum. 4. q. prologo, quod Theologia non est practica, nam speculatiue considerat naturam Dei, licet eiusmodi cognitio alluciat ad operandum.

Secundo (quia lubet omnes practicas scientias in summa attingere) notandum est, quod cum actio alia sit immoagens: quæ proprie sortitur nomen actionis, vt intelligere, amare, loqui, comedere, &c. alia vero sit transiens in exteram materiam, vt scribere, edificare, quæ proprie dicitur factio (diuisio est Arist. 6. metaph. text. 16.) sit subinde, vt scientia practica diuisiua in actiuam, quæ actiones nostras dirigit, vt studiose fiant, & meritorie, vt dicunt, & in factiuam, quæ versatur circa externa officia, vt habetur apud Arist. 6. meta. text. 1. Et eadem prorsus diuisio est qua. 6. Ethic.

distinguit habitum practicum in artem & prudentiam: dicens, quod ars est habitus verus cum ratione factiuus: prudentia vero habitus verus cum ratione actiuus. Vbi adnotandum est, quod scientia aliqua vel virtus practica: bifaria potest opus dirigere, videlicet aut quantum ad facultatem operis, ad quantum ad vsum. Vt docet S. Th. 1. 2. q. 56. ar. 1. Ars est quæ facit facultate operis prudentia vero quæ facit bonum vsum. Exempli gratia. Artificis facit facultatem, vt quando pictor voluerit, imaginem exhibeat perfectam: an vero studeda sit illa ars, & pingendum modo sit, necne, hoc facit prudentia. Eadem ratio ne virtus moralis, vt docet Arist. 6. Ethic. ca. 12. facit rectam intentionem finis vt abstinendum esse, pugnam esse, &c. Sed quando & quomodo, hoc facit prudentia. Quare prudentia proxime versatur circa electionem voluntatis. Hinc patet scientijs morales, vt Ethica, & Politica, non esse adeo practicas, vt sunt ars & prudentia, quia obiectum philosophiæ moralis, quod est studiose agere, non sit potissimum ab ipsa scientia: sed a virtutibus moralibus: vt temperantia facit temperate comedere, & fortitudo strenue pugnare: & ideo potest Philosophus esse malus homo. Sed sunt scientiæ quodammodo practicæ: quia ostendentes naturam virtutum, quodammodo nos docent operari, & habent idem obiectum quod est obiectum virtutis. Ob idque eiusmodi scientias morales, auctore Arist. 1. Ethic. consideramus, non contemplantur tantum gratia, sed vt boni efficiamur.

Facultas operis & vsum eius.

Tertio tandem notandum est:

vt nihil huius questionis prætereamus, quod actio illa quæ per scientiam quauis practicam dirigitur, Græca voce appellatur a doctoribus praxis. Est enim praxis idem quod actus, & proprius conuenit actioni manenti: sed accipitur iam pro quocunque obiecto scientiæ practicæ, siue actio fuerit immanens, siue factio transiens. Atqui iudicio meo plus operæ consumunt doctores in inquisitione praxis quâ opus esset. Scotus in prologo. sen. q. vlti. Praxis inquit, est actus alterius potentie quam intellectus, naturaliter posteriori intellectu, natus elici conformiter rationi rectæ: vt sit rectus, vbi ansam dedit huic disputationi. Nâ Ocham & Gregor. & reliqui in vltima questione prologi arguunt primo quod operatio etiam intellectus potest esse praxis: nam praxis est operatio quæ est obiectum scientiæ practicæ, sed & potest homo per prudentiam dirigere vsum contemplationis, puta quando studendum est & quas scientias expedire discere: ergo non est necesse, vt praxis semper sit operatio alterius potentie, quâ intellectus. Item arguunt quod non requiratur, talis operationem esse conformem rationi rectæ. Nâ praxis & que dicitur de operatione mala atque bona. Sed missa disputatione Theologorum, hoc satis est in præsentiarum adnotare primum quod quantum elicitur ex Arist. praxis, quauis generali nomine posset dici de quacunque operatione, tamen proprie solum dicitur operatio libera, quam in nostra potest te esse, bene aut male fieri, siue quantum ad vsum, siue quantum ad facultatem operis: quare sola operatio alterius potentie quâ intellectus, puta voluntatis, aut potentie executiue debeat dici praxis, hoc Scotus solum probat illo comuni dicto, intellectus extensione sit practicus. Sed intellectus, inquit Scotus, non extenditur nisi in ordine ad alias potentias: ergo praxis primo est operatio voluntatis, quam dirigit intellectus, & inde operatio exteri, quæ procedit a voluntate. Sed contra Scotum est in primis quod, illa auctoritas non est Aristotele. quare male citatur in marginibus 3. de anima: text. 49. quia ibi non habetur nisi quod intellectus practicus differt ab speculatiuo sine

Quaestio quarta prooemialis.

no fine, sed (vt ait Gregorius) est dictum commune. Et Sancti Thomae. 2. quaest. de veri. ar. 8. non citat illo modo illud verbum, sed dicit quod scientia speculativa per extensionem ad opus fit practica: ponit exemplum, sicut si quis studeret medicinam non vteretur illa, esset speculativa de per accidens ex parte finis scientis: sed si postea mutaret intentionem & practicaret illam fieret practica. Sed tamen alia ratione, magis certe apparenti, potest probari quod operatio intellectus proprie non est praxis. Nam praxis distinguitur contra speculationem, & quaecunque operatio intellectus est speculatio: quare licet reguletur a prudentia, & propterea dicatur quoddammodo praxis, tamen propriissime non est praxis sed speculatio: & si hac ratione visus esset Scotus, licet forte credibilem sua opinionem. Et quantum ad secundum, vt aliqua operatio sit praxis, non requiritur quod sit bona operatio & conformis rationi recte: nam etiam mala operatio est praxis mala. Sed ad hoc quod sit praxis recta requiritur, quod sit conformis rationi recte. Et haec est doctrina Aristotelis. 6. Ethic. cap. 2. Vnde operatio quae non potest esse recta, vt odium Dei, est nihilominus praxis. Ob idque in definitione praxis non debet poni rectum, nec vitiosum.

Ad quaestionem ergo fere Nominales moderni respondent, quod Logica est scientia practica, quia docet construere syllogismos & alias rationationes. Quam putant esse opinionem commentatoris. 2. Meta. quia vocat illam modum sciendi. Nihilominus respondetur tribus conclusionibus. Prima. Logica simpliciter & absolute est scientia speculativa. Probat

1. Conclusio

primo, quia licet tractet de syllogismis & alijs rationationibus, quae sunt res operabiles a nobis, tamen non tractat de illis modo operabili, quod vt dictum est, requiritur ad scientiam practicam, sed tractat de illis speculatio & resolutorio modo, puta contemplando naturam praedicamentorum, propositionum, syllogismorum, & cuiusvis entis rationis, & hoc contemplatur per resolutionem in sua prima principia. Itaque proprie tractat de illis ac si essent quaedam res naturales, nec a nobis factibiles: ergo est scientia speculativa. Sed quia illa sunt opera factibilia, fit vt cogita eius natura facile fabricentur a nobis. Secundo probatur conclusio. Et haec, Dialectica tractat de istis operibus modo operabili, ita quod finis eius esset operari, nihilominus esset speculativa: quia ipsamet opera quae dirigit sunt speculationes. Scientia enim dicitur speculativa vel practica ab obiecto: sed obiectum Dialecticae est speculatiu, ergo ipsa est speculativa. Itaque late fallacia, si quis inferat aliquam scientiam esse practicam, propterea quod dirigit ad opus, quando opus ipsum est speculatiu. Enimvero licet ars edificandi sit practica: tamen ars & modus sciendi & speculandi certe non est nisi speculatiu. Quam rationem ex sumo commendandam. Quod si quis arguat contra hanc conclusionem. Potest quis rationationes & alia opera intellectus male construere: primo quantum ad usum potest illa fabricari tempore debito, & deficientibus alijs circumstantijs, vt opus sit malum moraliter: & secundo quantum ad facultatem operis, quia nescit illa fabricari: ergo aliqua ars requiritur ad hoc. Ad primum respondetur, quod prudentia est quae facit rectum vltimum moraliter Dialectica, & omnium scientiarum, & omnium artium, vt supra diximus. Sed pro secunda parte argumenti, est secunda conclusio. Dialectica & omnes artes liberales dicuntur quoddammodo artes, per quam

2. Conclusio

dam similitudinem ad artes mechanicas. Conclusio est Sancti Thomae. 1. 2. quaestio. 57. articulo. 3. Habent enim similitudinem artium in hoc, quod ordinantur ad recte intelligendum, aut recte operandum. Sed deficiunt a vera ratione artis: quia versantur circa opera ipsius animae ideo dicuntur artes liberales, ad differentiationem artium mechanicarum, quae dicuntur seruiles: nam mechanicae sunt propter necessitatem corporis, liberales vero propter delectationem animae: & corpus subditur animae vt seruus domino: sed deficere a vera ratione artis, non est simpliciter defectus, sed potius perfectior: quia artes liberales sunt quoddammodo mediae inter scientias pure speculativas & artes: nam scientia speculativa est, quae est speculationis gratia, ars cuius finis est exterius operari: ars vero liberalis, quae est propter opus animae. At vero non omnes artes liberales sunt in eodem gradu, quare sit tertia conclusio. Dialectica inter artes liberales vicinior accedit ad scientiam speculatiuam: quia finis eius est speculatio, puta ratiocinari: mox Rhetorica: cuius finis est persuadere & ornate proferre argumenta: deinde Grammatica. Aliae vero quatuor Mathematicae proprius inclinant ad artes Mechanicas: nam versantur circa opera exteriora: sed nihilominus sunt opera quae pertinent ad delectationem animae, & non ad necessitatem corporis: quare intra lineam sunt artium liberalium. Verum est tamen quod solent distinguuntur in speculativas & practicas qualiter non distinguuntur artes rationales. Vt sit Arithmetica speculatiua quae considerat naturas numerorum. Practica vero quae docet numeros multiplicare, partiri, &c. Et eadem ratione musica & perspectiua & Geometria. Tamen haec quatenus docet in materia exteriori formam inducere, mechanica est. Ars enim medium struendarum Geometria quaedam est.

3. Conclusio

Ad primum ergo argumentum principale satis responsum est: solum enim probat Dialecticam esse quoddammodo artem: non tamen proinde cadit a ratione speculatiuae scientiae. Et pari modo respondetur ad secundum, nempe non subsequi si ars construendi domos sit practica dialecticam subinde esse practicam. Ars enim quae tradit modum sciendi, speculatiua est sicut scientia ipsa. Quod si quis arguat tunc consequi habitum practicum itidem esse speculatiuum: nam assensus & iudicium, quod elicitur ab habitu practico, est vere actus & consideratio scientiae. Respondetur, quod ratio scientiae practicae non sumitur ex actu intellectus, quem proxime elicit, sed ex officio exteriori quod dirigit. Et in Dialectica non est nisi scientia: & ideo dicitur modus sciendi, non modus pingendi aut edificandi, &c. Et ad confirmationem respondetur, quod Sancti Thomae vocat Dialecticam artem, eo modo quem ipse docuit. 1. 2. vt dictum est in secunda conclusione. Ad tertium. Quantum ad medicinam respondetur: quod aliqua est Theorica, quae tractat naturas herbarum, & complexionis humanae. Aliae vero practicae, quae applicat medicinae. Et merito dicitur practica, si quidem versatur circa vltimum corporis. Sed quod ad morales scientias attinet, iam dictum est esse quoddammodo practicas, non quidem adeo vt artes: quia non versantur circa exteriora officia, sed circa actiones morales, nec hac ratione sunt practicae sicut prudentia, vt expositum est secundo de nobilibus.

Quaestio

Quaestio quinta Prooemialis.

Quaestio quinta Prooemialis. Vtrum subiectum Dialecticae sit ens rationis.

Post quatuor superiores quaestiones de necessitate, quidditate, unitate, & qualitate Dialecticae, super est postremo subiectum eius inuestigare.

Et arguitur, quod subiectum dialecticae non sit ens rationis. Primo Dialectica vt author est Aristoteles. 1. Post. textu. 27. non est circa determinatum subiectum, sed circa omnes scientias diffunditur: ergo quaestio supponit falsum. Secundo. Nulla scientia quaerit de suo subiecto an sit, & quid sit, sed id supponit vt docet Aristoteles. 1. post. textu. 2. Sed in logica disputatur an sit & quid sit ens rationis: ergo illud non est subiectum logicae. Tertio. Subiectum scientiae perinde atque obiectum potentiae debet esse illi adaequatum, ita vt nec obiectum excedat scientiam, neque excedatur ab ea: vt color a solo visu percipitur, & visum ad solum colorem terminatur, sed ens rationis non est hoc modo adaequatum logicae, ergo nec est eius subiectum. Probat minor. Grammatica & Rhetorica tractant de ente rationis, de genere & specie, & per consequens ens rationis extra limites logicae diffunditur. Et rursus logica tractat de conceptibus formalibus, puta de propositione, de syllogismo: quae quauis sint opera fabricata a ratione, nihilominus sunt realia entia de praedicamento qualitatis, perinde vt domus & reliqua officia: ergo & Logica non solum tractat de ente rationis, & per consequens non est eius subiectum. Quarto arguitur. Subiectum scientiae continet eminenter omnes veritates illius scientiae, vt pote cum sit illarum causa, sicuti homo, quod est subiectum scientiae hominis, continet risibilitatem, ceterasque passiones quae de illo demonstrantur: sed ens rationis, cum non sit verum ens, nullius potest esse causa, & per consequens nec continere veritates scientiae: ergo nullius scientiae potest esse subiectum. Quinto & postremo arguitur. Logica & Dialectica, vt dictum est pro eodem accipiuntur: sed obiectum Dialecticae est argumentatio: vnde Dialectica idem sonat, quod disputatoria scientia, & propter argumentationem tractat de praedicamentis & enuntiatione, quibus constat argumentatio: ergo argumentatio est subiectum logicae, & non ens rationis. In contrarium est Aristoteles. 4. Meta. tex. 5. vbi dicit, logicam tractare de omnire in vniuersum, quemadmodum metaphysica, quod verum non esset, vt illic Sancti Thomae adnotauit, nisi quia tractat de ente rationis, quod rebus vniuersis potest conuenire: Subiectum scientiae duplex est, puta, subiectum inhaesionis, quod est intellectus, de quo nihil ad rem presentem. Et subiectum attributionis, quod modo vestigare pergimus. Vbi primo notandum hos tres terminos, subiectum, obiectum, & materiam scientiae eandem rem significare diuersis rationibus. Vt quantitas continua est subiectum, obiectum, & materia geometriae. Atqui, vt commenta quae hic figuntur missa faciamus, subiectum dicitur respectu passionum quae demonstrantur in scientia: demonstrat enim Geometria de quantitate continua suas proprias passiones. Atque adeo quantitas continua cuius propriae passiones insunt, subijcitur omnibus in praedicatione. Obiectum vero dicitur per ordinem ad habitum scientiae: quia id quod scimus

per geometriam, est quantitas continua, eiusque passiones atque figurae. Sicut enim per visum videmus colores: ita per hoc iudicium, triangulus habet tres angulos aequales duobus rectis, intelligimus naturam trianguli. Quare significantius dicitur obiectum, quam subiectum. Sed materia appellatur, vt nonnulli volunt quia est primum fundamentum quod supponitur in scientia: quippe cum omnis scientia supponat suum subiectum esse. Aut forte materia nuncupatur eadem ratione qua est obiectum: nam obiectum & materia virtutis idem sunt, vt author est Sancti Thomae. 1. 2. q. 55. art. 4. Delectabilia enim tactus & odium sunt & materia temperantiae. Verum est tamen diuersas esse operationes in hac parte Nominalium atque Realium, & quantum ad subiectum & quantum ad obiectum. Nominales enim opinantur subiectum scientiae esse terminum ipsum, qui est subiectum propositionis, vt subiectum Geometriae esse illum terminum, quantitas continua: Reales vero asserunt esse rem significatam. Enimvero quauis consentiat omnes cum Aristotele. 1. Elen. quod terminis vtimur vice rerum. Dissentiunt tamen quid nam praecipue subijciatur aut praedicetur, res ne, an terminus. De quo statim super prologum Porphyrij disputabimus. Secunda inter eos controversia est de obiecto. Nominales enim praeter Gregorium, affirmant obiectum scientiae esse propositionem ipsam. Reales vero dicunt potissimum esse rem significatam. Nam iudicium huius, homo est risibilis, non sinit in propositione, sed per ipsam fertur in re, quae est, hominem esse risibile: quibus consentit Gregorius, differt tamen quod putat significatum propositionis, puta hominem esse risibilem, distinguere a significatis extremorum, & esse prope nihil, cum tamen in rei veritate sola ratione distinguatur. Sed quia disputatio haec proprium locum habet in primo Post. vbi Aristoteles meminit de obiecto scientiae, super sedendum nobis est vsque ad illum locum. At qui in praesentia satis est si supponamus, rem extra significatam, esse obiectum principale scientiae: nam finis principaliter intentus in scientia est notitia rei, & propositio accipitur loco rei, & est medium ad cognoscendum re. Nec obstat propositionem esse obiectum proximum & immediatum, rem vero remotum, sicut obiectum proximum infirmi est medicina, principale vero est sanitas. Querimus ergo hic subiectum, puta rem cuius cognitio principaliter intenditur in Logica: Pro cuius notitia secundo notandum est, tres esse conditiones requisitas vt quippiam sit obiectum scientiae, quarum meminit Sancti Thomae in prologo sententiarum. 4. quae insinuat sunt inter arguendum. Prima. Quaecunque sunt in scientia continentur sub eius subiecto, atque adeo subiectum debet omnia comprehendere, tanquam praedicatum vniuersale respectu omnium. Quicquid enim tractatur in Geometria, aut est quantitas continua, aut pertinet ad quantitatem. Et inde dicitur subiectum attributionis, quippe cui omnia attribuuntur. Secunda conditio. Cognitio subiecti principaliter intenditur in scientia: vniuersa enim quae tractantur in Geometria eo tendunt, vt habeatur perfecta cognitio quantitatis continuae & specierum eius. Tertia conditio. Per subiectum distinguitur scientia ab alijs scientijs, & inde sumit speciem. Per hoc enim Geometria differt ab Arithmetica quia prima tractat de quantitate continua, secunda vero de discreta. Addit Scotus quartam in prologo. q. 3. videlicet quod subiectum debet continere omnes veritates scientiae. Quam nos in calce quaestionis explicabimus.

Quantum ad secundum terminum

Logi. Do. Soto.

num

Est ratio

nis.

nom quaestiois attinet, quia statim super prologum Porphyrii presius explicatur sumus huiusmodi entia rationis, supponatur modo, quod non loquimur nunc de ente rationis ut genitius accipitur effectiue & subiectiue quales sunt conceptus formales quos intellectus in seipso efficit & producit. Illa. n. simpliciter non dicuntur entia rationis: quia sunt verae qualitates realiter in haerentes subiecto. Sed accipitur ens rationis, ut est conditio in rebus, quae conuenit illis solum ex operatione intellectus. Enimvero quauis omnes res sint singulares, tamen ex hoc, quod intellectus cognoscit hominem conceptu communi abstractendo a conditionibus singularibus, res ipsa sic concepta fit species, & si concipiatur conceptu magis vniuersali, animal fit genus, & illa natura sic abstracta, vel respectus potius quem habet ad conceptum abstractum, dicitur conceptus obiectiualis, & ens rationis: quia non habet esse distinctum a singularibus nisi per operationem intellectus, & si concipiatur ea ratione qua est commune pluribus differentibus specie est genus & si vt commune pluribus differentibus specie est genus. Quauis sunt alia entia rationis in ipsis vocibus, in quantum sunt signa ad placitum significantia: nam ly homo ex natura rei non habet, vt sit nomen, sed ex operatione intellectus imponens, & sic resultat intentiones, propositiones syllogismi, &c. quae sunt entia rationis. Et in hoc sensu quaerimus vtrum ens rationis, si aliquid coe & vniuersale ad omnia entia rationis, sit subiectum in Logica.

Subiectum logicae duplex.

His praeractis de hac quaestione, tot sunt opiniones quot capita. Nominales partim opinantur subiectum logicae esse terminum, partim esse ly terminum, partim illum terminum argumentatio. Albertus dicit esse argumentationem, puta rem ipsam quae est argumentatio, quem multi sequuntur. Alij vero esse syllogismum. Sed vt haec perspicua fiant, adhuc notato cum S. Tho. 5. metaph. lect. 6. quod subiectum scientiae vno modo accipitur pro illo, quod adaequate continet vniuersitatem omnium quae tractantur in scientia, quod ab alijs dicitur subiectum adaequationis: sicut ens est subiectum metaphysicae. Alio modo accipitur pro illo de quo est principalis intentio, quod potest vocari obiectum praecipuum & quodammodo finale, veluti, substantia, est principale obiectum metaphysicae. Vnde secundum hoc respondetur ad quaestionem duabus conclusionibus. Prima. Subiectum attributionis adaequatum logicae est ens rationis. Conclusio est S. Tho. 4. metaph. lect. 4. & opul. 4. quod est de natura generis, capitu. 4. & alibi saepe. Imo conclusio est Arist. ibidem text. 5. Vbi ait, quod metaphysicus & dialecticus tractant de omni ente. I. Metaphysicus de ente reali, & dialecticus de ente rationis, quod potest conuenire omni enti reali. Omne enim ens cognosci potest, sub ratione generis, speciei &c. Et hoc est quod dicit Auicena. 1. Meta. quod logica est de secundis intentionibus, adiunctis primis. Sed probatur ratione sumpta ex prima conditione. Illud est subiectum logicae, sub quo continentur omnia quae tractantur in logica, & sub cuius ratione considerantur: sed ens rationis est huiusmodi, ergo &c. maior ab omnibus est receptissima, nam subiectum se habet ad scientiam, sicut obiectum ad potentiam, vt auctor est S. Tho. in 1. p. q. 1. art. 7. v. g. quemadmodum quicquid videmus, vt puta, Rosa, Nix, Coruus &c. est coloratum, nec videtur, nisi sub ratione colorati, & ideo color est obiectum visus, ita in scientia v. g. Theologiae, Deus est subiectum: quia quicquid ibi tractatur, consideratur vt Deus aut in ordine ad Deum, sed quod ens rationis sit huiusmodi in logica, probatur

a. Conclusio.

quia dialecticus nihil tractat nisi de genere & specie, de propositione, syllogismo &c. quae omnia sunt entia rationis, vt expositum est. Quo sit vt nominales, quauis daremus illis, vt terminus esset subiectum, & non res significata nullo modo debeat dicere, quod terminus sit subiectum logicae: sed terminus secundae intentionis. Tractat. n. dialecticus, de illis terminis genus & species &c. ea ratione qua sunt termini secundae intentionis. Sed vt vera dicere quod terminus est subiectum, & non res significata per terminum, est contra Arist. dicentem, quod Dialecticus tractat de omni ente, sicut metaphysicus. Secundo probatur ratione sumpta ex tertia conditione. Subiectum scientiae est illud a quo scientia fortitur speciem & per quod distinguitur ab alijs: sed ens rationis in Logica est huiusmodi, ergo minor probatur. Per hoc. n. logica differt ab alijs scientijs, quia tractat de ente rationis de quo nulla alia tractat, & inde fortitur speciem: in de. n. dicitur & est scientia rationalis. Actus. n. fortuntur speciem & ab obiecto & a fine. Et hinc sumunt aliqui ex nostri argumentum contra nominales, quod secundum illos non diceretur haec scientia rationalis: nam terminus qui secundum illos est subiectum, aut ly argumentatio non est ens rationis. Sed certe ens reale. Respondeat tamen possunt quod est rationalis a fine. I. ab operibus intellectus qui dirigit & docet, definire, diuidere, & arguere, & hic est sensus verborum S. Thom. in prologo primi Post. vbi dicit, quod logica non est scientia rationalis eo solum quod sit secundum rationem: nam isto modo ars fabrilis, & domesticoria essent rationales. Sed quia dirigit opera quae ratio in seipsa fabricatur. Tercio arguitur aduersus Nominales ex communi animi conceptione. Nam certe nullus liberz mentis concepit subiectum, v. g. Theologiae esse illum terminum Deus, aut subiectum Physicae illum terminum ens naturale aut ens mobile: sed certe subiectum est Deus, & ipsum ens naturale, cuius cognitio in tali scientia intenditur. Et ita loquuntur homines. Haec scientia est de caelo, haec de plantis, haec de quantitate &c. Et eadem ratione logica non est de illo termino argumentatio, aut syllogismus, aut terminus secundae intentionis, sed de specie, syllogismo &c. atque adeo de ente rationis in communi, vt sit suppositio simplex. Secunda conclusio. Subiectum principale logicae. i. quod inter entia rationis principaliter intenditur in logica, est argumentatio, seu ratiocinatio, vt inquit Alfraganus: & forsitan in hoc sensu Albertus dicit in prologo. Praedicabilium argumentationem esse subiectum in logica: probatur ex secunda conditione subiecti. Nam quoniam intentio dialectici sit cognoscere entia rationis, puta, genus & species &c. non tamen consistit illic, sed illa tractat vt inde conficiat argumentationem. Est enim dialectica modus procedendi ex notis ad ignota, quod sit per argumentationem. De alijs vero vt de noie, propositione &c. tractat tanquam de partibus argumentationis, & de genere & differentia, vt sunt partes definitionis, quae est medium in demonstratione: quemadmodum scientia de homine tractat de eius partibus. Sed hinc multi argumentum sumunt, quod non argumentatio, sed syllogismus, qui est in genere argumentationis praecipuus sit subiectum logicae. His tamen respondemus quod intentio per se logicae non est nisi verum inquirere, siue id sit per syllogismum, siue per quodcunq; aliud genus argumentationis: nam tam proprium est logici ex probabilibus probabilem facere conclusionem, quam ex necessarijs ostendere necessariam. Sed accidit quod inter argumentationes praemineat syllogismus, & inter syllogismos potissima sit demonstratio. Et si ratio illorum vale-

ret, non

ret, non syllogismus, sed certe demonstratio deberet esse subiectum logicae. Est ergo subiectum logicae praecipuum argumentatio. Sed in libris Priorum, subiectum est syllogismus, & in libris Posteriorum: scire, aut demonstratio.

Superest paucis expedire, An

subiectum scientiae debeat continere veritates illius scientiae, vt opinio fert Scoti loco citato: quam Ockham & nominales multis impugnant in prologo sententiarum. Primo. Veritates, quae demonstrantur in scientia de subiecto, sunt passionis eius, vt risibile de homine: at huiusmodi passionis, inquit, non distinguuntur a subiecto: nihil enim aliud est hominem esse risibilem, quam homo: quod si non distinguuntur ab illo non continentur in illo: nam inter continens & contentum, debet esse distinctio. Alia huiusmodi faciunt argumenta, & certe nullius momenti. Sententiam ergo Scoti sic intelligito, sicut res se habet ad esse, ita ad cognosci: ex natura autem speciei dimanant propria accidentia ipsius. Consequitur enim ad naturam hominis, quod sit risibile, admiratiuus &c. siue sit distinctio realis, siue non, sicut in Deo, vbi nulla est distinctio, nisi rationis, essentiam diuinam consequitur, quod sit misericors, omnipotens &c. quo fit, vt qui haberet notitiam hominis perfectam, qualis exprimitur per definitionem, inde facile cognosceret propria accidentia ipsius. Nam in notitia subiecti virtualiter continetur notitia passionum eius, sicut effectus virtualiter continetur in causa, nec opus est presius ista emungere. Est tamen vnum argumentum ad rem contra Scotum. Nam ex eius opinione sequeretur, quod nulla posset esse scientia de subiecto generico: sed quotquot sunt species specialissimae, tot deberent esse scientiae. Probatur sequela. Scientia, v. g. de animali debet tractare de omnibus speciebus & de passionibus earum, alias scientia imperfecte tractaret de illo genere, sed tamen veritates specierum, non continentur actu in genere, sed potentia, vt videbimus apud Porphyrium. Non enim ad naturam animalis consequitur risibilitas, cum genus sit indifferens ad plures species, alias natura animalis contineret actu rationale & irrationale, quae sunt opposita. Quod si concedatur hoc corollarium, tunc non esset vna Geometria de quantitate, sed alia de linea, & alia de superficie, & alia de triangulo, & alia de hexagono, quod dictu esset absurdum. Dicendum ergo vt annotat Gaie. in prima par. q. 1. art. 7. quod satis est subiecto alicuius scientiae quod ipsum vel eius species contineant actu veritates illius scientiae, dum modo scientia omnia tractet sub vna ratione, siue illa sit specifica, siue sit generica.

Sententia Scoti.

Ad primum argumentum respondetur ex ipsis verbis Aristot. citatis. 4. metaph. Ait enim

quod dialectica non est de aliquo determinato subiecto, 1. particulari, sicut Geometria, ita est de quantitate quod non tractat de substantia, quia Dialectica tractat de entibus, quae omnibus rebus in vniuersum contingunt. Et idem repetit. 1. Elenc. capitu. 1. non tamen negat, quin omnia entia rationis conueniant in vna ratione formali obiecti quod sit subiectum Dialecticae, quemadmodum ens est obiectum metaph. Ad secundum responderetur quod Dialectica, in quantum dialectica, non quaerit an sit ens rationis, & an distinguatur a rebus. Imo quaestiones istae sunt Metaphysicae, licet inferantur in logicam. Sed logica incipit a Meta. ens rationis esse & tractat quomodo huiusmodi entia rationis subijciantur & praedicentur. Et hoc demonstrare passionis de suo proprio subiecto, quod est munus cuiusque scientiae. Ad tertium responderetur, quod si logica acciperetur secundum totam latitudinem, vt nomen sonat, tunc comprehenderet etiam Grammaticam, & Rhetoricam, vt diximus. q. 1. & sic non plus se extenderet ens rationis in sua vniuersitate quam logica: si tamen logica accipitur vt distinguitur contra Grammaticam & Rhetoricam, tunc distinguendum est ens rationis. Aliud enim est, quod habet fundamentum in re, puta quando ex natura sua conuenit rebus id vnde intellectus abstrahit tales intentiones. I. esse hominis, esse animalis &c. vnde abstrahitur ratio generis & speciei. Et de istis tractat logica, tanquam de subiecto adaequato illius. Aliud est ens rationis quod conuenit vocibus, non ex natura rei: sed ex impositione, vt nomen, participium &c. Et de istis tractat Grammatica. Quod si Dialectica tractat de conceptibus formalibus, puta de propositione & syllogismo, tractat in quantum sunt signa rerum, in quibus sunt fundamentaliter similes proprietates. Nam in rebus ipsis est animal rationale esse risibile & hominem esse animal rationale, & inde subsequitur hominem esse risibile, & sic quodammodo propositiones & syllogismi sunt in rebus. I. obiectiue: quare omnia tractat logica in ordine ad ens rationis. Et per hoc differt a Philosophia naturali: quae tractat de conceptibus & vocibus, quatenus sunt entia naturalia: puta an sint substantiae, vel qualitates, an sunt spirituales, an vero corporales, permanentes, an successiuae &c. Ad quartum responderetur quod quauis entia rationis non habeant esse reale (quatenus sunt rationis) nihilominus habent suas proprietates, quae suo modo consequuntur naturas illorum. Vt ex hoc quod animal est genus, consequitur, vt sit praedicabile de pluribus differentibus specie, atque adeo vt cum differentia constituat speciem. Ad postremum argumentum responsum est per secundam conclusionem Et haec de procemialibus quaestionibus, quas disputati sumus, non solum pro tyrunculis, sed respectum etiam pro uectiorum nonnullum habuimus.

Logi. Domi. So. B 2 Commen-



Commentarij Fratris Dominici Soto Segobienfis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiae Professoris, in librum Prædicabilium Porphyrij.

Titulus libelli huius in codice Græco duo hæc tantum habet verba. Porphyriion eisagoge, id est, Porphyrij introductio. Nonnulli vero latini addunt, Introductio ad categorias, id est, ad prædicamenta

Aristote. Sed nihil fortasse est addendum titulo Græco: nam ut patet in prologo ipsius Porphy. opusculum istud non solum ad prædicamenta: sed ad totam logicam, imo ad omnem Philosophiam est introductorium, conducit enim & ad definitiones, & ad diuisiones, & ad demonstrationes, qui sunt in omni scientia modi sciendi. Vnde ut Ammonias annotauit, antonomastice, & sine aliqua additione introductio inscribitur, vel (quod ex verbis Porphyrij colligitur) Introductio ad Dialecticam. Porphyrius (ut refert Suidas) philosophus fuit Platonicus, natus in Tyrus (vnde dicitur esse ienex Tyrius) temporibus Augustiani & Diocletiani Imperatorum, nempe sub anno Domini. 280. Hic cum vero esset Christianus, iram aduersus quosdam Christianos non ferens, a quibus in Cæleste & Palestine caesus fuerat, Christianismum deseruit per furorem, ut habetur libr. 7. Historiæ tripertitæ. Vnde inter alia plurima opera, quæ decem libros aduersus Christianam religionem euomuit. Atqui cum stipendia faceret Philosophiæ in Sicilia, libellum hunc de quinque vocibus Chrysaorio non cupauit, quem nobilem tuæ temporis (inter alios) discipulum instituebat. Chrysaorius, si græcum nomen est, idem pollet quod latine aurum gerens ensim. Attamen ut coniectio, non est id nomen græcum, sed certe latinum cognomen, a Chrysa fluuio apud Syraculas: fuit enim Chrysaorius iuuenis Siculus. Quod si Phryx forte fuerit, dicitur esse a Phrysi ciuitate Phrygiæ. Inter Latinos interpretes Ioannē Argyropilum dignum æstimauimus quem eligeremus: nam quauis Boetius auctor re vera sit non contemnendus, tamen traductio eius vulgata subobscurior est, & forsitan quæ phrasim Græcam non tam ad verbum latine reddat, quàm Argyropili. Qui vtnatione græcus, & latine egregie doctus, græcam proprietatem latinissimè exhibuit. Adnotauimus vero vbiunque inter ambas translationes differre comperimus.

Porphyrius

Chrysaorius

Traslatio Ioanis Argyropili. PROLOGVS.

VM necessarium sit, Chrysaori, & ad Aristotelis prædicamentorum doctrinam, quidnam genus, quid differentia, quid species, quid proprium, & quid accidens sit cognoscere: cumque & ad definitiones etiam assignandas ac omnino

ad diuisiones demonstrationesque; conficiendas utilis horum sit contemplatio: breuius enitar tibi ea quæ apud maiores nostros de his ipsis sunt, tradere: quasi ingressum quendam tibi ad hæc omnia demonstrando. Atque altioribus quidem quæstionibus abstinere: faciliores autem sic afferam, qualiter nunc quidem tibi accommodatas esse coniecto. Protinus igitur genera quidem & species in rerum natura sunt necne, an in ipsis nudis; conceptibus collocentur: & si corpora sint, an expertia corporis: & vtrum separabilia sint, an in ipsis sensilibus rebus & circa eas subsistant, dicere nunc omittam: quippe cum altissima sit talis tractatio, & alia maiore indigeat perscrutatione. Ut de ipsis vero cæterisque; propositis magis differendi modo veteres, horum que maxime Peripatetici tractauerunt, recensere nunc atque ostendere tibi conabor.

Apitulū hoc primum

Proemium est libri, quo Porphyrius idoneum præparat auditorem, dum attentum eum reddit & docilem atque beneuolum. Atqui in duos textus secatur. Hunc enim in modum in animo nobis est capitula singularia, & Porphyrij & Aristoteli partiri. In priori auctor captat attentionem, & in altero docilitatem: atque adeo in vtroque beneuolentiam. Attentum facit Porphyrius discipulum proponendo intentionem & utilitatem operis: ait enim se dicturum de quinque vniuersalibus, quorum cognitio apprimè est ad philosophiam necessaria. Vbi notato quemadmodum illi non possunt recta ire qui quo nesciunt proficiunt, ita nec potest discipulus attente audire, nisi intentionem dicentis præcognouerit: nec rursus animum ad audiendum adhibebit nisi aliquid emolumenti inde sperauerit: alias enim impigrescit, medioque in cursu succumbit. Quocirca, Aristoteli lib. 3. & Cicero lib. 1. Rhetoricæ, inde (aiunt) maxime attentionem captari audientis, si quis de rebus magnis, aut nouis, aut inusitatis se dicturum pollicetur. Et ideo Porphyrius ad quatuor inquit necessaria est vniuersalium cognitio. Videlicet ad notitiam prædicamentorum, ad definitionum assignationem, ad vnum denique diuidendi & demonstrandi. In quibus summa dialecticæ consistit. Ad prædicamenta quidem necessaria est ista cognitio: quia prædicamentum nihil aliud est quam prædicabilium ordinatio, vbi superiora genera per suas cuiusque differentias distribuuntur ad diuersas species, & cuiuscunque speciei insunt propria accidentia, & præterea alia accidentia communia. Sed ad assignationem definitionum necessaria est eadem cognitio: nam definitio speciei quidditatiua constat ex genere &

Attentio.

Necessariū.

re & differentia, in definitione vero descriptiua ponitur propria passio, accidentia vero communia non intrant definitionem. Ad vsum item diuidendi conducit hmoi cognitio: nam refert quomodo genus diuidas: sane quod non est diuidendum nisi per diuersas quæ finitæ sunt, vt animalium aliud rationale, aliud irrationale. At per species, vtpote quæ certo numero non comprehendant, non potest genus diuidi, vt inquit Plato: nunquam enim absolueret diuisio. At denique vtilis est dicta cognitio ad demonstrationem, vbi medium est definitio constans ex genere & differentia, propria passio de specie demonstrat. At vero in dubium reuocant expositores, quomodo accipiat hic necessariū: nam quadrupliciter accipi potest, vt docet Aristoteli. 5. Met. text. 6. iuxta quatuor genera causarum. Et hic non accipit necessarium nisi in ordine ad finem, vt sermo ipse Porphyrij manifestat: ait enim. Cum sit necessarium ad prædicamentorum doctrinam &c. Sed dubium est an sit simpliciter necessaria cognitio vniuersalium, ita vt sine illa haberi non possit notitia prædicamentorum. Nam Albertus dicit esse simpliciter necessariam: Boetius vero negat, sed solum ait esse vtilem: quia ante additionem prædicabilium erat homines philosophi & dialectici. Et tamen facilis responsio duabus conclusionibus. Aut enim est quæstio de necessitate cognitionis vniuersalium, & hmoi cognitio est simpliciter necessaria. Impossibile enim esset ordinare prædicamentum, nisi cognoceremus, quid cui subijciatur, & de quo prædicet, & quomodo genus descendat per differentias in suas species. Aut est quæstio de necessitate huius opusculi Porphyrij, & in hoc sensu respondetur non esse simpliciter necessarium hoc opusculum, quia quæ sit vtile vt facilius sit aditus ad prædicamenta, & ad totam logicam. Quod probatur quia possit quis facile sine isto opusculo in ipso libro prædicamentorum intelligere naturam generis & aliorum vniuersalium, vt erat usus logicorum ante Porphyrium. Et re vera si fuisset simpliciter necessarius hic liber, non fuisset ab Aristoteli sub silentio neglectus. Immo vero potuissimos sine opera per se di istius hostis Christi Philosophiam acire. Hic colligitur Ly, necessarium, in textu accipi pro necessario simpliciter, vt docte notauit Ammonius. Non enim ait, Cum sit necessarius hic liber, sed cum sit necessarium nosse, &c.

Docilitas.

Mox de generibus, &c. Hic est textus secundus, vbi Porphyrius reddit discipulum docilem, dum explicat quemadmodum de vniuersalibus sit in logica disputandum. Ait enim abstinendum esse a quæstionibus metaphysicis & disputandas esse quæstiones logicas. Vbi notato primo tria esse quæ discipulos deterrerent & pigros efficiunt. Quæ sunt phixitas, aduersus quem dixerat Porphyrius compendiosam & breuem facturum esse traditionem. Item obscuritas contra quam promiserat procedendum esse velut introductionis modo, videlicet simpliciter præcipiendo non disputando. Item profunditas sententiarum: & ideo dixerat ab altioribus quonibus sese abstinere, simpliciora vero mediocriter cõiectare. Explicat ergo non quæ sunt ille altiores quonibus. Vbi scdo notato, quod disputatio de natura vniuersalium, vbi nã sunt, & quæ res sit, an videlicet sint a singularibus separata, est disputatio physica & metaphysica, cuius est abditissimas rerum causas perscrutari, ob idque dicuntur quonibus altissimæ quia sunt profundissime. Sed consideratio vniuersalium quatenus sunt sibi inuicem prædicabilia & subijcibilia, ea pertinet ad logicum. Vnde Avicenna in prologo logicae. Quemadmodum, inquit, artifex domus non habet cõsiderare naturam partium nempe an calida sint ligna, an vero frigida: fructifera, an sterilia (quod pertinet ad philosophum) sed tamen,

sint ne mollia aut dura, recta aut curua, quod ad artem suam refert: ita logicus de vniuersalibus tantummodo habet tractare quatenus prædicant aut subijciuntur, & hoc est quod ait Porphyrius. Quemadmodum antiqui magis differendi modo tractauerunt. Vbi animaduertendum est in græco haberi logicoteron, quod sonat & magis probabiliter (vt vertit Boetius) & magis logicæ: quod Argyropilus vertit, magis differendi modo. Quod significatiue explicat intentionem Porphyrij, cuius sensus est, quod non vult tractare de vniuersalibus, metaphysicæ: sed logicæ. At dum pollicetur imitaturum se Peripateticos dubium est an intelligat Aristotelicos, an vero Platonicos. Videtur enim intelligere Aristotelicos. Primo, quia vulgus solos Aristotelicos vocat iam Peripateticos, a peripatein, quod est ambulare. Item quia hunc libellum potissimum ad introductionem prædicamentorum Aristoteli composuit. Sed ex alia parte censet Ammonius quod intelligat Platonicos: nam Plato fuit primus qui deambulans cepit docere. Vnde omnes Platonicus dicebantur primo Peripatetici. Sed defuncto Platone Xenocrati cõtingit Academia, quæ erat gymnasium Platonicum. Aristoteli vero docebat in Lyceo, quare illi dicebantur Peripatetici ex Academia, hi vero Peripatetici ex Lyceo. Sed postea discipuli Xenocratis propter nobilitatem Academiae Platonicæ tenuerunt nomen a loco: & dicti sunt Academicus: discipuli vero Aristoteli propter ignobilitatem loci solum nomen actionis seruaerunt, & dicti sunt Peripatetici. Et quod Porphyrius sequatur Platonicos patet: nam fuit ipse Platonicus, atque adeo in hoc opusculo in multis sequitur verba Platonicæ. In vtroque textu proemij captat beneuolentiam auditoris, in priori quidem cum pollicetur vtile fore opusculum hoc: in secundo vero, cum pollicetur non fore difficile. Ex vtroque enim discipuli efficiuntur beneuoli magistro.

Peripatetici.

Beneuolentia.

Quæstio prima super Prologum Porphyrij.

Vtrum vniuersalia in solo sint intellectu, an verò sint in rebus.

Sintegrum nobis fuisse

(quæ admodum nos admonet Porphyrius) de vniuersalibus in dialectica quæstiones tantum dialecticas disputare, nihil hic de vniuersalium existentia meminisse fuisset opus. At vero, quia res dialectica eo hac tempestate processit, vt dialecticis satis iam nequaquam facere possimus, nisi metaphysicarum quæstionum a quibus Porphyrius abstinet, non nihil attingamus, operæ pretium duximus inde rem exordiri. Est autem biuium materia hæc, vnde Nominales atque Reales in diuersas sectas abierunt. Cuius dissidij id in causa fuit, quod cum vniuersalia vt. 1. Meta. ca. 2. auctor est Aristoteli. eo quod remotissima sint a sensibus, cognita sint difficilissima. Reales naturas eorum plus nimio perscrutantes, rem fecerunt obscuram: Nominales vero, quo Realium anfractus fugerent omnia ad nomina reuocarunt. Vnde cum duæ sint partes scientiæ, altera, vt rem intelligas, altera vt credas, rem vtrique fecerunt difficilem. Illi quidem ad intelligendum, hi vero ad credendum. Quocirca qui inter nominales nati sunt Logi. Do. Soto. B 3 mus,

Dissidium Nomina. & Realium.

mus, interque Reales nutriti, tentabimus pro captu nostro materiam tractare, ut neque in re difficili adeo multa comoueamus, quæ caliginem augeat: nec rursus, quo perspicacius loquamur, veritatem deferam. Veritas enim quocumque fuerit abscondita, persequenda est, nec propter difficultatem abneganda. Neque adeo necessarium existimo tres vias hic distinguere quod quidam ex Nominalibus, cuius nos ter, his temporibus induxit, cum inter S. Thomam & Scot. ut videbimus vno & forte altero loco, & quidem parum admodum differat. Tres quæstiones Metaphysicas insinuat Porph. quas Arist. 7. Met. tex. 45. & infra disputat aduersus Platonem, videlicet an vniuersalia sint à singularibus separata? Quævis in versione Boetij videantur esse quatuor, ut secunda sit, an substantia, i. an sint substantia. Quarum sensum primò exponamus, notandum est, quod quadruplex est vniuersale, puta in essendo, in causando, in prædicando, & in representando. Vniuersale in essendo, est quod per se realiter subsistit separatim à singularibus: vniuersale in causando, est id quod est causa vniuersalis à materia separatim, ut sunt intelligentia, de quibus Arist. 1. & 2. Met. tractat: vniuersale in prædicando, est id quod formaliter prædicatur de multis: vniuersale in representando, est species intelligibilis aut conceptus intellectus. Vnde quæstio præsens nec est de vniuersali in causando, nec de vniuersali in representando: quia certissimum est, & illud esse in rebus, & hoc formaliter in intellectu: sed est quæstio, vtrum vniuersale in prædicando, sit vniuersale separatim in essendo, ut dicebat Plato, vel solum sit obiectiue in intellectu. Et quæ in intellectu obiectiue sunt tam entia realia, ut Deus & creatura, quæ si ficitur, ut chimæra, quæritur an vniuersalia sint entia primi generis: puta existentia in rerum natura, an vero sint solum obiectiue in intellectu existentia, ut chimæra. Sed sciendum est hic quod in Græco proponitur quæstio sub his verbis. An vniuersalia sint in rerum natura, an vero in solis nudis intellectibus, aut conceptibus (ut vertit Argypophilus.) Sed Boetius addit in solis, nudis, purisque. Sub quibus verbis Albertus, quem fere comentatores neoterici sequuntur, putat latere mysterium: ut Solus, dicatur intellectus nos ter, qui in principio suæ creationis est tanquam tabula rasa: nudus vero appellatur intellectus angelicus, qui est separatus à materia: sed purus, sit intellectus diuinus, qui est purus actus, vbi nihil est mixtum potentia. Et forsitan hoc addidit Boetius alludendo ad opinionem Platonis, qui dicebat vniuersalia separata esse obiectiue in intellectu diuino. Tamen ego nullum suspicor hic latere mysterium: quia puris, non est Græce: & nudis, solum est exaggeratio prioris particulae, solis, ut sensus sit huiusmodi, An vniuersalia nullo modo sint in rerum natura, sed sint in solo meo: intellectu, nec aliud esse habeant quam cognosci. Hinc lucide constat sensum huius quæstionis apud Nominales longè esse ab intentione Porphyrij. Putant enim hanc quæstionem esse, vtrum vniuersalia sint in rebus, an potius sint conceptus illi formales, homo, animal, quæ sunt subiectiue in intellectu: cum tamen Porphyrius nihil meminerit conceptuum, sed quærit an habeant esse reale an vero esse cognitum: nam apud antiquos esse in intellectu, idem est, quod esse obiectum intellectus.

Quæstio ergo est: Vtrum his conceptibus, homo, animal, respōdeat in rebus aliquod obiectum vniuersale. Et arguitur quod non. Primo Aristot. 1. Post. tex. 35. valeant, inquit, species, quia cantilenæ sunt. Ex tex. 35. vniuersale (ait) nihil est præter singularia, quod ex professo probat. 6. Metap. text. 57. aduersus

Platonem: ergo vniuersale nullum esse habet extra intellectum. Secundo arguitur ratione. Quicquid est in mundo est singulare: ergo nihil est vniuersale. Probatur antea edens primo inductione. Deus, angeli, & hæc omnia sensibilia aut sunt singulares substantiæ, aut accidentia singularia. Item ratione, quia quicquid est præter Deum aut à Deo creatum est, aut à causis naturalibus genitum: sed generatio (& pari ratione creatio) sunt circa singularia, vt. 1. Meta. c. 1. & libr. 7. text. 27. & alibi sæpe docet Aristot. ergo nihil est in rebus præter singularia. Tertio & principaliter arguitur, Argumento Aristot. contra Platonem. 7. Meta. tex. 45. Vniuersale est illud quod natum est esse in multis: sed vna res non potest esse in multis, vt idem color non potest inesse pluribus subiectis distinctis, & multo minus vna substantialis natura pluribus suppositis: ergo vniuersale non est in rebus. Postremo arguitur si vniuersalia solum ponantur subiectiue in intellectu, vt sint ipsi conceptus vniuersales, quemadmodum opinio fert Nominalium, tunc Logica lucide & perspicue procedit: si vero ponatur in rebus ad modum Realium, tunc caliginem multam offundunt miseris dialecticis: ergo non sunt portenta illa (vt aiunt) vilo modo admittenda. In contrarium est, quod scientiæ reales sunt de rebus naturalibus: Mathematicæ, de quantitate, &c. Sed scientia non est nisi de vniuersalibus vt docet Aristot. 1. Posterior. text. 11. & secundo de anima. tex. 60. ergo vniuersalia sunt in rebus.

Quæstio hæc ab antiquissimis

Philosophis originem trahit. Tres fuerunt de vniuersalibus antiquæ opiniones, duæ per extremum oppositæ, & media Aristote. Quibus quarta addenda est nunc Nominalium, tamen parum differat à prima. Heraclitus & Cratylus (vt refert Aristot. 4. Metaph. tex. 22.) nihil putabant esse in rerum natura præter sensibilia quæ videbantur, quæ cum experirentur esse in cōtinuo motu & fluxu, nullamque subinde habere certitudinem, colligebant nullam posse haberi scientiam de rebus: nam scientia debet esse certissima, atque adeo de rebus perpetuis. In qua opinione fertur & Epicurus fuisse. Hæc opinio manifestè falsa est. Primo quia sensualium est hominum, nihil percipere, nisi quod est ante oculos, nec quicquam intellectu supra sensibilia perscrutari. Secundo, quia negare scientias esse rerum, est hominum prorsus irrationabilium: nam cum appetitus hominis naturalis, vt habetur in prologo Metaphysic. sit ad scientias propensissimus, non est dicendum illum esse frustra: Deus enim & natura nihil agunt frustra. Horum occasione Plato (vt. 1. Metaphysic. tex. 5. refert Aristot.) in aliud extremum inclinavit: asserens enim scientias esse rerum aduersus Heraclitum, concedensque scientiam esse non posse de indiuiduis, quæ corruptibilia sunt, cepit inuestigare vniuersalia, quæ essent perpetua. Qua ratione ductus, posuit Ideas specierum realiter separatas à singularibus, vt Aristotel. frequentissime ipsum impugnat. At opinio Platonis, si ita censebat, vt Aristoteles refert, multo minus habebat probabilitatis, quam opinio Heracliti. Ponebatur enim hominem vniuersalem realiter separatim à singularibus hominibus, quem dicebat non dependere à loco, nec à tempore, nec à materia, per cuius participationem homines fiebant particulares: sicuti per impressionem vnus sigilli in multis ceris efficiuntur sigillationes multæ. Itaque putabat Plato quod quemadmodum intellectus concipit, ita se habent & res ipsæ. Vt scilicet conceptus singularis Petri alius est à conceptu communi hominis, ita humanitas ellet res separata à Petro.

diffinitio vniuersalis

Quatuor opiniones de vniuersalibus.

Petro. Sed re vera hoc intellectus capere non potest, vt 7. Metaphysico. id late probat Aristoteles. Primo non est intelligibile quin homo ille esset vna res singularis in essendo quemadmodum aliæ creaturæ, & per consequens homo ille communis deberet esse materialis, in loco, & tempore, &c. Item intelligibile non est quomodo ille vnus homo esset in pluribus simul, ita vt singuli essent ille vniuersalis: erat enim sententia Platonis quod in his prædicationibus, Petrus est homo, Paulus est homo, ille idem homo prædicatur essentialiter de suis indiuiduis. Sed arguitur sic: Nihil prædicatur essentialiter de aliquo nisi ei realiter inest, vt si Petrus est homo, res significata per prædicatum inest realiter rei significatæ per subiectum: si ergo illa humanitas separata est à Petro & Paulo, esse non potest, vt realiter prædicetur de illis. Argumentum est Aristote. 10. Metaphysic. text. 46. & Auic. 5. Meta. Adeo opinio Platonis apparet impossibilis, vt fuerint nonnulli suspicati Aristot. id imposuisse Platoni. Et certe Augusti, qui fuit Platonicus, lib. 83. quæstio. 9. 46 dicit, quasi interpretans Platonem, Ideas non esse nisi rationes in mente Creatoris, nec esse distinctas ab essentia diuina, sed essentiam Dei esse Ideam omnium rerum: quia est quodammodo omnia, atque adeo deas se intues vt exemplar, res extra producit. Quæ est concursus sententia Theologorum. Nec solus Christianus Augustus, sed Seneca vbi que Platonicus libro. 8. epistola. 66. dicit quod Deus exemplaria rerum intra se habet quas Plato Ideas vocat. Atqui S. Thom. lib. 4. de reg. princ. c. 4. ait Aristot. multa imposuisse philosophis. At vero credito est difficillimum, Aristot. tempore ipso Platonis eiusque discipulis viuentibus rem tam absurdam imposuisse Platoni, nisi si Plato dixisset. Tertia est opinio Nominalium. Ocham in sua logica. c. 14. & infra, quem inceptorem huius viæ Nominales venerantur, negat vniuersale & in rebus. Cuius sententia explicatur hoc modo, singulare dupliciter accipitur. Vno modo pro singulari in essendo, & est illud quod in se est indiuiduum, ab alijsque distinctum, vt Petrus & quæcunque res mundi, alio modo pro singulari in significando, & est terminus vnum significans vt nomen Petrus. Et contrario modo vniuersale, accipitur vno modo pro vniuersali in re, & est natura quam Reales autem tant communem esse pluribus: & alio modo pro vniuersali in significando, & est nomen significans plura diuisim. Tunc ad quæstionem respondetur duabus conclu. Prima, nullum est vniuersale a parte rei, imo omnis res mundi est singularis. Secunda, Multa sunt vniuersalia in representando, vt isti conceptus, homo animal, substantia. Vnde Buridanus in principio prædicabilium: vniuersale (inquit) est terminus qui ex modo suæ significationis natus est supponere pro pluribus vniuersis & diuisim.

Sententia Aristot. (vt ex locis

doctrinæ suæ quæ plurimis manifestè colligitur) in medio posita est inter opinionem Heracliti, & Epicuri, & opinionem Platonis. Cuius sententia consistit in tribus conclusionibus, ex quibus elicitur. 4. quæ, respondebimus ad quæstionem præsentem. Prima conclusio. Quicquid est in mundo est realiter indiuiduum & singulare. Conclusio hæc probata est secundo argumento principali, & ijs quæ adiecta sunt aduersus Platonem quam identidem Aristot. 7. Meta. & alijs multis locis aduersus eum stabilivit. Secunda, vniuersalia nihilominus sunt in rebus de quibus prædicantur. Atqui cum hic sit introitus ad vniuersalia, notandum est duplicem esse conceptum: alius est formalis, qui est qualitas potentia cognoscitiua, qua

1. Conclusio

2. Conclusio Conceptus for. & obiectiuus.

diffinitio conceptus formalis

formaliter cognoscimus: & alius est conceptus obiectiuus, qui est formale obiectum immediate significatum per conceptum formalem, puta per notitiam. Punctus ergo cōtrouersia inter Nominales & Reales est, quod secundum Nominales huic conceptui mentali, homo, nullus conceptus obiectiuus responderet in rebus præter singulares homines quos (vt aiunt) immediate significat: Reales vero dicunt illam notitiam non significare homines singulares, sed rationem communem hominis, & illa est conceptus obiectiuus, quem conceptus formalis immediate significat. At singulares homines sunt significata mediata & materialia: quia conueniunt in illa ratione quæ est formale significatum. Et in fine quæstionis videbimus, quam sit inter eos minima differentia. Probatu iam conclusionem esse veram, & ex mente Aristote. Primo, satis deberet esse communis animus concipiendi hominum, qui maximum pondus habet in Dialectica. Quædo enim enuntiamus aut audimus, omnes homines esse eiusdem speciei, cum ita que animalia esse eiusdem generis quid aliud significamus, aut concipimus, quàm quod omnes homines conueniunt in vna ratione specifica hominis, & omnia animalia in vna ratione generica animalis: quam re vera intelligimus esse in rebus. Atqui quando dicimus, hoc animal esse in insula frequentissimum (indicato elephate) hæc herba nascitur in horto meo, certe non loquimur de singulari indiuiduo, sed de specie in communi. Et eadem ratione concedimus naturam non intendere conseruare singularia, sed speciem. At arguitur secundo. In his prædicationibus, Petrus est homo, Paulus est homo, termini accipiuntur pro rebus, & vt author est Aristot. 1. Elench. capit. 1. vbi ait, quod termini accipiuntur pro rebus, & quod accidit in nominibus, id in rebus quoque arbitramur accidere: ergo sicut subiectum singulare accipitur pro re singulari, ita prædicatum vniuersale accipitur pro ratione aliqua vniuersali, quæ communis est Petro & Paulo. Respondent: negando consequentiam: sed dicunt terminum qui est prædicatum, prædicari de termino qui est subiectum, tamen in rebus nullam rationem communem prædicari de Petro. Sed pro hoc probat argumentum, quod sicut subiectum accipitur pro Petro, ita prædicatum quod est nomen vniuersale accipitur pro aliqua ratione vniuersali quæ est in Petro & Paulo. At vero de hoc in prologo prædicamentorum. 4. ca. Vbi manifestabimus nomina prædicari instrumentaliter tanquam signa, & res principaliter. Tertio arguitur. Dehinc, puta animal rationale, explicat quidditatem hominis, non Petri solius aut Pauli, sed rationis & naturæ communis hominis: ergo in rebus est vniuersale. Respondent Nominales definitum illius definitionis esse illum terminum homo, quia accipitur immediate pro rebus singularibus. Hoc tamen nullatenus fatifacit, nam non negamus definitum propinquum esse illud nomen: sed requirimus definitum principale. Putarem pro qua definitur illud nomen. Et arguitur sic: Dehinc definitio non est indiuidui, sed speciei, & vniuersalis, vt expresse ait Aristoteles. 7. Metaphysicorum, tex. 37. & 53. ergo animal rationale non definit homines singulares, sed hominem in communi, pro quo accipitur illud nomen, homo. Et confirmatur. Quando audimus reubarbum esse purgatiuum cholerae, certe non concipimus illud nomen esse purgatiuum, sed herbam, non hanc aut illam sed genus quoddam herbarum: & cum enuntiamus, hominem esse speciem præstantissimam animalium, profecto non significamus hominem singularem, sed naturam hominis in communi.

Quarto arguitur, Scientia est de rebus, & non est de Logi. Do. Soto. B 4 singu.

De vniuersalibus



Quæstio secunda.

Vtrum in rebus ante operationem intellectus sit vniuersale, vnum in pluribus.

Arguitur à parte affirmatiua. Vniuersale est id quod natum est esse in pluribus...

In superiori quæstione disputauimus controuersiam inter Nominales atque Reales, in hac examinabimus, si qua est differentia inter Scholasticos...

monstrabimus: ergo. &c. Et secundo arg. Si per se humanitati & secundum propriam rationem conueniret vniuersalitas...

Hæc amplius corroborantur

responsionibus argumentorum Scoti. Vnde ad primum respondetur quod natura ante ordinem ad intellectum secundum propriam rationem est in differens negatiue ad plura...

At vero aliter arguitur, quod vniuersalia sint in rebus absque operatione intellectus, ex communi modo concipiendi qui plurimum habet potèderis in dialectica...

Caie. abs. f. de ente, et entia. fo. 30

Ratio vniuersalis.

Auicenna.

Vnitas specifica.

Hoc est vniuersale...

hinc concedimus species esse multas animalium, multa que substantiarum & accidentium genera: quod primum enim Deus creauit mundum, nullo intellectu abstrahente vniuersalia...

etum est, nihilominus non tantum est obiectum quando actu mouet, sed quia est motuum intellectus, sicuti color non solum dicitur obiectum visus quando actu mouet visum...

Quæstio tertia.

Vtrum noia secundarum intentionum vniuersalium supponat personali ter pro singularibus indiuiduis

Quæstiones duæ antecedentes fuerunt meta. de vniuersalibus hæc vero est Dialectica, quæ li. 1. & 2. Sumularum, quatuor Sumulisticis necessariis erat...

Vniuersale in actu. quod si dicas rem ad extra similitudine esse intelligibile in actu...

manus intellectus agentis & facere propria intentione actu intelligibile

a vnitas specificæ diuidi per se non formalis, vniuersale numerabile nullo modo...

S. Thomas.

vide Caie. cap. q. de ente et essentia. fo. 30

contrarium est hæc eadem autoritate Porphyrii. Nam species est, quod prædicatur de pluribus differentiis numero, & genus, quod prædicatur de pluribus differentiis specie. Sed Petrus nec prædicatur de pluribus differentiis specie: ergo Petrus nec species nec genus.

cuius fundamentum remotum est res ipsa & fundamentum propinquum est cognitio qua res abstrahitur a singularibus. ¶ Sequitur quarto: quod ens rationis non est effectus directe intentus ab intellectu in genere causæ efficientis: sicut conceptus formalis qui est subiective in intellectu, aut sicut officium exterius quod arte produci- tur ab illo: sed est illud quod produciatur aut cõsequitur ad operationem intellectus. Ex hoc enim quod intellectus abstrahit speciem intelligibilem aut format conceptum vniuersalem, qui sunt effectus directe intenti, cõsequitur in re illa nominatio vniuersalis. Et ideo dicitur ens diminutum, non tamen est vera fictio sicut chimæra propterea quod habet fundamentum in re, quod est ratio hominis, aut ratio animalis, &c. Vnde cum tria sint entia rationis vt colligitur ex Sancto Thom. de veritate q. 2. arti. 5. pura negatio, & priuatio & relatio. Negatio: nullum prorsus fundamentum correspondet in re, sed est ens fictum ab intellectu vt chimæra: priuatio vero, vt cecitas est quidem ens rationis: quia priuatio entis realis puta visus: sed tamen habet vtrunque fundamentum in re. I. remotum, quod est animal & propinquum: quod est aptitudo ad videndum. Sed vniuersalitas: quæ est relatio rationis, medio modo se habet: nam habet in re fundamentum remotum: puta naturam denominatam sed fundamentum proximum est cognitio: quia abstrahitur per intellectum.

Ens rationis triplex.

Duorestant hic dubia. Vnum

de illo quod hæcenus frequenter diximus, nempe vniuersale fieri per abstractionem. Sunt enim hoc tempore qui putant intentionem vniuersalitatis nõ resultare in re, nisi per notitiam comparatiuam qua intellectus, v. g. comparat hominem, aut animal ad sua inferiora, quod putant esse opinionem. S. Tho. At vero profecto nec apud Aristot. nec apud S. Tho. potest esse dubium quo minus vniuersale fiat per abstractionem. ¶ Primum, fieri aliquid vniuersale est: id fieri commune: & indifferens id est habens se æqualiter ad plura, sed esse sic commune nil aliud est quam esse denudatum a conditionibus singularibus, per quas contractum erat & singulare: denudatur autem per abstractionem: ergo. ¶ Et confir. quia sicut natura per cõtractionem in hac materia & sub his conditionibus singularibus determinatur & indiuiduatur: ita per oppositam abstractionem fit actu indeterminate, & per consequens vniuersalis. ¶ Et secundo arguitur autoritate Aristot. 2. phys. tex. 18. dicitur quod abstrahenti non est mendacium. Vbi, S. Th. & glossatores dicunt quod intellectus per abstractionem separat vniuersale a singularibus. Atqui re vera abstrahere vniuersale a particularibus idem prorsus est quod facere vniuersale: etenim quemadmodum Plato asserbat vniuersale esse separatim realiter ab indiuiduis, ita ratione illud separare est facere vniuersale. ¶ Sed tamen multo minus dubium est hanc esse sententiam Sancti Thom. etiam in locis ipsis quos isti citant in contrarium: nam prima pars quæst. 35. arti. 1. ad 2. argumtum dicit quod abstrahere contingit dupliciter, vno modo per modum cõpositionis aut diuisionis: & isto modo abstrahere rem ab alio, a quo non est separata esset falsum, vt si quis diceret colorem non esse in pomo. Alio modo contingit abstrahere per modum simplicitatis, sicut cum intelligimus vnũ nihil considerando de alio: quam abstractionem Scot. alio nomine vocat præcisiuam: vt cõ quis cõsiderat colorem, nihil cõsiderando de pomo: & hæc abstractio potest fieri sine mendacio. Et hoc modo, inquit, abstrahit intellectus vniuersale a particulari. Et statim articulo

Abstractio duplex

culo secundo ad secundum: Quod humanitas (inquit) apprehendatur sine indiuidualibus conditionibus, quod est ipsum abstrahi, ad quod sequitur intentio vniuersalitati, accidit humanitati secundum quod percipitur ab intellectu in quo est similitudo naturæ speciei, & non in diuiduali principiorum. Ecce nihil dicit de comparatione, sed quod per hoc quod res abstrahit est vniuersalis. Et opus 55. expresse dicit, quod natura quæ singularis erat efficitur vniuersalis, per actionem intellectus deputantis ipsam a conditionibus quæ sunt hic, & nunc. ¶ Fal- luntur tamen isti, bona venia bonorum alias autorum dixerim (vel ego fallor) quia statim infra dicit. S. Tho. q. species non est vniuersalis ex hoc quod est in anima, sed ex hoc quod comparatur ad multa singularia. Inde inferunt quod requiritur notitia comparatiua. Quod tamen minime sequitur, quia illuc loquitur de specie quæ est subiective in intellectu & illam dicit esse vniuersalem quia comparatur. Non tamen per hoc intelligit actualẽ comparationem intellectus: nam ceteræ species illa abstracta sine eo quod cognoscatur ab intellectu est vniuersalis, sed per comparationem intelligit (vt ipse statim subiungit) vniuersalem rationem quam de se habet ad omnia quæ representat. Eodem modo, res ipsa relucens in illa specie habet vniuersalem rationem ad omnia indiuidua, & per consequens est vniuersalis. Expresse hoc dicit S. Tho. opus 42. capit. 5. natura (inquit) vniuersalis propter vniuersalitatẽ rationis, quæ fit per remotionem a materialibus conditionibus, est vnum in multis. Non ergo habet vniuersalem rationem per notitiam comparatiuam sed per abstractionem. Et idem dicit 1. par. q. 85. art. 3. ad primum & ad quartum.

Dubium ergo secundum est

vtum per abstractionem speciei vniuersalis, aut quando res cognoscitur concepta vniuersali, aliquid pullulet in re, a qua denominetur genus aut species. Scot. enim ita videtur docere, saltem Scotistæ ita interpretantur auctorem. Ait enim in 1. dist. 23. quod ens rationis causatur per operationem intellectus. Et quia dicit, causatur: putant nescio quid pullulare in re, quod vocant genericitatem aut specificitatem. Et q. 13. idem videtur docere, nempe quod per cognitionem produciatur res in esse cognito. Et in prædicabilibus. q. 9. expresse dicit, quod vniuersalitas est obiective in intellectu & subiective in re. ¶ At vero quicquid sit de auctoribus, statuitur hæc conclusio negatiua. Ens rationis quod est vniuersalitas, nullum esse subiectum habet in rebus, sed solum est obiective in intellectu. Hoc est dicere vniuersalitas (quam vocant genericitatem aut specificitatem) est sola de nominatio ab extrinseco, nec aliquid pullulat in re a qua res denominatur vniuersalis: sed dicitur genus quia est obiectum speciei intelligibilis, aut huius conceptus vniuersalis, animal est species quatenus est obiectum illius conceptus, homo. Quemadmodum ego dicor subditus ab intrinseco quia habeo prælatum: nec relatio qua ego referor ad prælatum est aliquid distinctum a me. Et forsitan Scotus non vult aliud quando dicit vniuersalitatẽ esse in re, nisi quod res denominatur vniuersalis. Nam 4. sentent. distinct. 1. q. 2. dicit vniuersale esse ens diminutum, quod habet solum esse obiectiuum in anima. ¶ Hæc conclusio non aliter probatur, nisi quia sicut est sensus hominis nihil credere, nisi quod est ante pedes, vt Heraclitus: ita & vani est hominis credere in scientijs, nisi quod ratio aut fides catholica persuadet, maxime in multiplicatione rerum, & profecto nulla ratio persuadet, vt intellectus per cognitionem aliquid producat in rebus

(ait enim Arist. 3. de anima. tex. 2. intelligere esse quoddam pati) sed sicut res dicitur cognita quia obijcitur cognitioni ita denominatur genus aut species in actu: quia obijcitur huic aut illi cognitioni. ¶ Hæc est sententia Sancti Thom. opus 48. tract. 2. ca. 1. vbi ait rem esse in anima tripliciter. Vno modo sicut effectus in causa: vt domus est in mente artificis. Alio modo subiective, vt scientia. Et tertio modo obiective, vt ens rationis. Et infra. Ens rationis, quod est ens in anima, non est res, sed intentio cui nihil extra animam correspondet, nisi per fundamentum remotum. Quod si quæramus (inquit) vbi est subiective, respondetur, quod nusquam, sed est in intellectu solum obiective, alias esset ens reale. Hæc ille idem repetit opus 56. & 1. sentent. distinct. 2. arti. 3.

Articulus secundus huius quæstionis est de modo loquendi per omnia vniuersalium, cuius cognitio quam plurimum esse necessaria, non solum Dialecticis, sed in vniuersum cuiuscunque scientiæ professoribus: quippe ex cuius ignorantia & in philosophia & in theologia multi paralogizantur. Est ergo animaduertendum, quod de vniuersalibus contingit sermo, aut per nomina primæ intentionis, aut per nomina secundæ intentionis. Per nomina quidem primæ intentionis tribus modis: nempe enuntians, aut concretum de concreto, aut abstractum de abstracto, aut abstractum de concreto. Quorum omnium exempla in his quatuor nominibus satis patebunt, videlicet Socrates, homo, animal, & rationale.

¶ Primum membrum facillimum est, manifestum enim est hæc prædicationes, homo est animal, homo est rationalis, & similes esse formaliter veras. Nam superiora formaliter & quidditative prædicantur de suis inferioribus: & omnia de suo subiecto. ¶ Secundum ergo membrum est, vtum ista sint concedenda, humanitas est animalitas, humanitas est rationalitas, rationalitas est animalitas. Neque debent barbara hæc nomina censeri quia nõ possunt a Philosophis rerum naturæ, quatenus sunt formæ suppositorum, alijs nominibus significantius nuncupari, quibus proinde vtus fuit Boetius, & alij graues Latini. Atqui in his abstractis est alterum punctum quo Scotus differt ab omnibus alijs realibus: negat enim illas prædicationes in abstracto. 1. sent. dist. 2. quæst. 7. & d. 5. q. 1. Cuius ratio est quia animalitas, inquit, & rationalitas, & humanitas, differunt formaliter. ¶ Ad cuius intelligentiam breuiter notato, apud S. Tho. imo apud omnes philosophos ante Scotum, tantum esse duas distinctiones, puta rationis & realem. Distinctio rationis est inter ea quæ sola operatione intellectus distinguuntur, vt quando dicimus Petrum esse eundem sibi, amicum sibi, aut amicum sibi distinguimus Petrum a se ipso sola ratione: quia loquimur de illo tanquam de duobus: distinctio vero realis est inter ea quæ circumscripã operatione intellectus re ipsa distinguuntur: vt Petrus & Paulus: quauis hæc habeat multas species: nam alia distinguuntur essentialiter & specificè, vt homo vt equus: alia solo numero vt Petrus & Paulus: alia, genere vt substantia & qualitas vt latius explicabimus in prædicamentis. capitulo 4. Scotus vero scrutatus est distinctionem mediam: quæ nec est rationis nec omnino realis quam vocat formalem. Vt primo distinguat inter distinctionem rationis & distinctionem ex natura rei. Et distinctionum ex natura rei apud ipsum: alia est realis aliaque formalis. Distinctio realis est inter illa quæ distinguuntur tanquam duæ res: vt homo vt lapis sed distinctio formalis est inter ea quæ suntyna res: nihilominus aliquid est de essentia & distinctio

Appellatio


Distinctio realis & formalis.

Præsens. id est diuersum

Quæstio hæc præcedens in

telligenti facilis est. Quæ duos habebit articulos: primus versabitur in expositione terminorum, alter vero modum explicabit loquendi de vniuersalibus. Primo pro intentione terminorum notandum est, quod intentio aliter accipitur apud philosophos morales. I. pro actu voluntatis respectu finis, & aliter hic apud dialecticos: nam hic intentio seu attentio significat quemcunque conceptum intellectus, quo tendit res. Vnde prima intentio, est primus conceptus qui habetur de re, puta quo in rebus cognoscimus ea quæ ex natura sua eis cõueniunt, aut accidunt: vt bi conceptus, Petrus, homo, album, & similes. Et 2. intentio est secundus conceptus qui habetur de re. Et dicitur secundus, quia supponit priorem. v. g. postquam intellectus cõcipit hominem reflectitur supra re cognita. Et videns, quod talis natura, sic abstracta, conuenit pluribus numero, format illum conceptum species, quo significatur illa proprietas in re quæ est cõuenire pluribus. Atque ille dicitur secunda intentio. Itaque hæc notitia comparatiua secunda non facit vniuersale, imo supponit esse vniuersale, iã abstratum, in quantum cognitum conceptu vniuersali, sed intellectus per talem notitiam comparatiuam cognoscens illam proprietatem rei, attribuit illi nomen speciei, sicut cognoscens Petrum habere albedinem imponit illi nomẽ album. Doctrina est Sancti Thom. opus 48. arti. 1. & in hoc decipiuntur qui putant per notitiam comparatiuam fieri vniuersale, vt statim videbimus. ¶ Eadẽ arte, postquam intellectus format hanc propositionem, homo est animal, reflectitur super res significatas, & cognoscens animal prædicari de homine, & hominẽ subijci, imponit alteri nomẽ prædicati, & alteri nomen subiecti: & pari ratione imponit alia nomina secundarũ intentionũ quæ cõueniunt re

Prima & secunda intentio



diffinitione quiddatiua vnius, quod nõ est de essentia alterius. Ad propositum descendendo dicit, quod humanitas & animalitas non distinguuntur sicut duæ res, imò humanitas est res, quæ est animalitas: sed tamen quia in diffinitione humanitatis includitur rationalitas, quæ nõ includitur in diffinitione animalitatis, propterea distinguuntur formaliter, & non solum ratione per operationem in intellectu. Itaque hæc est falsa, humanitas est animalitas quæ facit sensum formalem, sed hæc est vera humanitas est res quæ est animalitas, quæ facit sensum identicum. Et eadem ratione, hæc est falsa rationalitas est sensuualitas: & fortiori hæc rationalitas est animalitas. Similia dicit diffin. 3. q. 4. de attributis diuinis, quod ad præsentem non pertinet disputationem. ¶ At vero S. Thom. vt colligitur ex de ente & essentia. cap. 3. & ex alijs locis censet, quod sola ratione distinguuntur, humanitas, animalitas, & rationalitas. Ait enim quod compositio humanitatis ex animalitate & rationalitate, licet quodammodo (vt infra videbimus) sit similis compositioni materiæ & formæ non tamen est omnino sicut compositio physica Petri ex materia & forma, alias (inquit) animal non predicatur de homine, sicut materia non predicatur de Petro: sed est compositio ex re confusa intellecta: & ex eadem re determinate intellecta, quod est dicere, animalitas dicit naturam sensuualitatem in consulo, id est, non determinando quod sit hæc aut illa, rationalitas vero dicit naturam sensuualitatem determinatam per formam rationalem & hæc est eadem humanitas, & ideo in Petro nullo modo reperitur animalitas nisi eadem illa quæ est humanitas, quare humanitas & rationalitas solo intellectu differunt. Et quia distinctio solius rationis nõ sufficit falsificare propositionem, ita omnes prædicationes sunt formaliter vere, humanitas est animalitas, humanitas est rationalitas, rationalitas est animalitas. ¶ In cuius persuasionem arguitur, Primo, Tot sunt & non plura distinctionum genera, quot sunt distinctiones rerum: sed Aristot. 5. met. tex. 14. & lib. 6. tex. 6. non ponit nisi duo genera entium, puta entia rationis & entia realia, ergo neque sunt plures distinctiones quam rationis & realis. Et consi. quia re vera vt nomen sonat, distinctio ex natura rei, idem est quod distinctio realis: & ideo si qua est distinctio præter operationem intellectus, ea est appellanda realis. Cum ergo humanitas & animalitas non distinguantur realiter, sit vt sola distinguantur ratione. ¶ Sed arguitur ad re, quod humanitas & animalitas non distinguantur ex natura rei, absque operatione intellectus: nam id maxime esset propter rationem Scoti, quia aliquid includitur in diffinitione hominis quod non includitur in diffinitione animalis sed tunc eadem ratione, homo, in concreto distingueretur formaliter ab animali, quod asserere nemo potest, cū homo formaliter, & quiddatiue sit animal. Discipuli Scoti hoc vltimo argumento concedunt, quod quauis homo distinguatur formaliter ab animali, & humanitas ab animalitate, nihilominus animal non distinguatur formaliter ab homine neque animalitas ab humanitate: quia superius nihil includit quod non includatur in inferiori. ¶ Sed profecto hoc est testimonium, quod diffinitio sua est mere gratis conficta, nam distinctio formalis debet esse motua: quare si animalitas non distinguatur ab humanitate, profecto neque humanitas ab animalitate. ¶ Est præterea argumentum, quod cū huiusmodi Metaphysicæ distinctiones sint obscuræ & creditu difficiles, non sunt plures in scholis admittendæ quam illæ quas ratio conuincit. ¶ Concludimus ergo quod illa prædicata in abstracto formaliter prædicantur de se inuicem sicut in concreto. Vnde ad argum. Scoti responderetur,

quod quauis humanitas distincte & determinate aliquid includat, quod determinate non includit animalitas, tamen animalitas confuse & indeterminate includit totum quod humanitas, dicit enim naturam sensuualitatem quamcunque, & nulla est talis in re nisi illa animalitas quæ est in homine & ipsa est humanitas: & animalitas quæ est in equo & ipsa est equinitas: nam eadem est anima, a qua homo est sensibilis, & a qua est rationalis. ¶ Adducit Scot. illud Auicennæ. 5. Metaphysicæ. equinitas est tantum equinitas. Sed responderetur quod quauis Auicenna non habeat tantam autoritatem in vniuersalibus quantum in singularibus, quia medicus non curat hominem in vniuersali sed Socratem, nihilominus nõ vult negare quod equinitas sit animalitas, sed id solum intendit quod equinitas de se nec est vniuersalis nec indiuidua, sed solum conueniunt illa prædicata essentialia, puta quod sit equinitas & animalitas. &c.

Tertium membrum in nominibus primæ intentionis est, quando abstractum prædicatur de concreto, vt homo est humanitas, & de hac

Reales omnes conueniunt esse falsam. Et fateor non esse hoc facile credita, hic vel maxime, qui non sunt in Aristot. præfiscisque philosophis versati, quia manifestum est humanitatem non distingui ab homine, sicut a corpore distinguitur color, quia humanitas est essentia hominis. Sed negant illam solum propter diuersum modum significandi terminorum: quia abstractum significat humanitatem per modum formæ, & concretum significat hominem per modum habentis formam, & per consequens humanitas significat humanitatem quodammodo ad modum partis, & homo ad modum totius. Atqui inter sapientes potius conceditur quod homo habet humanitatem, quam quod homo sit humanitas, & Aristot. 1. de anima. text. 24. dicit, quod humanitas nõ net, nec ambulat sed homo. Propter hos modos loquendi antiqui negabant illas propositiones. Et quia illa est falsa seclusa operatione intellectus, dicebant quod humanitas distinguitur ab homine. Et S. Thom. & omnes quotquot illum præcesserunt, vocant illam distinctionem realem, vt patet prima. p. q. 3. ar. 3. & alibi frequenter. Scotus vero vocat suo nomine distinctionem formalem. Et forsan in hoc pucto particulariter disputatio est de nomine. Nõ enim concedendum est distingui tanquam rem & rem: quia homo & humanitas non sunt duæ res, imò in sensu identico prædicatio est vera, vt si dicas, homo est res quæ est humanitas. Scilicet distinguuntur (dicunt) tanquam includens & inclusum, quia homo videlicet dicit suppositum, & suppositum dicit id quod habet humanitatem, in hac materia cum his accidentibus, quæ quidem in humanitatis ratione non includuntur. Qui quidem modus loquendi potissimum necessarius est in materia incarnationis, a qua vix nos possumus extricare, quomodo Christus assumpsit humanitatem & non suppositum, nisi negando suppositum esse naturam. Sed de hoc in prædicamento quantitatis & reliquis sequentibus amplius faciemus sermonem, quomodo videlicet abstracta prædicantur de concreto.

Supereft secunda pars de terminis secundæ intentionis. Et quidem de prædicatione abstractorum, & de se mutuo, & de concretis nulla est difficultas, ista enim est disparata, specieritas est generetas, seu intentio speciei est intentio generis, quia sunt diuersi intentiones

specieritas: & pariter ista, genus est generetas, & species est specieritas, admodum istarum, albedo est sapor, albu est albedo. ¶ Restat ergo vt dicamus de nominibus secundæ intentionis in concreto, quemadmodum prædicatur de nominibus primæ intentionis, vt dicendo, homo est species, animal est genus, &c. quod est principaliter intentum in hac quæstione. Et quidem secundum nominales nulla est quæstio, sane qui dicunt in his prædicationibus homo est species, animal est genus, subiecta materialiter supponere. Atque adeo in syllogismis: homo est species, Petrus est homo, ergo Petrus est species: item animal est genus, homo est animal: ergo homo est genus, mediū tenere æquiuoce. ¶ Sed tamen quia hoc iam impugnatum est, nec modus concipiendi est illa nomina, homo animal esse speciem & genus, sed res ipsas: ad quæstionem respondetur duabus conclusionibus. Prima, Nomen secundæ intentionis vniuersalis nõ supponit pro indiuiduo: sed pro sola natura cui conuenit illa intentio, vt hoc nomen, species non supponit pro Petro sed pro homine in vniuersali. ¶ Ad probationem huius conclusionis notanda est hæc regula. Nomen secundæ intentionis quodcunque positum in vno extremo appellat proprium conceptum alterius extremi super suum proprium significatum: vt in hac propositione, homo est species, prædicatum appellat conceptum vniuersalem: homo ad suum significatum, quod est dicere, facit vt subiectum supponat pro homine, in quantum concipitur illo conceptu vniuersali, homo. Ratio regulæ manifeste colligitur ex his quæ supra adnotauimus: nam nomen secundæ intentionis nõ conuenit rei, nisi in quantum substat illi intentioni: & res non substat intentioni, nisi in quantum est obiectum cõceptus: vt rex quæ est homo est species, in quantum obijctur isti conceptui, homo, per quem abstractitur a singularibus. Quo fit vt prædicatum faciat subiectum supponere simpliciter. Suppositio enim simplex, vt dictum est secundo libro Summul. est suppositio termini pro suo primario significato: primarium autem significatum de ly, homo, est homo in quantum abstractitur a conditionibus singularibus, quod nihil aliud est quam homo in quantum concipitur illo cõceptu vniuersali: ergo de primo ad vltimum, nomen supponere simpliciter est supponere pro suo significato, cū appellatione proprii conceptus. Dixerim subiectum supponere simpliciter: nam prædicatum, species, personaliter supponit, cum supponat pro suis suppositis, in his, homo, est species, equus est species. ¶ Probatur ergo conclusio. Sensus huius propositionis Petrus est species, est quod Petrus quatenus concipitur illo conceptu singulari, Petrus est species: sed hic est falsus: ergo nomen species non supponit pro Petro. Eadem ratione nec illud nomen supponit pro genere, neque nomen generis pro specie nec pro indiuiduo: quia propter appellationem subiecti omnes istæ sunt falsæ, animal est species, homo est genus, Petrus est genus. ¶ Secunda conclusio. Nomen secundæ intentionis indiuidui nec supponit pro specie nec pro genere. Exempli gratia: Hæc nomina indiuiduum, singulare, prima substantia, sunt nomina secundæ intentionis: quia significant indiuiduum ea ratione qua est subiectum omnium prædicatorum, tam essentialium quæ accidentalium: & ideo appellat proprium conceptum alterius extremi, sicut nomina vniuersalium. Nullum ergo istorum supponit pro specie aut genere. Sensus enim huius, homo est indiuiduum, aut singulare, est quod homo in quantum concipitur illo conceptu, homo est indiuiduum. Et eadem ratio hæc est falsa, animal est substantia. Eadem arte loquendum in alijs nominibus secundæ intentionis, quæ faciunt eandem appellationem. Vt quando dicitur, color

est obiectum ad æquatum visus: ens subiectum Metaphysicæ, sensus est de colore aut ente in vniuersali. Quare subiectum in his locutionibus supponit simpliciter.

Ad primum argumentum in

contrarium respondetur quod causa ob quam negamus nomen speciei supponere pro indiuiduo, non est: quia species ex natura rei distinguatur ab indiuiduo, sed quia ex defectu appellationis nõ sequitur, homo est species Petrus est homo, ergo Petrus est species. Nec sequitur Appellatio. negatiue: Petrus non est species, Petrus est homo: ergo homo non est species: nam vtrobique variatur appellatio subiecti. Nomina enim hæc secundæ intentionis eodem modo appellant in negatiuis sicut in affirmatiuis. ¶ Sed arguitur contra hoc. Primo. Sequeretur consequentiam hanc, eadem ratione non valere, homo est animal rationale, Petrus est homo: ergo Petrus est animal rationale: quia cum diffinitio explicet naturam speciei: videtur quod appellet sicut nomen speciei. Respondetur negando sequelam. Imò syllogismus est bonus: quia illa diffinitio: animal rationale: constat ex nominibus primæ intentionis: & ideo non appellat, sed subiectum supponit personaliter. ¶ Secundo arguitur. Homo est species: ergo omnis homo est species: rursus, Omnis homo est species: ergo Petrus est species. Prima consequentia tenet: quia in materia naturali in definita æquipollet vniuersali: & secunda per descensum. ¶ Respondetur consequentiam primam non valere, subiectum enim in antecedenti supponit simpliciter: & in consequenti personaliter, nam subiectum non videtur appellare supra prædicatum. ¶ Hic posset quis forsan dicere, conuersionem hanc non valere. Et ratio posset adduci quia prædicatum est sicut forma subiecti, & ideo potest ipsum qualificare. Nõ tamẽ vice versa, subiectum quod est vt materia, potest qualificare prædicatum. Vnde concedimus, quod homo est pius quia prædicatum alienat subiectum, sed negamus quod homo pius sit homo, & concedimus quod homo est nomen vocale: quia prædicatum facit subiectum stare materialiter: sed tamen negamus quod nomen vocale est homo. ¶ Nihilominus tamen censo has regulas non esse tam exacte intelligendas, sed consulendæ sunt potius aures. Et tamen ita verum sonat: species est homo, sicut homo est species. Concedimus enim hanc: pulchra species animalis est equus. Infimum genus viuientium est planta & similes. Et ideo conulto diximus in regula: quod nomen secundæ intentionis appellat supra alterum extremum, siue subiectum sit siue prædicatum. ¶ Quarto tandem arguitur. Sequeretur quod sub subiecto illius, homo est species, nullus posset fieri descensus: quin variaretur appellatio. Respondetur quod potest fieri per singularia vaga supponere: ita idem simpliciter vt hic homo est species. Cuius sensus sit: Hic homo quatenus concipitur illo conceptu vniuersali: homo est species: nam frequenter singulare vagu supponit simpliciter

sed potius subiectum quod recipit illam formam. Etenim ex modo essendi rerum, sequitur modus prædicandi. 5. Metha. t. 1. 4. Eadem ratione quia superius est forma inferioris. 2. Phis. t. 1. 8. & 5. Metha. t. 1. sic, ut homo sit prædicatum Petri, quia dicit rationem hominis quæ est in Petro, Petrus vero est subiectum respectu hominis: & quanuis Petrus & homo, vt supra dictum est, sola ratione distinguantur, nihilominus ita nos docet Aristote. 2. Phis. loqui. ¶ Est ergo prædicatio directa illa, in qua id quod se habet vt forma enunciat de suo subiecto indirecta est illa, in qua illud quod suapte natura se habet vt subiectum enunciat de sua forma. Quod est dicere, id quod sua natura est prædicatum, seruat situm prædicati & id quod est subiectum, seruat situm subiecti: situs enim prædicati est post copulam, & situs subiecti, ante copulam. Exempli gratia. Petrus est albus, est prædicatio directa: quia albus, cum signi ficet formam Petri, & per consequens suapte natura sit prædicatum eius, enunciat de illo: sed albus est Petrus, est indirecta: quia id quod ex natura sua est subiectum enunciat de prædicato. Eadem ratione vbi prædicatur superius de inferiori, est directa prædicatio: vt Petrus est hō, homo est animal, & conuertentes earum sunt indirecta: quia superius semper est vt forma quæ recipitur in inferiori tanquam in subiecto. Recipitur inquam, metaphysice: quia superius contrahit ad esse inferioris, vt dicemus in subsequenti.

Prædicatio triplex.

Sed nunquid hæc est prædicatio directa, hoc animal est homo? videtur enim quod nonnam cum hæc indefinita, putā, animal est homo, sit indirecta, videtur quod etiam singularis eius sit indirecta. Ex alia vero parte videtur quod sit directa: quia quanuis homo non se habet vt forma respectu animalis, tamen habet se vt forma respectu huius individui demonstrati. Respondetur quod propositiones subiectorum singularium debent regulari esse directas, aut indirectas ex parte suppositi, & non ex parte significati formalis nominis modificati signo singulari. Et ideo illa est directa si demonstrat homo, siue dicas, hoc animal, siue hæc substantia: si vero demonstrat equus, est disparata. Quare eadem indefinita, cum sit indirecta, habet alias singulares directas, & alias disparatas. ¶ At vero propositionū eorundem extremorum communium si affirmatiua est directa, & negatiua erit indirecta: & si indefinita est directa vniuersalis, & exponibilis erit directa. Vt omnes isti sunt directæ, homo est animal, nullus homo est animal, tantum homo est animal. Atque adeo conuertentes earū indirectæ sunt. Si vero sit prædicatio directa vbi vnum accidens prædicatur de alio, tunc conuertens eius est pariter directa. Vtraque enim est directa, album est dulce, dulce est album. Nec possumus certam dare regulam ad cognoscendum quæ propositio sit directa præter definitionem datam: putā si res significata per prædicatum se habeat vt forma substantialis vel accidentalis, respectu subiecti. Quare hæc, animal est rationale est indirecta quia prædicatum est inferius subiecto: sed si dicas animal est rationale vel irrationale, est directa. ¶ Ex dictis sequitur quod sola prædicatio directa est simpliciter & absolute prædicatio. Aliæ vero sunt secundum quid prædicationes: nam idem respectu sui, sicut non est forma, ita nec prædicatum. Et multo minus nominum disparatorum vnum est prædicatum alterius. Nec prædicatio indirecta, vt animal est homo, est simpliciter prædicatio, sed indirecta prædicatio. Vnde Porphyrius, capit. de specie: Aequa inquit de æquis prædicari oportet, aut maiora & minoribus, vt hinnibile de equo, aut animal de homine: mi-

nora vero de maioribus minime. Nec enim dices animal esse hominem. ¶ Prædicatio directa diuiditur in essentialem (quæ in quidditativam rursus, & non quidditativam subsecat) & accidentalem quæ in prædicationem proprii subdiuiditur, & prædicationem accidentis: De quibus suo cuiusque loco dicturi sumus.

His annotatis, respondetur ad

quæstionem vnica conclusione. Tantum sunt quinque prædicabilia, putā genus, species, differentia, proprium, & accidens. Sufficientiam hanc duabus rationibus veniamur. Primo, proportionem sumpta à composito naturali. Quinque enim sunt in composito naturali, s. compositum, materia, forma, proprium quod competit ratione formæ, & accidentia, quæ accidunt ratione materiæ indidui: homini ratione formæ competit esse risibile: sed ratione materialium cōditionum accidit esse album aut nigrum, &c. Adhuc modum in compositione metaphisica est compositum, putā species, materia, s. genus, & forma, quo est differentia & proprium & accidens, constat enim species ex genere & differentia, tanquam ex materia & forma. In qua intentione fundatur versaturque ars tota prædicabilium. ¶ Secundo sumitur hinc numerus prædicabilium per diuersos modos prædicandi, qui non possunt esse, nisi tantum quinque. Prædicatio enim quæcunque aut prædicatur de aliquo essentialiter, aut accidentaliter. Si essentialiter, aut quidditative, aut non quidditative. Si quidditative, aut de pluribus differentibus numero, & illud est species: aut de pluribus differentibus specie, & illud est genus: si non quidditative, illud est differentia. Si vero accidentaliter, aut est accidens proprium, aut est accidens commune. Ex his tandem sequitur quod prædicatio directa pluribus modis contingit, quam his quinque: numerus enim prædicabilium non est secundum numerum directarum prædicationum, sed secundum respectum prædicatorum simplicium ad primam substantiam. Quare istæ sunt prædicationes directæ, homo est animal rationale, substantia est ens, Christus est Deus: & multæ aliæ quæ non sunt prædicationes alicuius prædicabilis, vt infra videbimus.

Ad primū argumentū respō-

detur, quod alia est prædicatorum ratio primo Topico, & alia prædicabilium: nam prædicata sumuntur respectu speciei cuiuscunque prædicamenti, eo quod prædicata sunt quæ constituunt propositiones terminabiles per artem Dialecticā quæ propterea debet esse de subiecto communi. Quare non ponitur species inter prædicata, sed definitio quanuis non sit simplex, sed complexum prædicatum: quia definitio est prædicatum speciei, non tamen ipsa species est prædicatum sui. Et ideo ponit quatuor prædicata, quæ sunt definitio (quam vocat terminum) genus, proprium & accidens: hæc enim sunt quæ directe prædicantur de specie. Non connumerat illic differentiam, vel quia intelligitur nomine proprii: vel quia eadem est fere prædicatio differentie & definitionis. Prædicamenta vero distinguuntur penes diuersas habitudines accidentium ad substantiā, quæ sunt noue habitudines quæ cum substantiā faciunt decem prædicamenta. Sed tamen prædicabilia sumuntur per diuersos modos prædicatorum simplicium respectu indiuidui qui sunt quinque: & ideo inter prædicabilia computatur species, & excluditur definitio, & differentia distinguitur a proprio. Et per hoc respondetur ad tertium principale & ad primā confirmationem. ¶ Ad secundum respondetur quod nunquam idem est genus & species respectu eiusdem: mi-

hil tamen

hil tamen obstat quod idem sit genus respectu vnus, & species respectu alterius. Vt animal est genus respectu hominis & species respectu corporis. Et ideo nihil vetat quod genus sit species illius generis, vniuersale. ¶ Ad secundā confir. tertij argumenti conceditur, quod ens non est aliquod horum quinque prædicabilium: quia non est genus, vt videbimus in prædicamentis: sed disputatio est de nomine, an sit dicendum vniuersale, & forsan melius appellabitur prædicatum transcendens: sed de hoc in prædicamentis cap. 4.

DE GENERE. Caput. I.

Genus tria accipi.



IDENTVR itaq; neq; genus, neque species dici simpliciter. Dicitur enim gen^o, & aliorum hominū aggregatio, qui quidē ad vnū quiddam & inter se habent respectū, qua significatione Heraclidarū dicitur genus: quod quidem ex respectu, qui est ab vno. i. Hercule, & multitudine eorū qui inter se eam habent cōiunctionē, quæ ab illo profluxit, sic est nuncupatum, vt ab alijs generibus sit seiunctū. ¶ Dicitur & alio modo genus vniuscuiusq; principium ortus, tam ab eo qui genuit, q̄ a loco in quo est quispiā ortus. Sic enim Orestem quidem a Tātalo. Hylum autē ab Hercule dicimus genus habere: & rursus Pindarū quidem Thebanum genere, Platonem autē Atheniensem dicimus esse: patria nanque principij est generationis cuiusque, perinde ac pater. Hoc autem significationem vsurpatius esse videtur: Heraclidæ nanque dicuntur, qui genere descendunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui a Cecrope, & horum quoque propinqui. Atque prius sanē genus, generis cuiusque principium dicitur: postea verò multitudo eorū qui ab vno principio, ceu Hercule, profluxerunt: quod quidem a cæteris seiungentes ac separantes, totum aggregatū Heraclidarum diximus genus. ¶ Alio modo dicitur genus, id sub quo species collocantur: accepta fortasse similitudine à prioribus vocabuli eius significatis. Nam & principium quoddam eorum, quæ sub se habet genus, tale est: & præterea videtur multitudinem omnem amplecti, quam, scilicet, infra se continet.

Genus de quo hic.

Text. ij. ¶ His igitur tribus modis dicitur genus. Detertio verò genere philosophorum est sermo, quod & describentes sic assignarunt: Genus id esse dicentes, quod de pluribus specie differentibus hoc ipso quid est prædicatur, vt animal. Eorum enim quæ de pluribus prædicant, alia de vno solo dicuntur, vt indiuidua, veluti Socrates & iste, & istud: alia de pluribus prædicantur, vt gēna, species, differentia, propria, & acci-

dentia cōiter, sed non cuiquam proprie. Atque genus est (exempli causa) animal: species, homo: differentia, rationale: propriū, risibile: accidens, album, nigrum, sedere. Genus igitur ab hisce quidem, quæ de vno solo dicuntur hoc sane differt, quod ipsa de pluribus prædicatur. Ab his autē quæ de pluribus prædicantur, hisce differre videtur. Aspice quidem, quæ species est de pluribus prædicatur, non tñ de pluribus specie, sed pluribus differentibus numero prædicatur: homo nāque qui quidem est species, de Socrate & Platone dicitur, qui non specie sed numero differunt. At animal quod est genus, de bove, equo, atque homine prædicatur, quæ & specie, non autē numero solo differunt. A proprio verò, quod proprium quidem de vna specie cuius est propriū, & de indiuiduis hisce quæ sunt sub illa specie prædicatur: vt risibile, de homine solo, & de singulis hominibus dicitur. Gen^o autem non de vna specie, sed de pluribus differentibusque prædicatur. A differentia quoque communibusque accidentibus genus differt: et enim differentia cōiāq; accidentia, quāquā de pluribus ac differentibus specie dicuntur: non tñ ita vt quid sit quidq; sed vt quale quidque sit innuant, dicuntur. Rogitatis enim quidnam illud sit, de quo hæc dicuntur, genus respondemus: differentias & accidentia non respondemus: non enim de subiectis illa in quid, sed magis in quale quid dicuntur. Interroganti nanque, quale quid est hō, rationale dicimus: & quale quid est coruus, nigrū dicimus. Quorum rationale quidē est differentia, nigrum autem accidens. Sed cū quid est homo interrogamus, animal respōdemus, quod quidem hominis genus est. Genus igitur, quod de pluribus quidem prædicatur, ab indiuiduis, quæ de vno solo dicuntur, differt. quod vero de pluribus prædicatur specie differentibus, ab ijs quæ vt species propria ve dicuntur differt. Deniq; quid quidque sit dicit, à differentijs, vulgoq; accidentibus differt: quorum vnumquodque non quid sit, sed quale sit quomodo ve id de quo dicitur habeat, dicunt. Nihil igitur vero generis intellectu plus minusve memorata generis descriptio habet.

Genus a e teris quod d ferat.

In summa quid genus ab alijs differat.



Remisso prologo, sub sequitur in nunc tractatus, qui varie à doctoribus diuiditur. Alij enim partiuntur tractatum hunc in libros duos, vt vnus sit de singulis prædicabilibus: alter vero de cōparatione qua oia inuicem cōferuntur. Alij ex genere & specie, quæ or relative dicuntur, constituunt vnum capitulum. Nos vero, quibus translatio Ioannis Argropyli semel placuit, eius subinde partitione sequimur: apud quem liber hic vnicus est per sex capitula distributus. In quinque prioribus explorantur: singula vniuersalia, & in postremo cō-


Log Do. Soto. C a ferua.

tis æquiuoce, nihilominus existimo in contrarium quod hæc nomina, vniuersale, genus & c. vniuoce prædicantur de omnibus vniuersalibus. Nam quauis accidentia non sint per se, sicut substantia nihilominus genera accidentium eodem modo prædicantur de suis inferioribus, quo gna substantia, de suis. Vnde ad argumtum quod id sese statim offert: Genus & species sunt distincta prædicabilia: ergo genus non est species, & per consequens illa est falsa genus est species vniuersalis. Respondetur quod amphibologia inde exoritur quod hæc nomina secundæ intentionis, non solum attribuantur rebus primæ intentionis, sed etiam ipsi secundis intentionibus, vt modo dicebamus. Eimvero incuti homo, aut leo est species animalis: ita genus & alia prædicabilia sunt species vniuersalis. Et ideo in hac prædicatione, genus est species, potest vtrunque extremum accipi simpliciter, & tunc, illa est falsa, quia non est eadem intentio generis & speciei, & ideo nihil inquantum genus est species. Et in hoc sensu genus & species sunt distincta prædicabilia. Potest secundo accipi oppositio, vt subiectum supponat simpliciter, & prædicatum personaliter: & hic sensus est verus. Est enim id dicere, quod genus est quædam species contenta sub vniuersali. Nominales autem, quod si vtrunque extremum supponat materialiter illa est falsa: si vero subiectum supponat materialiter & prædicatum personaliter, est vera. Postremo posset hic quispiam interrogare an definitio generis sit propriè quidditatiua. Scot. q. 15. de vniuersalibus putat esse quidditatiua definitio: non enim in qua prædicari de pluribus, est genus quod contrahitur per aliâs duas particulas. I. de pluribus differentiibus specie, in eo quod quid, tanq per proprias differentias. Et parum profecto refert an dicatur quidditatiua definitio necne: tamen si significantiu loqueretur, qui diceret hanc definitionem explicare proprietatem & passionem generis, quàm quidditatem. Etenim natura vniuersalis est esse in pluribus. i. habere vniuersalem rationem ad plura, quod habet per abstractionem intellectus: & in de fluit tanquam passio, prædicari de pluribus: sicut ex natura hominis fluit risibile. Quare potius est descriptiua definitio, sicut si homo definiretur per risibile. Voluit enim definire genus Porphyrius per proprietatem nobis notam: definitio tamen quidditatiua esset: Genus est vniuersale, quod est in pluribus differentiibus specie per vniuersalem rationem ad eorum quidditatem. Cætera quæ de genere possunt hic in dubium venire, in prædicamentis & maxime in. c. 4. & 5. aptius disputabimus.

Text. ij. Quod si genus assignantes, mentionem fecimus speciei, genus id esse dicentes, quod de pluribus differentiibus specie, hoc ipso quid est prædicatur: & nunc id esse dicimus spem, quod sub assignato genere collocatur, sciendum est, cum & genus alicuius sit genus, & species alicuius sit species, alterum alterius, vtrunq; vtriusque definitionibus adhibere necesse esse.

Textus. iij. Assignant igitur speciem & hoc modo: Species est id quod subijcitur generi, & de quo genus hoc ipso quid est prædicatur. Insuper hoc etiam pacto, species est id, quod de pluribus differentiibus numero, hoc ipso quid est prædicatur. Verum hæc quidem assignatio ipsius, erit infima speciei, & quæ tantummodo species est: cæteræ verò & hisce competent, quæ non infimæ sunt.

Text. iij. Atq; id quod dicimus, hoc pacto fuerit manifestum. In vnoquoq; prædicameto sunt quædam summa genera, & quædam infimæ spēs: & inter hæc media quædam sunt, quæ gna eadē spēsque dicunt. Est autē id quidē summū genus, supra quod nullū oīdō genus trascēdit: infima verò species ea, sub qua nulla prorsus alia spēs collocat. At inter hæc, summū inquam genus, specieiq; infimæ, sunt alia quæ gna sunt eadē spēsque dicunt. Explicet autē id quod diximus vno in prædicameto dilucidūq; fiat, hoc pacto. Substantia est quoddam & ipsa genus, vt patet: atque sub ipsa quidem est corpus, sub corpore verò est animatum corpus, sub quo animal cadit. Sub quo rursus animal particeps rationis est, sub quod homo cadit: sub huc Socrates, Plato, singuliq; homines collocantur. Horum igitur substantia quidem genus summum, maximeq; patēs est, solumque genus: Homo verò species ima, & species solum. At corpus species quidē est substantia, genus autem corporis animati: Animatum verò corpus, species quidem est corporis, genus autem animalis: rursus animal, species quidem est animati, genus autem animalis participis rationis. Homo verò species quidem est animalis participis rationis, genus autem hominum singulorum non est, sed species solum. Atque omnino id omne quod est ante indiuidua & de ipsis sine vilo medio prædicatur, species erit duntaxat. & nullo modo generis rationem subibit. Vt igitur substantia, quia supremū est, præterea quod nihil est ante ipsam, genus est summum, vt dixim⁹: sic & homo, quia species est sub qua nulla species prorsus, nec quicquam eorum quæ diuidi in species possunt sed indiuiduorum (indiuiduum enim Socrates, & Plato, atque hoc album est) species erit profecto solum, ac vltima species, specialissimaque species, vt diximus. Media vero species eorum quidē erunt, quæ sunt ante ipsa: genera autem eorum, quæ sub ipsa sunt collocata.



Text. v. Quare hæc quidē duos habet respectus, vnum ad ea quæ antecedunt, quo species alteram ad sequentia, quo genera illorum esse dicuntur. Extrema vero vnum habent duntaxat: summum enim genus ad ea quidem, quæ sunt sub se collocata respectu habet: est enim

DE SPECIE.
CAP. II.

SPECIES autē dicitur quidem, & de vniuscuiusque forma: qua significatione dici solet, præstantissimam formam dignam esse imperio. Dicitur autem & de eo, quod sub assignato genere collocatur: qua significatione hominem quidem speciem animalis dicere consueuimus, quod quidem est genus: album autē speciem coloris, & triangulum figuræ speciem simili modo significat.

genus, vt patet: ad superiora vero nullū profecto habet: ad supremum sit genus, & vt principium primum atq; (vt diximus) id supra quod nullum inueniri genus omnino potest.

Ima quoq; species vnum habet respectum. Habet enim ad supera, quorum species dicitur: ad infera vero non diuersum habet, sed in diuiduam species dicitur. Atque in diuiduorum quidem species dicitur, vt continens ipsa: superiorum autem rursus species appellatur, vt continetur ab illis.

Tex. vj. ¶ Definiunt igitur genus summum sic, quod genus cum sit, non est species: & rursus supra quod nullum aliud omnino genus transcendit. Specie vero iam hoc pacto: quæ species cum sit, alia in species diuidi nequit. Et in super, quæ de pluribus differentiis numero, ipso quod est prædicatur. Media vero, quæ his interiacent, alia aliorum alternis genera species que vocat: atque vnum quodque ipsorum species esse genusque statuunt, non respectu tñ eiusdem sed diuersorū. Ea enim quæ ante speciem in iam vsque ad summum genus ascēdunt & species, & genera alterius dicuntur: vt Agamemnon, Atrides: & Pelopides, & Tantalides ac tandem Iouis filius. Verū in familijs quidem ad vnum velut Iouem, plerumque principium ipsum reducitur: in generibus autē nō ita res se se habet. Non enim ipsum ens, vnū oīum genus commune est, nec vniuersa generis eiusdem supremo, scilicet, in genere, vt Aristoteles inquit euadunt: sed vt in Prædicamentis prima genera decem, quasi principia decē prima ponantur. Et si enim omnia quis entia vocauerit æquiuoce (inquit) & nō vniuoce vocabit. Nā si ipsum, ens commune omnium genus esset, vniuoce vniuersa profecto entia dicerētur. Cū autem sint decem prima, communicatio nomine tantum, haud vero & ratione, ad id nomen accommodata est.

Textus. vij. ¶ Genera igitur sunt summa quidē decem: species autem imā numero quidē sunt aliquo, at non infinito. Indiuidua vero quæ sub imis collocantur, sunt infinita.

¶ Quapropter descendere a summis vsque ad ima Plato iubebat, ibique stare: descendere vero per media, diff. rentijs specificis diuidentes, infinita autē ommittere: nec enim cadere sub scientiam posse. Cum igitur ad imas descendimus species: transire per multitudinem diuidēdo necesse est: at cū ad summa ascendimus genera, in vnum multitudinē ipsam colligamus oportet. Species enim in vnam naturam multa congregat, & magis id etiam genus. Particula-

ria verò ac singularia vnum econtra in multa semper diuidere videntur. Speciei quippe communicatione, homines complures homo vnus sunt: at vnus atque communis, ipsis particularibus plures. Singulare nanque diuisiuum semper est: ipsum vero commune, collectiuum, vnus suapte natura efficax. A signato vero genere, specieque, quidnam vtrunque ipsorum sit, cum genus sit vnum, species vero plures (diuisio nāq; generis in species plures semper est) genus quidē semper de specie prædicatur, omniaq; omnino supera de inferis semper dicuntur: species vero neq; de propinquo sibi gñre, neque de vilo supero prædicatur: nō em̄ cōuertitur. Nā aut paria de paribus, vt hinnibile de equo: aut maiora de minoribus, vt aīal de hoīe, prædicetur oportet: minor vero de maioribus nō oportet: nō em̄ aīal hoīem esse dixeris, qualiter hominē animal esse dicas. Atq; de quibus spēs prædicatur, de his & spēs genus, & genus etiā gñis, vsq; ad summū genus necessario prædicatur. Nā si verū est dicere. Platonē hominē, & hominē animal, & animal substantiā esse: verū, & Platonē animal dicere, & substantiā. Cum em̄ supera semper de inferis prædicentur, spēs quidē de indiuiduo, genus autē de spēs ac indiuiduo: summū vero genus & de gñre, vel de gñribus, si plura media subalternaq; sint, & de spēs atque indiuiduo prædicabit. Summū enim d gñibus, & speciebus, ac indiuiduis omnibus prædicatur: illud autē qd est ante imā speciē genus de vniuersis imis ac indiuiduis dicitur: ea vero quæ est solū spēs, de omnibus indiuiduis prædicatur: indiuiduū autē de vno solo particulari.

Tex. viij. ¶ Indiuiduum autem dicitur Socrates, & hoc album: atque hic accidens Sophroni sci filius, si solus Socrates illi filius est. Indiuidua igitur ex eo talia dicuntur, quia ex proprietatibus, quidque constat, quarum idem aggregatum nunquam in alio fiet. Socratis nanque proprietates nullo in alio particulari eadem fient. Hominis autem cōis dico, proprietates eadem in pluribus, imō vero in omnibus particularibus hominibus, quatenus hoīes sunt, sunt atque inueniuntur. Indiuiduum igitur a specie, & species a genere continetur. Genus enim est quoddam totum, indiuiduū autem pars. At species & totū, ac etiam pars est: sed vt par quidem ad aliud, vt totum autem nō ad aliud dicitur, sed in alijs. Totum enim in ipsis partibus est. De genere igitur atque specie, & quidnam sit summum genus, & quid imā species, & quæ sint eadem genera speciesue, quæ præterea sint indiuidua, & quot modis genus speciesque dicantur, latissimè explicauimus.

Alio



Lio ordine enumera

uit prologo Porphyrius vniuersalia, alium que seruat in eorum tractatu, dum illic differentiationem collocavit ante speciem, hic vero speciem antepōnit differentiæ. Quod non casu, sed consulto fecit. Ordo enim materialis erat, vt de differentiâ priusquam de specie diceretur: constat enim species ex genere & differentiâ, tanquam materia & forma, & rectus ordo scientiarum est, vt cognitio totius a cognitionibus partium profisciscatur. Quemadmodum Aristotele primo Physicorum cognitionem rei naturalis ab his (quibus res naturalis constat) principijs exorditur. At vero, quia species & genus relatiue inuicem dicuntur, & relatiua simul sunt cognitione, necessarium duxit Porphyrius, post genus proxime de specie dicere: vt ipse, quod alterum per alterum mutuo definiatur. Quāuis & aliam rationem adiciat Auicenna. puta, quod species actū contineat intra se genus, differentia vero sit extra essentiam generis: sicut materia est de essentia compositi, non tamen de essentia formæ: & ideo species est propinquior generi, q̄ differentia. Et potest tertia ratio accumulari: quia prædicatio speciei cum sit quiddatiua, nobilior est, quā prædicatio differentiæ, quæ prædicatur in eo quod quale. ¶ Triasunt membra huius capitis. In primo statuuntur & acceptiones & definitiones speciei: in altero disponitur series & arbor prædicabilium, in qua vnum est supremum genus, aliud infima species, atque alia in medio genera subalterna. In tertio denique & postremo membro definitur indiuiduum, quod est subiectum prædicatorum omnium. Prima pars continet tres textus: secunda quatuor: vltima vero vnicum, atque adeo in toto capite sunt textus octo.

Text. 19. Species autem dicitur.

&c. Quemadmodum fecit Porphyrius superiori capite, ita hic non connumerat omnes acceptiones speciei accipitur enim & apud Grammaticos: pro specie primitiua & deriuatiua: & apud dialecticos, pro speciebus cognoscitiuis, aut sensuum, aut intellectus, sed eius tantum acceptionis realis & vulgaris meminit, cuius similitudine accipitur species secundum Dialecticos. Species ergo accipitur dupliciter, vno modo vt significat intentionem primam: alio modo vt est nomen secundæ intentionis. Quod dicunt, primæ intentionaliter, & secundæ intentionaliter. Primo modo accipitur pro vniuersaliusque rei forma. i. pro forma a qua res dicitur formosa & speciosa, vt est illud, Speciosus forma præ filijs hominum: & illud, Formosus pastor. &c. Sed circa exemplum tex. literæ ad notandū est, q̄ litera Græca sic habet, proton eidos axiō tyrannidos. i. prima species digna est imperio. Boetius vero quem Albertus & fere doctores sequuntur, non dixit, prima, sed Priami, vel quia in aliquo exemplari Græco ita reperit: vel vt ad infelicitatem Priami alluderet qui cum esset forma præstantissimus, atque adeo dignus conferretur imperio, iniqua tamen fortuna regno cecidit Trojanorum. Commentator vero legit, vt litera Græca iacet, prima species, quāuis mendosi codices habeant, primi species. At vero Argyropylus significantius forte transtulerit præstantissima species: nam porton, id etiam significat, quod præstantissimum. Dicitur autē præstantissima hominis species imperio digna: tum quia vt ex Arist. 2. de anima & 1. Rhetoricorum colligitur, lineamenta corporis, internæ virtutis animi indicia sunt: tum etiam quia & corporis præstantia per multum commendat virtutem principis, & cuiusuis magistratus: est enim

vt ait poeta, Grator & pulchro veniens in corpore virtus. ¶ Secundo modo accipitur species vt est nomen secundæ intentionis. Et est illud quod ponitur sub his generis. Sub assignato genere. i. sub genere quod superiori capite definitum est. Aut sub assignato sub certo & determinato genere, ad denotandum quod non sub singulis generibus sunt species singulæ, sed sub vno certo genere continentur: multæ species sunt enim homo & equus. &c. species animalis. Tex. 2. ¶ In secundo text. excusat se statim Porphyrius, quod non debeat sibi vitio dari, si cum genus desinit per speciem, tum modo speciem vicissim desinit per genus: vbi videtur circulo vitio contra artem definiendi respondere enim, quod cum genera & species dicantur correlatiue, animal enim est genus hominis, atque homo species animalis, necessarium est naturam generis exponi per ordinem ad speciem, & naturam speciei explicari per ordinem ad genus. Vbi quæstio disputanda foret, virum vnum relatiuum debeat defini per reliquum: sed quæstio hæc reponenda est vsque ad prædicamentum relationis, vbi ait Arist. q̄ si quis vnum correlatiuum de finire scit, simul scit & alterum. Nunc autem supponendum interm est, q̄ cum res sicut se habent ad esse, ita se habeant vt cognoscantur. 2. Meræ textus. & esse relatiui sit esse ad aliud esse enim patrem nihil aliud est quam habere habitudinem ad filium vt conditio & proprietates vniuersi relatiui non explicatur nisi per suum correlatiuum: pater enim est ille qui habet filium & filius ille, qui habet patrem: vni eadem est via a Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. An vero illa sit propria definitio, illic disputabitur. Hoc tamen hic admonuerim, q̄ forsitan correlatiuum posset perspicacius exponi nō per aliaua formaliter, sed per fundamentum alterius. Vt si dicas pater est animal quod genuit sibi simile in substantia, & filius est animal quod a sibi simili genitum est, atque adeo genus est vniuersale quod alteri vniuersali suppositum est. species vero vniuersale quod sub alio positum est. ¶ Et dicitur species hoc secundo modo ad similitudinem speciei realiter: a quemadmodum forma & pulchritudo, rei est perfectio & per illam perficitur informitas materiæ: ita cum genus dicat quid confusum & in potentia ad plures species, per differentiam actuat ad perficiendam speciem. Sicut enim æs, inquit Boetius, accepta forma transit in statuam: ita genus accepta differentia transit in speciem &c. Vnde Vulgares Latini prius imposuerunt nomen ad significandum formam & pulchritudinem cuiusque rei & inde philosophi, & dialectici transtulerunt nomen ad significandum speciem quæ est sub genere. Tex. 3. ¶ Assignat igitur speciem. Subsequenter in 3. tex. Porphyrius assignat duas definitiones speciei, non enim sunt tres, vt expositores plurimi censent: sed certe, vt inquit Auicenna tantum sunt duæ. Vna quæ desinit specie per respectum ad superius genus & alia quæ desinit specie per habitudinem ad inferiora indiuidua. Prima definitio est, species est id quod subijci generi, & de quo genus hoc ipso quid est prædicatur: secunda namque particula est speciei, prioris expositio. Altera definitio est, species est quod de pluribus differentiis numero hoc ipso quid est prædicatur. Vbi notandum est primo q̄ genus, in quantum genus non dicit nisi vnicam habitudinem puta ad inferiora de quibus prædicatur, sicut neque indiuiduum dicit, nisi vnicam habitudinem ad superiora, quibus subijciatur. Species vero, in quantum species, dicit duas habitudines: scilicet subijci generi & prædicari de indiuiduo. Est enim homo, species animalis, & species Petri, & ideo vtroque modo definitur. Sed tamen species non habet vtrumque

Definitioes



Liber prædicabilium

vt Aristote. docet in post prædicamentis, prius esse quod non conuertitur subsistendi consequentia, & tamen non sequitur, si animal est homo est ergo genus & species nõ se habent relatiue. ¶ Et confirmatur. Si genus & species essent relatiua ponerentur in solo prædicamento ad aliquid quod est falsum, cum in vnoquoque prædicamento genera sint & species. ¶ Secundo arguitur contra definitionem, Numerus est species solum quantitatis: ergo in solo prædicamento quantitatis reperitur aliqua differentia numerus: sed species in quocunque inuenitur prædicamento: ergo species non debet defini per prædicari de pluribus differentibus numero. ¶ Et confirmatur primo. Definitio Porphyrij neque omni conuenit neque soli speciei: nam sol, luna, & similia sunt species quæ tamẽ non prædicantur de pluribus differentibus numero: & Deus eõuerso videtur prædicari de pluribus differentibus numero, puta de tribus personis, & tamen nõ est species, sed res singularissima: ergo. ¶ Et secundo id confirmatur. Genus prædicatur de pluribus differentibus numero, puta de Petro & Paulo, imo cũ prædicatur de homine & equo, prædicatur de pluribus differentibus numero: nam secundum Arist. 5. Metaphy. text. 12. ea quæ specie differunt a fortiõ differunt numero: ergo falsum dicit Porphyrius, illam definitionem soli speciei specialissimẽ conuenire. ¶ Mox contra secundam partem textus arguitur tertio, quod genera sub alterna inapte dicantur media. Medium est quod participat vtrunque extremũ, & per consequens de neutro prædicatur: vt medius color nec de albo nec de nigro prædicatur: sed tamen genus totum prædicatur de inferioribus, & de illo prædicatur superiora: ergo genera illa non dicantur media.

¶ Quarto arguitur. Arbor prædicabilium supponit genera illa & species vt iacent sibi esse immediata: sed hoc est falsum: ergo arbor supponit falsum. Probatur minor. A quacunque essentiali conuenientia abstractibilis est conceptus communis qui sit, aut species aut genus propriũ eorum quæ sic conueniunt: sed inter hominem, v.g. & elephantem, & equum, videtur quedam esse conuenientia essentialis, qualis non est inter hominem & leporem: ergo aliquod genus proprium est harum trium specierum, puta, a. quod est superius ad hominem & inferius ad animal: eadem ratione inter hominem & elephantem est aliqua conuenientia, quæ non est inter hominem & equum & sic dabitur genus, b. inferius ad a. superius ad hominẽ, atque simili arte excogitari potest media species inter hominem & elephantem, & ita in infinitum, quo fit vt nullum sit genus immediatum hominis. ¶ Et confirmatur. Genus non prædicatur de individuo: ergo male dicitur in calce septimi textus, quod genus prædicatur de quibus prædicatur species. Probatur antecedens. Si prædicaretur de illis maxime prædicaretur prædicatione generis: sed istæ prædicationes, Petrus est animal, Paulus est animal, non apparent prædicationes generis, cum in his non prædicetur genus de pluribus differentibus specie. ¶ Quinto aduersus tertiam partem text. arguitur. In diuidua singularium non cadunt sub scientia, quia sunt infinita, vt ex mente Platonis dixerat supra Porphyrius: ergo nec possunt definir: eiusdem enim obiecti est definitio atque scientia. ¶ Sexto & postremo arguitur. Definitio individuũ nec conuenit individuo vago, nec individuo ex suppositione, nec individuo determinato, ergo non est bona. Probatur antecedens singulari vago, vt hic homo hoc album, non repugnat prædicari de pluribus, si plura successiue demonstrantur & multo minus repugnat singulari ex suppositione, vt si plures essent Sophronisci filij: ergo hæc non sunt simpliciter individua.

Secunda pars probatur. Individuum determinatum de nullo prorsus prædicatur: ergo per contrariõ extremũ definitio non conuenit ei, quia in vltimis verbis superioris text. individuũ dicitur esse id quod de vno solo particulari prædicatur. Probatur antecedens: nam si prædicaretur maxime de seipso: sed vt supra diximus nihil prædicatur de seipso, quia prædicatum est veluti forma subiecti & nihil est forma sui. Quod confirmatur auctoritate Arist. cap. de substantia dicentis, quod a prima substantia nulla est prædicatio.

Hic non opus est alia conclusio.

præterquam quod dicta Porphyrij sane intellecta recte habent. Vnde ad primum argumentum respondetur quod genus & species, si accipiatur personaliter pro subtractis secundũ se intellectis, non sunt relatiua, & hoc probat argumentum. Ratio enim animalis, est prior ratione hominis: quia potest esse animal sine homine & nõ eõuerso: imo in eodem supposito embryo prius viuit vita animalis quam vita hominis. Nec hoc nõ genus & species sunt in vno certo prædicamento, sed in singulis sunt genera propria & species. Alio modo accipiuntur genus & species formaliter: vt supponunt simpliciter pro natura in communi subtracta intentioni generis, & hoc modo genus & species relatiue se habent: est enim animal genus hominis, & homo species animalis. Cave nunquam concedas genus aut speciem accipi pro intentionibus, quod iam modo tanquam falsissimum condẽnatum est. ¶ Ad confirmationem respõdebitur in prædicamentis. c. 4. vbi videbamus an ponantur in vno certo prædicamento. ¶ Secundum argumentum petit expositionẽ definitionis, quæ partim ex definitione generis innotescit: definitur enim hic secunda intentio speciei, sicut illic secunda intentio generis: non quod species aut eius definitio accipiatur pro secunda intentione, sed vtrunque denominatiue supponit pro homine & cæteris speciebus, quibus conuenit prædicari de pluribus ratione secundæ intentionis, id est, in quantum abstractuntur a conditionibus singularibus. Item illic expositum est quid est prædicari in quid: quia est pars quidditatiuæ definitionis speciei: species vero, quia dicit totam quidditatem individuorum de quibus prædicatur. ¶ At circa materiam argumenti notandum est, quod Aristol. 5. metaphy. text. 12. vbi dicit ea differre specie quæ differunt definitione, subiungit, ea differre numero quæ differunt ex parte materiæ, id est, quibus non est vna materia. Vnde differentia specifica & numerica differunt, quod illa est formalis, hæc vero, materia lis: homo enim & equus per formam differunt specie, sed formæ plurium equorum solum differunt numero, quia sunt in diuersis materijs. Atqui diuisio materialis dicitur numerica: quia vt. 4. Topico. cap. 5. Et. 3. Physic. textu. 58. docet Aristol. numerus augetur ex diuisione continui. Quæ diuisio est materialis, quia fit ratione quantitatis & materiæ: & ideo quæcunque differunt tamen modo ratione materiæ, dicuntur differre numero. Et præterea, quia per solam numerationem individuorum augetur numerus: duo enim homines, quantum non sunt nisi vna species, sunt duo: & duo homines & tres equi, quantum non sint nisi duæ species, sunt simpliciter quinque, & vnus homo, quantum habeat plures partes & plura accidentia, non est nisi vnus. ¶ Vnde ad argumentum respondetur, quod quantum numerus formaliter acceptus, id est, in quantum abstractitur a rebus numeratis, puta hominibus, lapidibus, & c. fit species prædicamenti

Differentia
speci. & nu
me.

dicamentis quantitatis, vt illic videbimus, nihilominus numerus materialiter acceptus pro rebus numeratis, reperitur in quocunque prædicamento: & ideo in quocunque est species, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero. ¶ Confirmatio prima insinuat vnum adnotationem dignum: videlicet quod genus suapte natura plures postulat species, species vero potest in vno individuo conseruari. Quæ sententia est Aristote. 4. Topic. c. 3. & Boetij lib. de diuisionibus, & Sanct. Thom. 1. sent. d. 19. q. 4. art. 2. Ratio est, quia genus non dicit totam essentiam speciei, sed contrahitur per duas oppositas differentias: nihil enim contrahitur nisi quod de se est indeterminatum ad plura, species vero, quia dicit totam essentiam individui, non contrahitur per oppositas differentias, sed multiplicatur ad multiplicationem individuorum ratione huius aut illius materiæ: qua propter Aui-cenna, species, inquit, potius dicitur multiplicari quã diuidi. Idcirco de per accidens est quod species fit in vno vel pluribus individujs: quãdo enim individua sunt corruptibilia, tunc est in pluribus, quia species non potest conseruari in vno, sed quando sunt incorruptibilia, vt; sol, naturaliter conseruatur in vno. Dixerim naturaliter quia supranaturaliter potest animal conseruari in vna specie si Deus corrumpere alias. ¶ Ad aliam partem de Deo respondetur, quod Deus non est species, vt latius videbitur in prædicamento substantiæ: sed interim respõdeatur quod in definitione speciei intelligitur genus definiti. f. species est vniuersale quod prædicatur, & c. Essentia diuina non est vniuersale, quod sit communicabile per definitionem & diuisionem: non enim est alia numero essentia Deitatis in patre & alia in filio: sicut in hominibus multiplicatur essentia hominis, sed eadem singularissima est in omnibus. Et præterea personæ diuinae non proprie differunt numero, vt docet Sanct. Thom. 1. parte. q. 30. quia idem numero Deus est pater, filius, & spiritus sanctus: sed hoc altioris est negotij. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quod definitio speciei debet intelligi cum duplici præcisione hoc modo: species est vniuersale quod tantum prædicatur de pluribus solo numero differentibus: & genus quantum prædicatur de Petro & Paulo solo numero differentibus, non tantum prædicatur de illis, sed de hominẽ & de equo quæ non differunt solo numero. Ponitur vniuersale tanquam genus ad excludendum definitionem quæ non est species, quia non est simplex vniuersale. Et eadem ratione excluditur individuũ, quod quantum ponitur sub assignato genere, non est species.

Ad tertium argumentum re-

spondetur, quod medium multis modis accipitur. f. mathematice pro eo quod æqualiter distat ab extremis: & physice, pro eo quod virtualiter participat vtrunque extremum, vt est medius color: & moraliter, pro eo in quo consistit virtus: & quarto modo logice quod Arist. vocat positionem medium. i. prædicationem & isto modo accipitur in opposito quod est mediũ in recta linea inter superius & inferius. Quocirca nõ participat vtrunque extremum, sed participat superius & participat ab inferiori: vt animal participat corpus, quod ponitur in eius definitione: & participat ab homine, cuius definitionem ingreditur. Quo fit vt huiusmodi medium, sit mediũ in demonstratione: demonstrat enim corpus de homine per medium aial. Videlicet omne animal est corpus, ois hõ est aial: ergo omnis hõ est corpus. ¶ Quarto argumento conuincuntur fere Noiales concedere eius conclusionem: nempe quod nullum sit genus immediatum ad hominem: sed quod inter quascunque duas species potest

signari species media: atque adeo genus, quod tã conueniat perfectiori: & illi mediæ. ¶ Contra hoc tã in primis auctoritas Arist. 8. Met. tex. 10. vbi ait, quod resolutio definitionis speciei nõ pcedit in infinitum, sed resolutio in genus & diuisionem: & rursus (inquit) genus diuiditur in aliud genus, & ita ascendendo vsque ad gñalissimum. & 6. Top. c. 3. dicit viciõsam esse definitionem: quæ nõ datur per genus proximum. ¶ Et secundo rone arguitur. Nõ est necessariũ quod inter quascunque duas aut tres species, sit essentialis conuenientia, quæ nõ sit inter alias, ergo nõ illorum supponit falsum. Volo in antecedenti dicere quod forte inter oia aialia, saltem perfecta nulla est essentialis conuenientia quæ esse sensitiuum, quod est conuenire in gñre animalis. Itaque quantum species elephantis proxime accedat ad speciem hominis, nõ est propter ea, quod aliqua sit conuenientia essentialis inter hominem & elephantem, quæ non sit inter omnia animalia: sed quia species, vt inquit Arist. 8. Met. tex. 10 sunt sicut numeri inæqualiter perfecti: at quantum quaternarius proprius accedat ad quinarium quaternarius, tã quaternarius & quinarium non conueniunt nisi in rone numeri in qua omnes numeri conueniunt: & ita hõ & elephas non conueniunt nisi in ratione animalis, præterquam quod rone animalis est perfectior in elephate quam in cane. Quinimo quantum Deus possit creare speciem mediam inter hominem & elephantem, forsã nõ posset facere quod conueniret cum homine in alia conuenientia essentiali, quæ in rone animalis & sic nõ posset facere quod conueniret cum homine essentialiter & nõ cum alijs animalibus. ¶ Et propterea arg. Eadem rone qua inter hominem & equum fingitur conuenientia essentialis, quæ non cõplectitur omnia animalia, admittenda est conuenientia essentialis inter omnia animalia & perfectissimã plantã: quæ nõ cõprehederet omnes plantas: quod profecto admittere nõ esset philosophicũ. Vnde ad argumentum cõcesso, a quacunque conuenientia essentiali posse abstrahi cõceptum absolutum, negatur minor, videlicet inter quascunque species posse dari conuenientiam essentialem, quæ non extendatur ad omnes species illius generis: imò animal est genus proximum & immediatum hominis & omnium animalium quod per suas cuiusque differentias immediate contrahitur ad cõstitutionem omnium specierum. De differentijs quæ in arboris lateribus collocantur sequenti capite dicturi sumus. ¶ Sed subiecimus quarto argumento confirmatio nem illam, eo quod nonnulli ex Nominalibus gratis torquentur, metucentes concedere animal & quocunque superius genus prædicari de individuo prædicatione generis, cum id expresse asserat Porphyrius. videlicet, quod id quod est genus speciei est genus individuorum. Vnde ad confirmationem respondetur, quod quantum ad hoc vt vniuersale sit genus, requiratur, quod sit prædicabile de pluribus differentibus specie, tamen ad hoc quod prædicetur prædicatione generis, non requiritur, quod in illa prædicatione de pluribus differentibus specie (imo in vna prædicatione non potest prædicari de pluribus) sed satis est quod prædicatum sit genus ad subiectum.

Ad quintum argumentum eui-

dentius respondebitur in cap. de substantia, inter exponendum definitionem primæ substantiæ. Interim tamen respondetur, quod si individuũ accipiatur primæ intentionis naturaliter pro re ipsa, puta pro Socrate secundum esse reale & absolutum quod habet, tunc nõ est definitibile, vt arguitur probat: si vero nomen individuũ accipiatur secundæ intentionis: tunc est definitibile & definitur hic a Porphyrio. ¶ Vbi notandum, quod secundum Noiales definitũ proximum est illud trus individuũ: sed definita principalia sunt noia singularia, Pa

ria, Petrus, Paulus, &c. Nā sicut soli termini apud Nominales sunt vniuersalia, ita secundæ intentionaliter (vt loquitur Porphy.) soli termini sunt indiuidua. At re vera definitio Porphy. manifeste intelligitur de rebus, cum ait, indiuiduum esse cuius collectio proprietatum nunquam eadem in alio erit: quæ quidem definitio nullatenus potest attribui terminis: quis enim dicat indiuiduum esse terminus cuius collectio proprietatum nunquam eadem in alio erit? Et ideo attendendum est quemadmodum nomen generis aut speciei supponit pro re in quantum subijcitur secundæ intentioni, quæ est esse in pluribus & prædicari de pluribus: ita hoc nomen indiuiduum, supponit pro re singulari connotando quod non est amplius diuisibilis in inferiora quidditatiue & sub hac ratione definitur in proposito. Vnde ad formam argumenti respondeatur, quod definitum est hic secundæ intentio, quæ est communis omnibus indiuiduis, vt ait S. Tho. q. 9. de potent. art. 2. Non quod secundæ intentio sit indiuiduum sed ad sensum supra expositum, puta, quod res singulares quatenus substantiæ secundæ intentioni, quæ est carere inferioribus de quibus prædicentur, definiuntur. Sed restat hic dubitatio duplex. Prima, quia definitio Porphy. non datur per terminos secundæ intentionis, sed per terminos primæ intentionis quæ conueniunt rei ex natura sua, puta habere collectionem accidentium. Et, 2. quia definitio solum videtur conuenire indiuiduo prædicamenti substantiæ, cum tamen in alijs prædicamentis sint indiuidua sicut vniuersalia. Vt hoc album, hæc albedo. Ad primam respondetur, quod proxime ante definitionem prædixerat, indiuiduum esse, quod de vno solo prædicatur, non de pluribus inferioribus, quo expresserat naturam indiuidui, quatenus subicitur secundæ intentioni: & ideo subiungit secundam definitionem indiuidui secundum esse realem ex hoc quod res est realiter indiuidua, ratione conditionum materialium, habet vt nos prædicatur de pluribus: quia secundum modum essendi est modus prædicandi. Ad secundam. Conceditur, quod etiam in accidentibus sunt indiuidua, nihilominus accidentia non indiuiduantur nisi ratione primæ substantiæ in qua recipiuntur, vt in c. de substantia videbimus. Et ideo assignauit solum definitionem indiuidui prædicamenti substantiæ. Quomodo autem differat inter singulare, indiuiduum, & suppositum seu prima substantia, quæ omnia sunt nomina secundæ intentionis, loco citato videbimus. Ad sextum tandem argumentum respondetur: concedendo quod singulare ex suppositione, non est simpliciter singulare: vt probat argumentum: nam huic nomini Sophronisci filius, ex modo suæ significationis non repugnat supponere pro pluribus. Imo filius Dei non est nomen singulare: quia repugnantiam supponendi pro pluribus, non habet ex significationis forma, sed ex natura rei (sicut sol est nomen commune specificum) quatenus ex accommodatione vsus accipitur loco nominis proprii Christi Seruatoris nostri. Atque hac ratione mentio facta est hic huiusmodi singularium ex suppositione: quia frequenter accipiuntur loco nominis proprii. Eadem ratione concedimus quod singulare vagum, hoc album, non est tam proprie singulare, quam singulare determinatum: quia potest accipi pro pluribus demonstratis, sed nihilominus apud philosophos accipitur pro singulari designato. Imo quod memoria referendum est, apud Aristotelem, vt est videre de substantia & vbiq; singulare vagum non exprimitur per nomen demonstratiuum, sed per signum particulare, vt quidam homo, quoddam album, accipiendo pro vno quolibet homine. At vero de singulari determinato, vt, Socrates, controuersia est an pro

pre dicatur prædicari de se ipso. Boetius enim sustinet partem affirmatiuam: Commentator vero negatiuam: ratio Boetij est, quia Petrus est Petrus, est non solum vera, sed naturalissima prædicatio: nihil enim Petro tam naturaliter conuenire potest quam esse Petrum: sed ratio Commentatoris est quam supra diximus, quia prædicatum se habet vt forma respectu subiecti: & vbi non est aliqua distinctio saltem in modo significandi, non potest idem esse prædicatum sui. Hanc controuersiam dirimit hic Caietanus distinguens quod alia est prædicatio naturalis: puta cuius prædicatum naturaliter conuenit subiecto: & tali prædicatione idem prædicatur de se ipso. Alia est prædicatio artificialis: nempe quæ inuenta est propter artem ratiocinandi. s. ad manifestandum aliquid ignotum, & in hac necesse est prædicatum aliquo modo differre a subiecto, vt habeat formam propositionis dubitabilis, & tali prædicatione non prædicatur idem de se ipso. At vero quatenus forsan de nomine sit disputatio, certe prædicatio identica non est simpliciter prædicatio propter rationem distam: quia de causa Aristot. c. de substantia, vniuersaliter dicit, quod a prima substantia nulla est prædicatio. Vnde Porphy. quando dixit quod indiuiduum de vno solo prædicatur, aut accipit improprie, aut illud intelligit vt dicit Commentator, de singulari accidenti: vt si dicas Petrus est hoc album. Et hæc videtur intentio Aristotel. qui. 1. Periher. c. 5. dixit, quod singulare non prædicatur de multis, id est, permittitur quod aliquod singulare, puta accidentis, prædicetur de vno solo. s. de prima substantia sed in prædicamenti indiuiduum substantiæ, simpliciter non gaudet posse de aliquo prædicari.

DE DIFFERENTIA
CAP III.



DIFFERENTIA VERO & communiter, & proprie, & propriissime dicatur. Differt namque quippiam communiter dicitur, cum diuersitate aliqua quouis modo aut a se ipso, aut alio differt. A Platone namque Socrates diuersitate aliqua, atque a se ipso puero vir factus, & agente non agens differt. Et semper hæc differentia in ijs est sane diuersitatibus, quæ consistunt in hisce, quæ cum interrogamus quo modo res se se habet, assignari reddique solent. Proprie verò aliqua differre dicuntur, cum inseparabili differunt accidenti. Et inseparabile quidem accidens est, vt cæruleus oculorum color, vt simitas, vt cicatrix calor ex vulnere inducto. At propriissime quippiam a quopiam differre dicitur, cum specifica differentia differt: qualiter ab equis homines specifica rationalis differentia differunt. Text. 2. Omnis igitur in vniuersum differentia, diuersum alicui adiuncta facit: sed communiter quidem & proprie differentia, diuersum per accidens faciunt: propriissime vero diuersum

sum per se, quidem & aliud dicitur. Differentia igitur quæ diuersum per accidens faciunt, tantum differentia: quæ verò aliud ac diuersum per se, differentia specificæ nuncupantur. Animalinamque differentia rationalis adiuncta, aliud sanè ac animalis speciè facit: motus autem additus, diuersum a quiescente tantum modo fecit: hæc igitur aliud, illa diuersum tantum fecit. Differentia igitur hisce quæ faciunt aliud, diuisiones generum in species fiunt, & definitiones etiã assignantur, quæ quidem ex genere talibusve differentijs consistunt: cæteris verò diuersitates per accidens tantum emergunt, eius quo de qualiter sese habet interrogatur. Text. 3. Rursus igitur a principio differentiam diuidentes, differentiarum alias separabiles alias inseparabiles dicimus esse. Moueri namque atque quiescere, & valere ac ærotare, & quæ sunt similis generis, separabilia sunt: aquilinum autem esse vel simum, & rationale & irrationale, inseparabilia sunt. Text. 4. Inseparabilium rursus alias per se, alias per accidens esse. Rationale namque & mortale, & susceptiuum esse sciētia, per se homini cõpetunt: at aquilinum esse, vel simum, per accidens, & non per se cõpetit. Quæ igitur per se cõpetunt in substantiæ ratione sumuntur, & aliud faciunt: quæ verò per accidens cõpetunt, nec in substantiæ ratione sumuntur, nec aliud faciunt: sed per accidens diuersum. Et hæc quidem, quæ per se cõpetunt, nec intēdi nec remitti volunt: quæ vero per accidens, & si inseparabiles sunt intensionem, remissionem ve suscipiunt. Neque enim genus magis minusve de eo cuius est genus dicitur: neque generis differentia, quibus in species genera diuiduntur. Hæc namque sunt, quæ cuiusque ratione cõficiunt. At vniuersiusque ratio vna est, eadēque; nec intensionem nec remissionem vllam suscipiens. Simum enim esse aut coloratum, intenditur atque remittitur. Text. 5. Cum igitur species differentiarum tres ita appareant, & earum alie sint inseparabiles alie separabiles: & inseparabiliū quædam alie per se alie per accidens: differentiarum per se rursus, alie sunt per quas in species diuidimus genera: alie per quas ea quæ sunt diuisa constituuntur. Veluti differentia per se animalis hæc sunt omnes, animatum, sensitium, rationale ac irrationale, & mortale ac immortale atque animati quidem & sensitui differentia, cõstitutiuæ sunt substantiæ animalis. Est enim animal, substantia animata sensitua. Mortale verò ac immortale, rationale ac irrationale, animalis sunt differentia diuisiue. Per has enim in species genera diuiduntur. Verum hæc quæ sunt generum diuisiue, constitutiue sunt specierum: nam animal per rationale ac irrationale, & per mortale

rursus ac immortale diuiditur: sed immortalis quidem rationalisve differentia, constitutiua sunt hominis: rationalis verò ac immortalis, Deorum: irrationalis autem atque mortalis, animalium expertium rationis. Sic & substantiæ superemæ, animatum atque inanimatum, sensitium atque insensitium differentia cum sint, animatum & sensitiuum vna cum substantia sumpta animal confecerunt: animatum atque insensitium, plantam. Cum igitur eadem differentie partim constitutiua sint, partim diuisiua, vniuersæ specificæ nuncupantur. Atque opus est maxime ad generum diuisiones, & ad definitiones efficiendas. Sed non illis alijs, quas separabiles esse aut inseparabiles diximus. Text. 6. Has itaque definiunt, differentiam inquit eam esse, quæ species genus excedit. Homo namque supra animal rationale mortaleque habet. Animal enim neque nihil istorum est (vnde enim differentias species habent?) neque omnes oppositas habet: idem enim opposita nimirum habet. Sed vt censent, potentia quidem omnes eas differentias habet quæ sub se sunt, actu autem nullam. Atque hoc pacto neque ex non entibus fit, neque circa idem opposita simul erunt. Text. 7. Definiunt autem ipsas & hoc pacto. Differentia est id quod de pluribus & differentibus specie, hoc ipso quale quid est prædicatur. Rationale enim & mortale de homine hoc ipso quale quid est homo, sed non hoc ipso quid est prædicatur. Nam si interrogabimur quid est homo? accommodatè dicimus, animal. At si quale animal est interrogabimur? rationale mortale que accommodatissime respondebimus. Nam cum res è materia formaque constet, aut ex talibus quæ instar illarum sint, vt statua ex ære quidem, vt ex materia constet: ex figura autem vt ex forma: sic & homo communis, qui quidem est species, ex genere differentiaque constat, similitudinem rationis sub entibus cum materia atque forma totum autem hoc animal rationale mortale, est homo, vt istis est statua. Text. 8. Describunt tales differentias & hoc modo. Differentia est id quod suapte natura ea quæ sunt sub eodem genere, separat. Rationale enim atque irrationale, equum & hominem quæ sub eodem, vt patet, genere, quod quidem est animal, collocatur, separat. Text. 9. Insuper & hoc modo assignat, Differentia est id, quo singularia differunt. Homo enim & equo genere quidem non differunt, & nos enim animalia sumus, & ea quæ sunt expertia rationis: sed additum rationale, nos ab illis seiunxit. Dij quoque, & nos rationis participes sumus: sed mortale adiunctum, nos ab illis distinxit. Text. 10. Exactius autem ea, quæ ad

Logi. Do. Sor. D differe



differentia pertinent pertractantes, differētia inquit non quoduis eorum esse, quæ separat ea, quæ sub eodem genere collocantur: sed id quod ad substantiam rationemque confert, & quod pars eius est rei cuius differentia dicitur esse. Nō enim aptum ad nauigandum esse, hominis est differentia, & si eius proprium est. Dicere nanque possumus animalium alia esse apta, alia non esse apta ad nauigandum, hominem à cæteris seiungentes. Et aptum esse ad nauigandum, ad substantiam sanè non confert neque pars est ipsius, sed aptitudo solum. Propterea quod non est tale, quales sunt hæ differentia, quas specificas appellamus. Erunt igitur eæ specia differentia, quæ diuersam faciunt speciem, et quæ in ratione lumuntur. Atque de differentia quidem hæc satis sint dicta.



De differentia (vt ait

Boetius) non opus est querere, cur statim post speciem collocetur: quādo quidem in dubium reuocātū est, an debuisset speciem antecedere. Est enim differentia pars essentialis speciei: quam tubinde Arist. 5. met. tex. 19. appellat primā qualitatem substantiæ, & ob id quod absque dubio in ordine disputationis præferenda est proprio & accidenti, quæ sunt qualitates accidentales. Caput hoc in duo scinditur membra, in priori sunt quinque diuisiones differentia, & totidem in altero definitiones: quapropter primum membrum habet quinque textus totidemque secundum. In primo textu est prima diuisio differentia quæ explicat acceptiones varias huius nominis. Dicitur differentia communiter, proprie, & propriissime. Boetius transfert, magis proprie, sed Græce est, idiocriata, & est propriissime. Vbi notandum est (vt dicit Auicena), quod non sumuntur acceptiones istæ sicut illæ generis & speciei: etenim illic diuidebatur vox in diuersas significaciones simpliciter æquiuocas: nam prius vulgus imposuerat genus ad significandum collectionem aut seriem familiæ, & inde philosophi transulerunt nomen ad significandum genus secundæ intentionis. Hæc vero non est prorsus æquiuoca significatio, sed potius analogica. Quæ admodum enim rationalitate differt homo ab equo, ita similitate nasci differt homo ab alio qui habet aquilum nasum. Et motu differt ambulans a sedente, licet nō sit per se ista similitudo: vnde omnes tres significaciones spectant ad dialecticum. Et propriissime differentia est membrum principale quod simpliciter dicitur differentia, alia vero secundum quid, quauis quo ad nos prius occurrant loquimur de dria vt in materia exponit illi. Illic nāque solū docet, quid sit duo inter se quomodocūque differre quod est vnū non esse aliud, hic vero appellatur differentia, id per quod vnū extremū differt ab alio. Atqui dicitur communiter differentia: primum quia est accidens neutri extremorum proprium, sed vtrique commune. i. quod vtrique vicissim accidere potest: vt ambulatio qua nunc Petrus ambulans differt à sedente Paulo, & postmodum Paulus ambulans potest differre à Petro sedente. Et præterea quia vulgus communiter appellat illam differen-

tiam rerū quam sensu percipit. Et potest hac differentia nō solū vnū ab alio, sed idem à seipso differre. Vt exemplo in textu patet. Differentia vero proprie est accidens inseparabile quo vnū differt ab alio. Vt nasci curuitas, cæruleus oculorum color. Boetius vertit, cæritas, quod quidā codices mendose habet, cæritas, cū tamē Græcè sit, glaucocotes. i. glaucus oculorum color qui appellatur cæritas aut ceruleus. Et ideo dicitur proprie differentia, non quod simpliciter & absolute sit dicenda differentia, vt statim dicemus, sed quia est accidens proprium. Nec ponit exemplum proprii speciei quale est risibile: quia non loquitur de differentia, qua species inter se differunt, sed quia differunt indiuidua sub eadem specie: qualis est oculorū color, & cicatrix cum callo fuerit indurata, & facta inseparabilis: quod Boetius transfert, cum occalluerit, quæ sunt indiuiduorum stigmata & notæ quibus dignoscant. Propriissime differentia est id, quo vnū essentialiter & specie differt ab alio. Vt rationale. Text. 3. In secunda text. qui incipit, omnis igitur, &c. annectitur diuisio secunda quæ est veluti superioris expositio. Ait ergo Porphy. quod omnis differentia, puta trium illarum facit diuersum, differentia vero communiter & proprie facit diuersum per accidens, differentia vero propriissime facit diuersum per se atque adeo facit aliud, id est, aliam essentiam. Boetius transfert, omnis facit alteratum, sed propria alteratum solum, & propriissima aliud, quæ trāslatio multis fuit in causa fingendi quod alteratum vno modo accipitur generaliter pro quacunque diuersitate siue essentiali siue accidentali: nempe vt saluaret: Quomodo differentiā propriissime faciendo aliud, faciat alteratum, cū tamē profecto alteratū nō dicat nisi dria accidentalē, & aliud essentialē. Dicendum ergo, quod alteratū nec est tā latinum quā diuersum, nec exactē explicat phrasim Græcā & mentē Porphy. quā tamē egregie explicat verba Argyropoli: nam diuersum, est superius ad diuersum per accidens & diuersum per se, & ideo omnis differentia facit diuersum: alia quidem, diuersum per se quod est facere aliud. Subiungit Porphy. duas proprietates harum differentiarū. Prima spectat ad nomen: quia differentia per se nuncupantur differentia specificæ. i. specierum constitutiuæ: sed differentia per accidens dicuntur tātummodo dria. Tantūmodo in quā non differētia per accidens sit simpliciter & absolute dria (quod & Albertus adnotauit) sed quod differētia per accidens non habet aliud peculiare nomen, quo nominetur: quæ admodū alia nūcupantur differentia specificæ, quæ quæ simpliciter & absolute sunt appellatæ differētia. Altera proprietates attinet ad rem: videlicet quod differentia propriissime facientes aliud, sunt quibus & diuiduntur genera, & species definiuntur. Vnde illud palam sit quod in prologo dixit Porphyrius: has vel introductiones permultum conducere ad definitiones & diuisiones: nempe vt sciamus quibus differentiis sit, & genus diuidendum & definitiones specierum constituendæ. Text. 3. In text. 3. qui incipit, rursus igitur, subiungitur tertia diuisio differentia: nam alia est differentia separabilis aliaque inseparabilis. Et consulto Porphy. ait, rursus à principio differentiam diuidentes, ac si dicat quod hæc diuisione non subdividitur aliquod membrum superiorum diuisionum, sed diuiditur differentia in communē sicut in superioribus. Enimvero sicuti diuisio secunda priori membro comprehendit duo membra primæ diuisionis, & secundo comprehendit tertium membrum: ita hæc tertia, priori membro includit primum primæ diuisionis, & secundo includit secundum & tertium. Communis enim & propria dria faciunt diuersum per accidens. Vt moueri & simul

Hæc diuisio non est nisi diuisio dria diff. proprie

& simul inesse: & propriissima, facit aliud, sed tñ tota differentia communiter dicta est accidens separabile. Differentia vero proprie & differentia propriissime dicuntur qualitates inseparabiles, vt simitas, & rationalitas. Text. 4. In text. 4. qui incipit, inseparabilium rursus, subdividitur secundum membrum tertiæ diuisionis quarta diuisione. Nam differentiarum inseparabilium, alia inest per se, vt differentia propriissima, qualis est rationale: alia inest per accidens, vt oculorum cæritas, curuitas nasci, quæ sunt propriæ differentia. Differentia illa conuenit per se in præsentiarum quæ est de essentia rei. Et illa conuenit per accidens quæ est extra essentiam quauis sit inseparabile a accidens. Quo fit inquit Porphy. vt differentia per accidens intentionem respiciat & secundum magis & minus prædicetur, est enim homo magis aut minus iquilus, aut cæritas. Dria verò per se non intentionem admittit nec remissionem, sed quemadmodum, genus, æqualiter semper prædicatur. Nemo enim est magis minus ue rationalis. Text. 5. In text. 5. qui incipit, cum igitur, &c. ponitur diuisio quinta qua subdividitur secundum membrum quartæ diuisionis. Differentiarum enim (inquit) alia sunt per quas genera diuidimus, atque alia per quas constituimus species. Hic adnotandum est, quod diuisio hæc potest esse aut diuisio rerum aut rationum tantum. Quod est dicere. Possunt membra huius diuisionis insinuare diuersas differentias: aut solum rationes diuersas eiusdem differentia, quæ diuersis rationibus est diuisua & constitutiuæ. Et vtriusque sensus subiungit Porphyrius exempla. Eiusdem enim generis subalterni, alia sunt differentia constitutiuæ, alia diuisiua. v. g. corporis differentia constitutiuæ est corporeum, est enim corpus substantia corporea: diuisiua vero eius sunt animatum & nanimatum. Et videntur differentia constitutiuæ est animatum, diuisiua vero sunt sensibile, & insensibile: atque adeo animalis constitutiuæ differentia est, sensibile, diuisiua vero rationale & irrationale: ita vt quodcunque istorum generum in quantum est species, habet vnam differentiam constitutiuam quæ est secum conuertibilis, quatenus vero est genus, habet duas diuisiua inferiores. At vero si eandem concipias differentiam, tunc in ordine ad superius genus erit diuisiua, & in ordine ad inferiorem speciem erit constitutiuæ, vt in superiori arbore vniuersalium ad oculum patet, vt rationale est differentia diuisiua animalis, & constitutiuæ speciei. Quo fit vt quemadmodum dictum est de specie, nempe quod habet duos respectus. scilicet ad genus & ad indiuiduum, & respectu vtriusque est species, ita dicendum est de differentia: nihilominus (inquit Porphy.) huiusmodi differentia simpliciter nuncupantur species: quippe quæ de nominantur à digniori actu qui est constituere speciem, eo enim differentia diuidit genus vt constituit speciem: & si constituit genus subalternum non constituit illud nisi in quantum est species. Text. 6. Has itaque definitiones. Hæc est secunda pars principalis textus, qua quinque connumerat Porphy. definitiones differentia. Vbi animaduertendum est, tres esse actus differentia. scilicet diuidere genus, constituere speciem, distinguere & diuidere speciem alijs speciebus eiusdem generis. Prima definitio explicat quomodo ratione differentia species differat ægere: secunda quomodo differentia prædicetur de specie: tertia, quomodo diuidat genus: quarta quomodo constituit speciem. Prima definitio est. Differentia est qua species genus excedit. Boetius vertit, qua species abundat à genere. Attamen, vt phrasim Græcam ad latinam seruaret, fecit Latinam orationem æquiuocam (quod quidem vitium frequentissimum est apud Boetium) cum

enim phrasim Græca non cōsonat Latinæ, id in causa est, vt versio quæ Græcam literam syllabatim obseruat Boetij sit, & obscuratissima, & frequentissime amphibologica. Ait enim quod homo ab animali plus habet rationale: quod aliqui expositores ita intelligunt. scilicet homo effectiue recipit ab animali differentiam, & tamen non est ille sensus. sed quod homo excedit animal per rationale: sicut compositum excedit materiam per formam. Respondet mox Porphyrius tacite rationi quam quis posset obijcere: videtur enim quod genus continet differentiam eandem quam species continet, ac per consequens non excedat genus per differentiam. Probatur antecedens. Primo quia genus (vt dictum est superiori capite, est totum respectu specierum: totum autem cōtinet suas partes. Quod si genus continet speciem continet subinde differentiam constituentem speciem. Secundo quia si differentia non continetur sub genere, tunc sequeretur quod species haberet differentiam ex nihilo: quia si homo ab animali non habet vt sit rationalis, non videtur vnde id habeat. Sed responsio Porphy. consistit in hoc. Cum species, vt dictum est constet ex genere & differentia veluti ex materia & forma, explicatur eius compositio per similitudinem generationis rei naturalis, vt quæ admodum res naturalis, puta ignis, neque fit ex nihilo, neque ex igne in actu, sed ex medio, puta, ex materia ligni quæ est in potentia ad ignem, vt docet Arist. 1. Physi. ita differentia per quam constituitur species neque deriuatur ex nihilo, neque ex rationali in actu, sed ex animali, quod in potentia continet omnes differentias specierum: & hoc est quod dicit Porphy. scilicet animal, neque nihil horum puta, differentiarum, habet: quia si non haberet illas nec in actu nec in potentia, tunc species vnde illas haberet: Quasi dicat nullo modo haberet, quia ex nihilo nihil fit nec rursus animal cōtinet actu differentias, quia tunc opposita includeret in sua essentia, puta rationale, & irrationale, quod est impossibile, sequitur ergo vt contineat illas solum in potentia quemadmodum materia est in potentia ad plures formas. Text. 7. In text. septimo qui incipit definiunt autem &c. subditur secunda definitio differentia, qua definitur in ordine ad species de quibus predicatur, & secundum quam est tertium predicabile, nam in ordine ad genus sicut species non est prædicabile, ita nec differentia. Differentia (inquit) est quod prædicatur de pluribus differentibus specie in eo quod quale. Itaque differentia secundum Porphy. conuenit cum genere in prædicari de pluribus differentibus specie, & differt ab illo in prædicari quale. Quare definitio hæc non conuenit vltimis differentiis conuertibilibus cum suis speciebus: cuius rationem infra examinauimus. Exponit autem illam particulam, puta prædicari in eo quod quale, duplici medio. Primo a signor: quæ interrogantibus quid est homo, respondemus quod est animal: sed quærentibus, quale animal, respondemus quod est rationale. Et secundo id patefacit similitudine artificiali: genus enim in constitutione speciei habet se instar materie Differentia vero instar forme, vbi nota quemadmodum speciem vocat hominem communem. In his vero quæ constant ex materia & forma, materia dicit quidditatem & forma qualitatem, vt si quærat quid est statera respondetur quod est æs: sed si interrogetur, quale æs, respondetur, æs taliter figuratum. Posuit exemplum in artificialibus: quæ præsto sunt sensibus & rem opportuni exponunt Text. 8. In text. 8. qui incipit, Describunt tales differentias, assignatur tertia definitio. scilicet differentia est id quod suapte natura separat ea quæ sunt sub eodem genere, vt rationale distinguit inter hominem & brutum.

id est differentia non prædicatur de pluribus differentibus, ut sit, in materia, tamen de pluribus speciebus dicitur.

id est quod diuisio si sit analogica in analogata

membrum magis proprium de huius diuisione si sit analogica, sunt membra analogata minus propria

bruta, quæ sunt sub animalibus & mortale inter nos & Deum (persilist enim in secta Stoicorum, quod nos & dii sumus rationales) Græce est, angeli, sed idem pollet in præsentiarum. Definitio hæc datur secundum primum actum differentie, qui est diuidere genus. Ait, separat ea quæ sub eodem genere sunt, & non dicit, diuidit genus. Forte (vt ait Albertus) quia diuisio generis non est sicut diuisio compositi in partes: non enim diuiditur animal in partes quo ad essentiam, sicut diuideretur eius definitio, in corpus animatum & sensitium: sed diuiditur diuisione explicante eius confusionem & potestatem, vt tota ratio animalis sit in homine & tota in equo: & ideo hæc diuisio ne potius diuiditur & separantur ea quæ sunt sub genere quam genus ipsum. Dicitur, ea quæ sunt sub eodem genere, quia rationale non diuidit hominem ab albedine, sed ab equo qui est sub eodem genere sub quo est homo. Tex. 9. In text. 9. qui incipit, Insuper & hoc modo, & c. additur quarta definitio secundum tertium actum differentie, pura, differentia est id qua differunt à se singula. Vt rationale est qua homo differt ab equo. Et accipitur hic differe proprie vt distinguitur contra alios modos alietatis, vt statim dicturi sumus. Tex. 10. In text. 10. qui incipit, Es actus autem, & c. concluditur quinta & postrema definitio differentie quam asserit Porphy. ex actus explicare rationem differentie. Nam in ceteris definitionibus, semper est aliquid subintelligendum: non enim omne illud in quo species excedit genus est eius differentia nec omne illud quod diuidit ea quæ sub genere continentur: neque omne illud quo differunt à se singula, nisi intelligeretur, illud quod est de essentia rei: nam risibile & aptum ad nauigandum & alia quæ sunt propria accidentia hominis, non habent rationem differentie, tamen si per illa species excedat genus & quodammodo diuidatur genus: vt si dicas, animalium aliud aptum ad nauigandum aliud ineptum. Ratio ergo propriæ differentie est, quod sit constitutiva essentiae: & inde appellantur specificæ. Ita quod differentia, vt rationale, diuidit genus determinando ipsum ad esse substantiæ speciei: & facit differre hominem ab equo constituendo essentialiter speciem humanam quod non conuenit propriæ passioni, imo risibile præsupponit essentiam iam constitutam.

Quæstio vnica.

Vtrum textus differentie sit in vniuersum verus.

Parte negatiua arguitur.

Aur, Primo contra primam diuisionem. Placet vir factus non differt à seruo iuuenis solum differentia communi, ergo ex eodem genere est alius ab ipso iuuenem conat ex noua materia que per nutritionem fuit prorsus commutata. Secundo arguitur contra secundam diuisionem. Non est hoc proprium differentie propriissime, puta facere aliud ergo male dicit Porphy. quod sola differentia propriissima facit aliud. Probatur antecedens. Vnum individuum est aliud ab individuo eiusdem speciei, vt Petrus est aliud à Paulo, & tamen non differunt propriissima differentia nam talis non est nisi specifica: ergo non sola differentia propriissima facit aliud. Contra tertiam diuisionem arguitur tertio. Differentie propriæ quales sunt, aquilum

& simum, non fluunt ex principijs intrinsecis speciei, sed indiuidui: quia non conueniunt omni speciei: ergo non sunt inseparabiles. Probatur consequentia: quia solum proprium, quod procedit ex essentia rei est inseparabile. Et contra, si differentia propria est inseparabile accides, tunc omnis talis est per se, quia proprium per se prædicatur de suo subiecto: vt auctor est Arist. 1. Post. tex. 9. ergo male in quarta diuisione diuiditur differentia in separabilis in per se, & per accidens. Et confirmatur secundo. Propria passio non suscipit magis & minus, postquam fuit ex essentia rei: ergo male dicit Porphy. quod differentia propria qualis est propria passio suscipit magis & minus. Tertio confirmatur. Vnus homo est magis aptus ad scientias & ad ratiocinandum, quam alius sed rationale dicit ratiocinationem: ergo vnus homo est magis rationalis quam alius, & per consequens differentia propriissima suscipit magis & minus. Quarto contra secundam conclusionem arguitur. Differentia priuatiua, vt inanimatum, irrationale, & similes, sunt diuisiue generis, & tamen non sunt constitutiue inferioris speciei: ergo male insinuat Porphyrius omnem differentiam superius genus diuidentem, constituere inferiorem speciem. Probatur minor. Differentia constituit speciem addendo nouum gradum perfectionis generi, vt supra dictum est: sed priuatio non dicit perfectionem aliquam: ergo differentie priuatiue non sunt constitutiue speciei. Ad secundam partem text. descendendo, arguitur quinto contra primam definitionem. Genus continet in se differentias inferiores actu ergo male asseritur speciem excedere genus per differentiam. Probatur antecedens primum: quia genus continet speciem sicut forma vniuersalis continet particulares, & species continet differentiam sicut totum partem: ergo de primo ad vltimum, genus continet differentiam: & secundo quia natura, v. g. animalis (vt supra dictum est) non reperitur realiter, nisi contra facta ad esse hominis vel equi, & c. sed natura animalis est quæ in homine continet actu rationalitatem: quia non est aliud quam humanitas (vt in capit. de genere dictum est) & eadem ratione animalitas quæ est in equo, continet actu inanimabilem, ergo quod si dicas, animal in quantum per intellectum abstrahitur à ratione usque specierum, non continere differentias actu: tunc sequitur, quod nec continet illas in potentia, quia profecto non videtur quomodo animal habeat potestatem, vt inde fluat rationalitas: quia nec est causa efficiens illius nec formalis, nec finalis, nec materialis. Sexto contra secundam definitionem arguitur. Differentia non omnis prædicatur de pluribus differentibus specie: ergo definitio mala. Probatur antecedens. In omni genere descendendum est ad vltimam differentiam, quæ sit conuertibilis cum specie, vt est expressa sententia Arist. & Comment. 7. meta. text. 43. vnde Boetius libr. de diuisionibus dicit quod nisi esset penuria nominum, nulla definitio haberet plures quam duos terminos. Puta genus & differentiam conuertibilem cum specie, & manifeste patet de rationali quod conuertitur cum homine. Et contra. Si differentia prædicaretur in quale, id maxime esset, quia se habet vt forma essentialis contrahens genus: sed eadem ratione genus ipsum & quodcumque superius prædicaretur in quale de suo inferiori: nam superius se habet vt forma respectu quidditatis inferioris vt habetur. 2. Phisico. text. 28. qua propter docetur in prædicamentis secundam substantiam significare, quale quiddam: sed superiora nihilominus prædicantur in quid de suis inferioribus: ergo differentia non prædicatur in quale de specie. Et primo contra quartam definitionem arguitur. Non est proprium

Mucosa contra diuisiones modo Hinc contra de finitiones in supra

proprium differentie: vt per eam differant à se singula: ergo illa definitio non est bona. Probatur antecedens. Generalissima differunt inter se, non tamen differunt per differentias, cum non habeant commune genus: & indiuidua eiusdem speciei differunt, & non per differentias: imo differentie ipsæ differunt, & non per alias differentias: nam si rationalitas differret ab inanimabile per aliam differentiam, tunc quæreretur de illa secunda differentia per quid differret: & sic esset processus in infinitum.

Ad quæstionem respondetur.

Capitulum hoc in vniuersum esse verum: vnde ad primum argumentum longa requireretur responsio, nisi su per Petrum Hispanum in de quantitate propositionis, & potissimum additione prima latissimè explicuissem, quæ admodum idem Petrus qui fuit puer est postea iuuenis, & postea senex: non quidem tanta identitate quanta angelus, aut cælum, aut reliqua corruptibilia: ut vero quæta sufficit vt simpliciter dicatur idem. Et oppositum repugnat non solum Arist. 4. Met. tex. 22. & 39. Sed sacre scripturæ apud Iob vbi ait, quem visurus sum ego ipse & non alius, & rursus circundabor pelle mea & c. Nec esset securus in fide resurrectionis, qui negaret eundem hominem resurrecturum qui mortuus est, & in eodem corpore, quantum ex tanta materia quam tanta materiam nutritionis in homine sine corrupta est parum sit resumpturus. Respondetur ergo ad argumentum sicut tunc, negando quod Petrus senex sit alius quam iuuenis: imo (vt ait Porphy.) solum differunt accidentaliter. Et ad probationem in contrarium respondetur, quod quantumvis tota materia quam ego habui ante. 30. annos fuerit corrupta, nihilominus, quia in quocumque articulo temporis fuit imperceptibiliter variata, sum ego ille qui fui heri, & heri qui per heri fueram: & ita procedendo de primo ad vltimum sum ille qui fui puer, alius non esset verum quod ego sum baptizatus. Et ad communem replicationem, quid si modo re produceretur alia materia quam habui ante. 30. annos & informaretur hac anima mea, videtur quod ille esset alius postquam haberet omnino aliam materiam. Respondemus tunc quod ille esset alius, & hoc videtur docere Arist. 4. Meta. tex. 39. vbi ait, quod si igni paulatim apponantur ligna, idem augetur: sed si omnia simul tollerentur & simul apponerentur alia noua, esset alius ignis: nihilominus forsitan melius responderetur, quod ille non esset tam idem mecum quam ego sum ille qui fui in illa materia, propter repentinam mutationem tantæ materie: & nihilominus simpliciter ille de nouo productus & ego essemus idem. Et ratio est, quia ego in resurrectione idem resurgam qui modo sum, & forsitan nullam particulam materie quam modo habeo habeo tunc: sed aliam forsitan quam habui alio tempore. Imo cum materie cadaverum fuerint tam multis modis transmutata, satis est si vnusquilibet in resurrectione habeat particulam totius materie quam habuit viuens. Ad secundum argumentum respondetur: quod sola differentia propriissima vt inquit Porphy. est illa quæ facit aliud, saltem, inter illa quæ sunt in eodem prædicamento. Et ratio est quia differentia propriissima constituit essentiam: risibile vero aut aquilum, & a fortiori alia accidentia adueniunt essentia constituta. Et ideo negatur quod Petrus sit aliud à Paulo, quod certe est notandum etiam in Theologia, ne ab hæreticis decipiatur: nam, aliud apud Philolophos dicit differentiam in essentia: & quia species dicit totam essentiam indiuiduorum, propterea Petrus, & Paulus, vt sunt eiusdem speciei, ita sunt eiusdem essentia. Atqui quæti hoc referat adnotare, hoc proferam ex eplo: venit mi-

hi hisce diebus in manus liber quidam Arrianus, quippe qui negabat Patrem & Filium eandem habere essentiam numero, eandemque esse numero Deum: paucis deinceps interiectis folijs concedebat, Filium esse eiusdem essentia cum Patre. Poterat hoc quidem hominem dialectice ignarum fallere, qui existimaret retractionem esse hæc superioris hæresis, cum tamen virus sub verbis lateret. Nam concedebat Filium esse eiusdem essentia, sicut ego sum eiusdem essentia cum patre meo, omnia enim indiuidua eiusdem speciei sunt eiusdem essentia: & ideo generatio eorum est vniuersa. Non ergo satis est concedere filium Dei esse eiusdem essentia cum Patre, nisi addas, eiusdem numero, & esse eundem Deum numero: nam & in nobis concedit Porphy. quod plures homines sunt vnus homo secundum speciem & essentiam. Hæc ergo adduxerim, quibus manifestarem, quod Petrus non est aliud à Paulo, sed est alius homo: nam alius homo dicit alium numero, sed aliud, substantiue dicit aliud in specie. Est etiam, aliud, indiuiduum si ly, aliud, accipiat adiectiue. Ad tertium respondetur. Quod non solum accidentia propria speciei sunt inseparabilia, sed etiam accidentia propria indiuidui: nam licet risibile eo quod fuit ab essentia dimoueri non potest ab homine, ita oculorum color, aut dispositio: nam si quæ ex peculiari indiuidui complexionem dimanant, est sicuti character eius indelebilis, & quodammodo inseparabilis, vt cap. sequen. explicabimus. Ad primam confirmationem respondetur: quod per se inesse subiecto, accipit in præsentiarum strictè primo modo perfectitatis, pro eo quod est de essentia subiecti. Atqui dicitur differentia per se, & ratioe speciei, quia est de eius essentia, & ratione generis, quia per se illud diuidit: non enim animal per se bene diuiditur si dicas, aliud album, aliud nigrum, sed si dicas, aliud rationale, aliud irrationale: nam genus per se diuidit, est per se contrahi ad constitutionem speciei. Proprium autem inest per se secundo modo perfectitatis. Ad secundam confirma. Albertus & Paulus respondent, quod propria passio qualis est, risibile, suscipit magis & minus: ita, & vnus homo est magis admiratiuus aptiorque ad ridendum quam alius, atque adeo risibilior, quod profecto non facile crederem: imo hanc mihi videor videre differentiam inter accidens proprium speciei, & accidens quod est proprium indiuidui: quod accidens primum nec est intensibile nec remissibile, accidens vero secundum est intensibile & remissibile, nam sicuti ex eo, quod essentia rei est inuariabilis, fit vt rationale non suscipiat magis & minus, eadem ratione neque risibile, quod fuit ex eadem essentia suscipit magis & minus: tam risibilis enim fuit Cato qui fertur nunquam risisse, quam Philomenes, cui (authore Valerio) vis risus immoderati vitam hausit. Veruntamen accidentia propria indiuidui, quia dimanant ex complexione indiuidui suscipiente magis & minus, suscipiunt & ipsa magis & minus, vt homo sit magis cæsus alio, aut magis aquilus. Vnde ad confirmationem respondetur: quod Porphyrius inter differentias proprias nunquam meminit propriæ passionis speciei (quæ pertinet ad quartum prædicabile) sed solum accidentium propriorum indiuidui quæ pertinent ad quintum prædicabile. Intelligit enim (vt annotauimus in textu) per differentiam propriam, accidentia inseparabilia, quibus indiuidua differunt sub eadem specie: vt differentijs propriissimis referuaret, separare vnam speciem ab alia. Et per hoc respondetur ad tertiam confirmationem, quod vnus homo potest esse magis promptus ad ratiocinandum & ad disciplinas quam alius, & promptior ad ridendum, non quidem, quod sit magis rationalis aut magis risibilis, sed pro

Risibile non intenditur.

Logi. Do. Soto. D 3 per



Disgregatiuum.

pter inuidualem complexionem corporis qua videlicet habet carnes magis molles, vt ait Aristo. 1. de anima aut organa aptiora, aut est sanguineus aut cholericus. &c. Et hoc modo Gilbertus concedit, quod animal animantius est quam planta: quia perfectius viuunt. Quod si quis arguat, quod disgregatiuum visus est differentia albedinis, & tamen suscipit magis & minus. Respondetur, quod differentia essentialis accidentis non plus suscipit magis & minus, quam differentia substantie: vt enim sicut vnus homo non est magis homo quam alius, ita nec vna albedo est magis albedo quam alia: sed subiectum est magis aut minus album propter intentionem albedinis in illo. At disgregatiuum visus non est differentia essentialis albedinis, vt meminit S. Tho. opusc. 42. ca. 19. sed quia differentie accidentium sunt nobis ignotæ, explicamus illas per effectus: imo disgregari visum non est effectus albedinis sed lucis. at quia inter colores albedo præcipue recipit lucem, ideo dicitur disgregare visum. Et ob id, quod intensior est, magis est disgregatiuum. Ad quartum argumentum respondet Boetius negando, quod differentia priuatiua non constituat speciem: vnde dicitur, quod quauis mera negatio, vt non esse rationale, nullam dicit perfectionem: tamen priuatio vt, irrationalitas, dicit perfectionem equi. Auicenna vero & Albertus negant differentias priuatiuas constituere speciem propter rationem argumenti, quibus profecto libentius ego subscriberem. Non enim video quomodo irrationale dicat perfectionem constitutam speciei: quare ly, brutum, cum connotet carentiam rationis, nec est genus nec differentia. Et arguitur primo contra Boetium: quia secundum eum, animal, non est immediatè genus equi, sed animal irrationale: idcirco definitio equi non esset, animal hinnibile, sed animal irrationale hinnibile quod non facile crediderim: imo credo quod animal est immediatum genus ad multas species animalium, sicuti ad hominem: non enim est maior ratio, quod animal immediatè contrahat ad esse hominis, quam ad esse equi. Vnde ad argumentum respondetur, quod illæ differentie priuatiue ponuntur loco posituarum, quæ nobis sunt ignotæ: ait enim Aristo. 6. Topic. c. 3. quod genus quodlibet diuidendum est per duas differentias oppositas. Cuius ratio est duplex. Prima, quia differentie rerum plurimæ nobis sunt ignotæ. Secunda: quia quauis essent notæ, non possent certo numero comprehendi, quia sunt in numeræ, vt Porphy. ca. superiori meminit: quare si dices, animalium aliud rationale, aliud hinnibile, aliud mugibile &c. hauriri non posset tota continentia generis. Atqui differentia priuatiua aliquando ponitur loco vnius posituæ tam ample sicut esset illa priuatiua: vt cum diuiditur substantia per corporeum & incorporeum, incorporeum ponitur loco spiritualis, aut intellectualis, quæ facit per se vnum genus distinctum contra corpus. Aliquando vero non ponitur loco vnius, sed loco plurium, vt irrationale non fungitur vice vnius differentie posituæ: quæ constituit genus commune omnium irrationalium: sed loco plurimarum differentiarum, puta hinnibilis, latrabilis &c. Non negamus esse plurima genera subalterna sub animali vt canis forsitan est vnum genus commune ad plures species canum: & ceruus forsitan est genus ad plures species ceruorum: & armentum ad plures species armentorum. Sed dico primo, quod non est vnum genus commune omnium irrationalium: & præterea, quod sicut animal est immediatum genus ad speciem humanam, ita forsitan est immediatum genus multarum specierum brutorum. Quintum argumentum pertinet iam ad secundam partem textus questionis. Ad quod re-

Differentia priuatiua.

spondetur cum Porphy. quod genus non continet differentiam actu, sed potestate: nam continere illam actu est continere tanquam partem suæ definitionis & quidditatis. & vt responsum est, animal in quantum abstrahitur ab hac & illa ratione specifica, non includit in sua definitione, rationale aut irrationale sed tantum, sensitiuum, quauis in re nulla detur realiter animalitas quæ non includat actu rationale aut irrationale. Vnde ad argumentum conceditur, quod genus sicut confuse continet speciem, ita & differentiam nihilominus species determinatè continet diuam, quam genus determinatè non continet. Sed ad pleniorè intelligentiam restat dubium, quomodo genus contineat diuam potestate aut potentiam nam continere, dicitur aliquod genus causæ: an ergo contineat in genere causæ efficientis an formalis, Albertus dicit quod continet in genere causæ formalis, sicut cõsulum continet determinatum: & est opinio Comment. 5. Meta. cõm. 15. Dicendum est tamen, quod genus, aut comparatur ad differentiam, aut ad speciem: si ad differentiam, tunc continet in genere causæ materialis, ad similitudinem rei artificialis: sicut enim scãnum non fit ex quacunque materia: quia materia eius non est butyrum sed lignum: ita rationale non informat quodcunque genus immediatè, sed animal. Quod antiqui dicebant, differentiam educi de potentia generis, sicut formam compositi de potentia materie. Si vero comparatur ad speciem, tunc continet illam in genere causæ formalis, sicut sphaera maior in cõlis continet minorem. Et potest quodammodo accommodari similitudo continuati: sicut enim in continuo sunt plurima in potentia, quæ per diuisionem eius fiunt entia: in actu, ita sub cõclusionem animalis continentur plures species, quæ per diuisionem differentiarum constituuntur in actu. Et propterea antiqui non solum dicebant genus continere differentias in potentia, quæ designat meram passionem, sed potestatem quasi quod genus profertur de se differentias. Quæ præterea de causa, decem generalissima dicuntur decem rerum principia, quasi quæ omnia inferiora sub se contineant, & à generalissimis omnia inferiora dimanet. Sextum argumentum est in hac materia præcipuum: ad quod Albertus dat quinque solutiones, quas prolixum esset hic ad longum recitare. Tres sunt quæ ad rem faciunt. Et prima, quam ego vehementer suspicor fuisse intentionem Porphy. est, quod fortè in eius opinione nulla erat simplex vltima differentia conuertibilis cum specie specialissima, sed omnes censebat esse communes ad plures species. Vltimam vero differentiam putabat esse compositam ex pluribus simplicibus, vt patet in eius exeplo, vbi ait, quod rationale, commune est nobis & dijs: & mortale commune est nobis & brutis: sed rationale mortale, cõplet vltimam differentiam hominis. Quam opinionem sequitur Burzuz. At vero siue hæc fuerit mens Porphy. siue non, est tamen & contra Aristo. & contra veritatè vt argumentum comprobatur. Secunda responsio est, quod Porphy. solum intendit definire differentias specierum subalternarum, eo quod differentie vltimæ sunt nobis ignotæ sicut species ipsæ differentie vero subalterne sunt magis notæ. Quæ quidem responsio (quauis Albertus dicat eam esse irridendam, quia tunc definitio non conueniret omni contento sub definito) tamen profecto forsitan non est adeo rifi digna: quin etiam videtur esse Aristotelis secundo Post. tex. 17. vbi ait, quod differentia superior est quam species: quod S. Tho. exponens ait, ratione esse, quia diuæ vltimæ sunt nobis ignotæ. Nihilominus, postquam in rei veritate est aliqua vltima differentia simplex, exponenda est definitio, vt etiã illa cõprehendat. Vltima ergo expositio Alberti est, quod differentia habet tres actus, scilicet diuidere

Genus continet diuam

In quale.

Definitur secunda in sententia.

diuidere genus, constituere speciem, & in his consistit ratio diuæ: habet aliud quod est constituere vltimam speciem & hoc de per accidens est ad rationem differentie: & ideo in definitione solè duo priora debuerunt explicari. Sed profecto solutio non abunde facit: nam sicut de ratione differentie non est constituere speciem specialissimam: ita nec constituere speciem subalternam: sed solum de ratione eius est constituere speciem, abstrahendo ab hac & ab illa: ergo definitio, debuit assignari communis & indifferens ad vtranque differentiam. Respondetur ergo, vt ait dominus Caietan. exponendo Albertum, quod definitio debet intelligi negatiue, scilicet differentia est cui in quantum differentia est non repugnat prædicari de pluribus differentiis specie & ita est quod rationale, quate nus est differentia, id non repugnat, sed in quantum constituit speciem vltimam. Et ratio definiendi hoc modo fuit, quod sicuti species debet defini per respectum ad in diuidua: ita & differentia (quemadmodum & genus) debet defini in ordine ad speciem cuius est pars. Et cum differentia in quantum differentia non conuertatur cum specie specialissima, sicut proprium, debuit defini per indifferetiam ad prædicari de pluribus speciebus: & hac ratione definitio comprehendit tam differentias subalternas quam specialissimas. Quæ de causa (vt conijcio) Aristotel. 1. Topi. c. 4. in hoc prædicato non meminit differentia sed solius definitionis: quia videlicet vltima differentia prædicatur de specie sicut definitio essentialiter & conuertibiliter. Pro materia primæ confirmationis notandum, quod omnia vniuersaliter prædicata dicuntur quodammodo qualitate respectu subiecti, eo quod se habent vt forma respectu illius, vt colligitur ex Aristotele. secundo phys. text. 28. diuersimode tamen: nam accidens dicit qualitatem accidentalem separabilem: proprium vero, qualitatem accidentalem, sed inseparabilem: & dehis manifestum est quomodo prædicetur in quale. At vero genus & differentia quia vtrunque est prædicatum speciei vtrunque dicit qualitatem, modis tamen diuersis. Nam differentia respectu generis habet se sicut actus de terminans & informans illud, & omnis actus qui se habet vt determinans, prædicatur in quale. Hoc enim est quod quærimus, interrogantes, homo quale animal sit. i. qualiter sit formatum. Genus vero respectu differentie habet se sicut materia determinabilis, respectu vero speciei de qua prædicatur quidditatiue, habet se vt forma: non quidem sicut actus determinans rationem speciei, sed sicut quidditas totaliter determinata. Et ideo Arist. secundas substantias dicit significare quale quidd. i. quale per quod respondetur ad questionem, quid est. Et ideo prædicantur quidditatiue vt. c. etiam de genere diximus. Ad secundam confirmationem respondetur, quod differentia accipiendi primæ intentionaliter pro substracto secundum esse absolutum quod habet in rebus (vt rationale) non est definibilis, vt probat argumentum: sed tamen accipiendi nomen differentie secundæ intentionaliter pro re in quantum substat secundæ intentioni, quæ est prædicari de pluribus &c. definitur hic à Porphyrio: vnde definitum est secunda intentio ad sensum supra expositum: non quod secunda intentio sit differentia, sed quod definitur res in quantum substat secundæ intentioni. Nominale dicitur quod definitur ly differentia quæ seponit pro illis terminis, rationale, hinnibile &c. Ad septimum argumentum latius patebit responsio in prædicam. c. 4. sed interim negatur quod non sit proprium differentie vt per illam res differant. Vbi notandum, quod quauis omnes res quarum vna realiter non est alia, vulgari sermone dicantur differre, nihilominus ta-

mè proprie res differre est idem ad diuersa ferre: & ideo proprie solum conuenit speciebus contentis sub eodem genere, ad quas genus idem per diuersas differentias distrahitur: generalissima vero vt loco citato explicabimus, non differunt, sed sunt primo diuersa. Et in diuidua eiusdem speciei non proprie differunt, sed sunt materialiter diuisa: quia differentia dicit essentialem distinctionem. Quare personæ diuine non proprie differunt, sed sunt personaliter distinctæ: & differentie ipsæ non differunt, sed sunt rationes differendi, puta quibus species differunt: sicuti albedo non est alba, sed albi forma.

DE PROPRIO. CAP. III.



roprium autem quatuor diuiditur modis. Nam proprium est id, quod soli cuiusdam accidit speciei, et si non omni: vt homini accidit mederi, aut metiri. Et idem, quod vniuersaliter accidit speciei, et si non soli: vt hominibus bipedè esse. Et etiã id quod soli accidit, & omni, & quãdo que: vt omni homini in senectute canescere. Quartum autem est id, in quod omnia conueniunt, vt soli, & omni, semperque accidat, quale est risibile respectu hominis. Nam homo, et si non semper ridet, risibilis tamen dicitur: non ex eo, quia semper rideat, sed quia aptus est ad ridendum. Hoc autem ipsi semper est insitum: quemadmodum & equo ipsum hinnibile. Hæc verè propria inquit esse, quia in his ipsis fit & conuersio. Si est enim homo, est risibile, & si est risibile est etiam homo.



Um species vt in superioribus adnotauimus, totum quoddam sit metaphysicum, ex genere & differentia tanquam ex materia & forma compositum: ordo debitus est, vt post tria hæc quarto loco succedat proprium: nomen enim ipsum manifestat eum sit accidenti præferendum. Proprium nanque est illud quod essentialiter rei proxime sequitur, tanquam id quod ex principijs essentialibus fluit: accidens vero est, quod aliunde extrinsecè competit. Atque capitulum hoc quartum breuius est quam vt partitione aliqua opus habeat. Narrat hic Porphy. quatuor acceptiones proprii: & id solum quod est proprium quarto modo, est simpliciter & propriissime proprium, cetera vero sunt propria secundum quid. Vnde acceptiones istæ non sunt sicut illæ generis & speciei: puta primæ aut secundæ intentionaliter, sed sicut acceptiones differentie omnes intelliguntur secundæ intentionaliter. Siue enim proprium accipiatur quarto, siue alijs modis, est acceptio dialectica. Ob idque licet proprium alter accipiatur secundum Grammaticos: quando distinguunt nomen in proprium & appellatiuum, aut quãdo distinguunt significationem in improprium & propriam: & aliter in philosophia morali quando dicunt, res iure gentium esse appropriatas & religiosos non habere proprium: tamen Logi. Do. Soto. D + huius-

hufosmodi acceptiones nihil ad rem pertinent. Sed est præterea sciendum, quod Aristot. 1. Pop. c. 4. aliter definit proprium, neque refert nisi tantum tres acceptiones proprii. Aut enim, Proprium est quod non indicat quid est esse rei, soli autem inest & conuersim prædicatur. Prima particula excludit vltimam differentiam a ratione proprii, & secunda excludit accidentia communia. Subiungit autem, quod si quid aliud est proprium quod non soli inest, aut quod non semper inest, erit proprium secundum quid parum proprium ad aliquid, aut proprium quando bipes, quod non conuenit soli dicitur proprium ad aliquid: quia non distinguit simpliciter hominem ab alijs speciebus, sed solum a quadrupedibus & non a volatilibus: sed canescere dicitur proprium quando, quia non conuenit semper. At vero Porphy. proprium ad aliquid distinguit in duo, puta in proprium quod inest soli, sed non omni, vt esse medicum aut geometram: & proprium quod accidit omni sed non soli, vt esse bipedem. Tertio modo proprium est quod conuenit aliquando: & quarto modo id quod Aristot. vocat simpliciter proprium. Notandum est præterea tertio, quod definitio Aristot. est proprie dialectica, quippe quæ datur per terminos secundæ intentionis, & explicat proprium quatenus est quartum prædicabile. Definitio vero Porphy. videtur explicare potius naturam proprii secundum suum esse reale: nisi dicas, quod ly, conuenit, tantum valet sicut prædicari. Quomodo cumque autem sit, sensus definitionis est iste. Proprium est vniuersale quod prædicatur de specie accidentiæ, intransmutabiliter, & conuertibiliter. Accidentiæ, ad differentiam vltimæ differentie. Intransmutabiliter, ad differentiam accidentium communium. Conuertibiliter, ad differentiam proprii secundum quid tria enim dicit, conuertibiliter, sicut quod omnis homo sit risibilis, & tantum homo sit risibilis: & semper homo sit risibilis. Hanc definitionem Nominales more suo attribuunt terminis, vt sit sensus, Proprium est terminus qui prædicatur de termino qui est species &c. Et qui semel deuorauerit illa nomina, homo, equus & similia est species, admittat subinde illa nomina, risibile, hinnibile, esse proprias passionis. Secundum ergo intentionem Porphyrii & Aristotelis definiuntur hic res, quatenus substantie secundæ intentioni ad sensum supra expositam: res enim sunt accidentia propria, & termini sunt nomina talium accidentium. Sequitur ex dictis, proprium analogice dici, puta principaliter de proprio quarto modo, & minus principaliter de proprio tribus prioribus modis.

Quæstio prima.

Vtrum textus hic Porphyrij verus sit.

Adversus partem affirmatiuam arguitur primo contraprimam acceptionem. Aut esse medicum vel geometram, accipitur pro aptitudine ad scientiam: aut pro habitu acquisito scientie si primum, tunc est proprium quarto modo: nam vt auctor est Aristot. in 1. metaph. aptitudo & inclinatio ad scientiam est homini naturalis ex principijs essentialibus suis, sicut aptitudo ad ridendum. Sic secundum, tunc est merum accidens: accidit enim Petro esse medicum: quia non est ex natura speciei, sed ex mera voluntate. Eodem modo arguitur aduersus tertiam acceptionem: nam si canescere dicat aptitudinem, est proprium quarto modo: si vero dicat a-

ctum, est merum accidens proueniens ex defectu caloris cerebri. Et confir. quia etiam muli in senectute canescunt: ergo non conuenit soli homini. Secundo arguitur contra secundam acceptionem. Esse bipedem nulli speciei est proprium: quia non specialissimæ, cum non conueniat soli: neque subalterne, quia maximè esset proprium animalis: & hoc non, quia non conuenit omni animali: ergo nullo modo est proprium. Tertio modo procedit ex principijs alicuius speciei. Contra quartam & propriam acceptionem arguitur tertio. Aut proprium conuenit speciei ratione sue assentia: puta ratione talis forme specificæ: aut conuenit aliunde, sicut calor conuenit aquæ ab igne. Si primum non prædicatur accidentiæ, sed certe essentialiter: nam ea ratione differentia prædicatur de specie essentialiter, quia est de essentia illius. Si vero non conuenit ratione essentia, tunc est parum accidens, & sic non posset distinctio fieri inter quartum & quintum prædicabile. Confir. Proprium non ponitur in prædicamento substantiæ: quia nec in re ita linea, cum nec sit genus nec species substantiæ: nec ad latus, cum non sit eius differentia: ergo ponitur in prædicamento accidentis, & per consequens est accidens. Quarto arguitur. Nullam est accidens quatenus commune, quod non sibi vendicat proprium subiectum ergo omne accidens est proprium respectu alicuius subiecti, & per consequens nulla est distinctio inter quartum & quintum prædicabile. Probatur antecedens. Si aliquod esset tale accidens, maxime esset calor, sapor, albedo, & alia id genus: sed hæc non possunt esse nisi in corpore naturaliter, ergo sunt propria respectu corporis. Quinto & postremo arguitur. Vniuersale non dicitur nisi respectu inferiorum (est enim vniuersale vnum in multis & de multis) sed proprium non est vniuersale respectu inferiorum, nec in quantum proprium prædicatur de multis: ergo non est inter vniuersalia computandum. Probatur minor, si proprium prædicaretur de pluribus, maxime de indiuiduis, sed istæ non sunt prædicationes proprii, Petrus est risibilis, Paulus est risibilis: ergo non prædicatur de pluribus.

Ad quæstionem veluti ad superiores affirmatiue respondetur. Vnde ad primum argumentum respondetur primo, quod esse medicum aut geometram, non accipitur pro inclinatione & aptitudine naturali ad scientias, sed pro habitu: nam habitus scientiæ est etiam aptitudo quædam & potentia ad actum: differentia enim est inter aptitudinem ad scientias, & aptitudinem ad ridendum: quod aptitudo ad ridendum est completa potestas, quæ a sola fuit essentia non aliu de dependens ad ridendum: & ideo conuenit omni homini pro semper, sed aptitudo ad scientias non est completa potestas sine habitu scientiæ, qui quidem habitus a voluntate hominis dependet. Et ideo licet conueniat soli homini quia brutum non est scientiæ capax, non tamen conuenit omni homini. Et quænis solutio hæc sit omnium communis, forsan alius est sensus Porphy. procedit enim solutio data supposito quod esse medicum, & esse geometram, sint posita gratia exempli loco scientiæ in vniuersali: nam cum homines naturalem habeant inclinationem ad scientias, non potest illa esse proprium primo modo: sed habitus qui non conuenit omnibus. At forsan Porphy. esse medicum, & esse geometram, intellexit specialiter de proprio primo modo intelligat particulares aptitudines naturales, quæ in diuersis hominibus sunt diuersæ ad speciales scientias & artes, secundum quod nascunt in tali & de tali: nam homines aptissimi ad aliquam

aliquas artes, qui ad alias sunt inepti. Et ideo aptitudo ad medicinam conuenit paucis hominibus. Ad aliud de canescere respondetur, quod non accipitur solum pro actu, nec solum pro aptitudine quæ fuit ex essentia hominis: sed pro aptitudine illa simul cum qualitate cerebri, vnde pendet actus canescendi, est enim causa canicie corruptio humiditatis naturalis, & calor cerebri deficiens in senectute digerere non potest. Et hac de causa qui grossiores habet capillos facilius canescunt quàm qui habet subtiliores, propter maiorem habundantiam humiditatis. Quare non solum actus canescendi non inest semper, sed nec tota causa canescendi inest semper. Hac de causa hoc adnota uerim, quod Paulus Venetus putat hæc esse differentiam inter proprium quarto modo & tertio modo: quod homo est semper aptus ad semper ridendum: sed quantum semper sit aptus ad canescendum, non tamen ad semper canescendum sed aliquando. Et potest quidem in bono sensu hoc saluari. Verum tamè si sit sermo de aptitudine, & tota potentia ad canescendum, certe nec illa semper inest. Dicitur illa potentia conuenire omni homini, quia omnis qui ad senectutem venerit (nisi aliqua specialis causa obsterit) canescit: sicut græues (vt fertur) in senectute nigrescunt. Ad confir. respondetur, quod quilibet pilum mulorum non sunt canicie sed est alia passio quæ nullo modo est illis propria, nec conuenit illis solis: cum conueniat equis, neque conuenit omnibus. Ad secundum principale conceditur quod quicquid quarto modo, & simpliciter est proprium, debet esse proprium respectu alicuius certæ speciei, aut specialissimæ aut subalterne, aut alicuius essentia simplicis. Et ratio est quæ inliuabat argumentum: videlicet quia ex quacumque differentia quæ exprimit definitio fuit proprium talis speciei: vnde, sicut dictum est in c. de genere, quod genera subalterna non definiuntur in quantum genera, sed in quantum species, eadem ratione vniuersum quodque habet proprias passiones, non in quantum genus, sed in quantum species, vt sensibile est propria passio animalis, quæ accipitur loco differentie quæ est nobis ignota. Et ob id indiuidua non habent proprias & peculiare passiones: quia non habent proprias & peculiare essentias, præter essentia speciei quæ est omnibus communis: sed habent (vt inquit Porphy.) proprietatem collectiones accidentium, quibus inuicem distinguuntur, Addiderim vel essentia simplicis. i. non compositæ ex genere & differentia: quia generalissima habent etiam suas proprias passiones. Et entis (quod est conceptus simplex) passiones sunt, vniuersum, verum, & bonum. Et in simplicissimo Deo sunt attributa propria: vnde conceditur subinde ad argumentum, quod bipes, propterea non est proprium simpliciter quia non conuenit alicuius propriæ speciei, sed est commune multis, non tamen toti generi animalis. Ad tertium argumentum respondetur, quod quantum risibile fuit ex principijs essentialibus, nihilominus non prædicatur essentialiter: nam prædicari essentialiter est, prædicatum esse de essentia rei tanquam partem intrinsecam eius, vt tantum sunt genus & differentia risibile vero non est pars essentia, sed esse quasi effectus essentialis eius: & ideo prædicatur accidentiæ medio modo inter differentia & accidens commune. Vnde ad confir. respondet S. Th. q. 77. art. 1. quod accidens accipitur dupliciter. Vno modo, vt diuiditur contra substantiam, & isto modo non est dare medium inter substantiam & accidens cum diuisio sit per affirmationem & negationem. s. esse in subiecto & non esse in subiecto: & ideo proprium quia non est substantia, isto modo est accidens. Secundo modo accipitur, accidens, vt est quintum prædicabile: & sic potest dari medium inter substantiam & accidens: vt accidens sit quicquid nec fuit ab essentia nec est de essentia: proprium vero sit, quod cum non sit de essentia, fuit tamen ab essentia,

Ex quo sequitur (ad formam confirmationis) quod proprium ponitur in prædicamento accidentis, & diuersa propria in diuersis prædicamentis accidentium. Exempli gratia, intellectus, voluntas, sensus, & alia id genus, quæ sunt proprie passionis tanquam potentia naturales ponuntur in secunda specie qualitatis: triangulus, quadrangulus, &c. quæ sunt passionis linearum, ponuntur in quarta specie qualitatis, quia sunt figuræ. Sed rursus habere tres angulos æquales quibus rectis, quæ est propria passio triangulari, ponitur in prædicamento quantitatis. Nota quomodo figura est passio quantitatis, & habere tres æquales. &c. est passio figuræ pertinet ad quantitatem: (nam æquale vel in æquale, spectant ad quantitatem) sed magnum, paruum, par & impar, quæ sunt species quantitatis, ponuntur in eodem prædicamento quantitatis: simile & dissimile in prædicamento relationis, licet sint passionis qualitatis. Impertinens ergo est, quod passio & suum subiectum in eodem ponatur prædicamento. Ad quartum respondetur, quod omne accidens habere proprium subiectum, potest intelligi duobus modis. Vno modo de subiecto inhesionis: & hoc modo forsan est verum, quod non omne accidens potest indifferenter inesse cuiusque subiecto: imo accidentia corporalia solum corpori inesse possunt mediante quantitate, quæ est eius proximum subiectum. Et econuerso accidentia spiritualia & indiuisibilia suapte natura non possunt inhaerere corpori, nec id solum naturaliter: sed forsan nec supernaturaliter Deus posset albedinem ponere inhaerere in angelo, neque notitiam in lapide, quæuis id passim concedatur: nam hoc videtur naturalis reu repugnare: sed quicquid sit de miraculo, saltem naturaliter omne accidens habet subiectum inhesionis proprium. Hic autem non loquimur de subiecto proprii hoc modo. Secundo modo possumus loqui de subiecto, ex cuius essentia fuit accidens quod est proprium: & hoc modo loquimur in proposito, & negamus aliquam essentiam specificam rerum, aut specialissimam, aut subalternam, vnde tanquam proprium quarto modo fluat albedo, aut nigredo, aut aliquod tale accidens: nam quantum solum corpus sit album non tamen omne: & quantum omnis nix sit alba, non tamen sola. Tertio modo potest quæ sit fingere albedinem posse habere proprium subiectum, puta, certam proportionem & mixturem qualitatum primarum vnde fluat albedo, & certam vnde fluat nigredo. Sed hoc nec est ad propositum: quia talis mixtio non vocaretur subiectum sed causa efficiens: & præterea quia forsan non datur certa & determinata mixtio vnde fluant homini qualitates secundæ, nam videmus ex nimia frigiditate albescere niuem, & ex magno calore faccarum. Sed de hoc satis. Ad quintum argumentum respondetur. Primo, quod ad hoc quod proprium sit vniuersale, satis est quod conuertibiliter prædicatur de specie, quæ est vniuersale. Sed secundo respondetur, quod certe prædicatur de indiuiduis prædicatione proprii per illarum regulam Aristot. ante prædicamentalem. Quicquid de superiori prædicatur, prædicatur de inferiori, quæ certe intelligenda est de eodem genere prædicationis, vt si homo est animal, & prædicatio genere, Petrus est animal, est etiam prædicatio generis. Eadem ratione, quia risibile prædicatur de homine prædicatione proprii, istæ etiam sunt prædicationes proprii, Petrus est risibilis, Paulus est risibilis. Nec requiritur quod prædicatur conuertatur cum subiecto: satis enim est quod conuertatur cum specie aut cum genere, cuius subiectum est indiuiduum. Et ratio est, quia proprium est quod fuit ex essentia rei: essentia vero indiuidui non est alia ab essentia speciei & generis: & ideo quod est proprium speciei, est proprium indiuidui, quare hæc est etiam prædicatio proprii, Petrus est risibilis.

D 5 Quæ



Quæstio secunda.

Vtrum proprium a suo subiecto realiter distinguatur.

Arguitur primo contra partem affirmatiuam, argumento quo sæpe solemus contra homini distinctiones vii. Pluralitas & distinctio rerum non est concedenda, nisi ratione id conueniente: sed nulla videtur conuenire ratio, vt aliquod sit accidens in homine, quod sit potentia ad ridendum distinctum realiter ab eo vel eius anima: ergo gratis conceditur. Probatur minor: quia homo ipso quod habet animam & organa corporalia, habet potentiam ridendi ambulandi &c. **¶** Secundo arguitur. Eadem est ratio de omnibus proprijs passionibus, vt distinguatur aut non distinguatur a subiecto, postquam omnia passio consequitur essentia rei: sed multe sunt propriæ passionis quæ non distinguuntur realiter a suis subiectis: ergo nulla distinguitur. Probatur minor, Passiones entis, vt vnum, bonum, verum, non distinguuntur ab ente nisi sola ratione, vt Aristot. 10. met. tex. 5. ex professo docet, & S. Tho. illic confitetur, & q. 1. de veritate. artic. 1. latius exponit dicens, quod vnum significat ens, in quantum est indiuisum: & verum significat illum in quantum obiectum intellectus: & bonum, significat idem in quantum obiectum est appetitus. Item aptitudo materiæ ad formam non distinguitur a materia, vt S. Tho. 1. p. q. 77. arti. 1. concedit, multæque sunt præterea homini passionis non distinctæ a subiecto. **¶** Tertio arg. Si aptitudo ad ridendum distingueretur ab homine, sequeretur processus in infinitum in huiusmodi passionibus, quem nullus debet philosophus admittere: probatur sequela. Aptitudo ad ridendum distinguitur ab homine: ergo aptitudo illa est etiam apta inherere subiecto, & per consequens aptitudo eius ad inherendum distinguitur ab illa & eadem ratione illa secunda est apta inherere subiecto per aliam tertiam, & sic in infinitum. Et præterea subiectum per se, non est in potentia ad ridendum, nisi per illam aptitudinem, ergo eadem ratione non est in potentia ad producendum illa aptitudinem, nisi per aliam, & sic in infinitum. **¶** Quarto arguitur. Si proprium esset accidens distinctum realiter a subiecto, vel esset extensum per totum vel esset in aliqua certa parte, vel esset indiuisibile: non primum, quia ridiculum esset si quis concederet risibilitatem esse in pede, qui ridere nequit: nec tertium, quia actus ridendi est materialis: quoniam exercetur organo materialibus: neque secundum, quia non facile apparet in qua parte hominis esset risibilitas. **¶** Et confirmatur hæc ratio: quia si esset accidens distinctum, illud esset intensibile & remissibile sicut cætera accidentia corporalia: & sic vnus homo esset magis risibilis alio, quod supra negatum est. Quinto arguitur. Si risibilitas esset accidens distinctum, sequeretur quod posset per diuinam potentiam a subiecto separari: nam cum omnia a Deo conferuntur, posset Deus subiectum seruare corrupto accidente, vel e conuerso: sicut seruatur accidentia in sacramento Eucharistiæ, consequens tamen est falsum, nam tunc daretur homo qui non esset risibilis, & certe id repugnat, ac si daretur homo qui non esse rationalis. **¶** Sexto deum & postremo arguitur. Esto, concederetur aliqua distinctio ex natura rei inter subiectum & eius passionem

seclusa operatione intellectus, satis esset concedere distinctionem formalem, quæ minor est distinctione reali per quam inconuenientia istorum argumentorum, cui taretur, ergo non est asserenda distinctio realis. Probatur antecedens, distinctio formalis, vt supra diximus, est inter duo quæ non se habent vt duæ res, & tamē vnus non est de essentia alterius, & ita videntur se habere homo & risibilis: quia de essentia & quidditate hominis non est risibilitas, nihilominus non sunt duæ res vt patet per argumenta facta. **¶** In contrarium est, quod potentia naturalis sunt propriæ quædam passionis animæ, vt intellectus, voluntas, sensus, & similes: quæ quidem potentia sunt accidentia distincta ab anima, vt patet per Aristot. qui ponit huiusmodi potentias in prædicamento qualitatis, & secundum ipsum distinguitur a substantia.

Quæstionem hanc fateor nihil profusus ad dialecticum pertinere: sed quia dialectici huius temporis illam huc introduxerunt, non potuimus hic non mouere. Tres sunt de hac quæstione opiniones, quas inter arguendum innuebamus secundum numerum distinctionum trium, quas quæstione tertia super prologum adnotauimus. Distinctionum enim alia est ratio nis, vel per solam operationem intellectus: & alia ex natura rei seclusa operatione intellectus. Et hæc secundum Scotum distinguitur in realem & formalem. **¶** Prima ergo opinio est nominalium tenentium, quod subiectum & passio nulli modo ex natura rei differunt. Distingunt tamen de propria passione, nam vno modo accipitur (inquunt) dialectice per illis nominibus, risibile, hincibile, &c. quæ conuertibiliter prædicatur de nominibus specificis: & hoc modo manifestum est distinguere proprium a subiecto, in quo sensu non mouetur hæc quæstio. (Quinetiam improprium satis est dicere istum terminum, risibile, esse propriam passionem illius termini hominis.) Alio modo propria passio accipitur physice pro accidente quod consequitur essentiam rei: in quo sensu mouetur quæstio præsens, ad quam respondet negatiue. scilicet subiectum & propria passio, vt homo, & risibilitas non distinguuntur ex natura rei: sed sicut homo per animam immediate viuunt, ita per eam immediate ridet, intelligit, sentit, vult, &c. Quare intellectus & voluntas nullo modo distinguuntur. Probat conclusionem argumentis supra formati. **¶** Reales vero consentiunt quidem quod distinguuntur ex natura rei: differunt tamen quod Scotus opinatur suo modo solè formaliter distinguere. Sed S. Tho. censet distinguere realiter. Opinione suam explicat Scotus secundo sententiarum. d. 16. q. vnica. Vbi quod distinguatur ex natura rei probatur: quia seclusa operatione intellectus, homo, & risibilis, habent distinctas definitiones: nam homo est animal rationale, & risibilitas est aptitudo ad ridendum. Item quia circumscripita operatione intellectus concedimus quod risibilitas est in homine, & quod homo est subiectum risibilitatis: & per consequens habent se sicut subiectum & accidens. Quod vero non distinguatur realiter probatur, quia distinguere realiter est distinguere tanquam duas res: & tamen risibilitas pedit ex essentia & ideo essentia continet essentialiter quodammodo risibilitatem. Atque adeo hinc elicitur mediam distinctionem formalem. Itaque distinctio formalis est, vt supra diximus, quando vnum habet definitionem quidditatiuam non includentem aliud, nihilominus aliud continet essentialiter ipsum: sicut dixit animalitatem distinguere ab homine formaliter: quia definitio animalis non includit hominem, nihilominus homo continet essentialiter animalitatem. Vnde adhuc insinuat Scotus duos gradus distinctionis

Alonis formalis: plus enim distinguuntur ex natura rei subiectum & passio, quæ natura generis & natura speciei quia natura generis, quantum non includat naturam speciei, includitur tamen in illa tanquam pars eius quidditatiua: tamen propria passio neque includitur in definitione subiecti, nec includit illud nisi secundo modo dicendi per se, sicut nasus ponitur in definitione similitudinis, vel similitas est nasi curuitas, vbi subiectum non ponitur tanquam pars passionis.

His suppositis ad intelligentiam opinionis.

S. Thom. notandum est, quod nusquam apud ipsum inuenitur, quod passio distinguatur a subiecto sub istis terminis, passio vel proprium, sed solè quod potentia distinguatur a subiecto: puta quod potentia animæ distinguatur ab anima, & potentia corporales a corpore. Hoc patet prima. p. q. 77. art. 1. & in. q. de spiritalibus creaturis. art. vlti. & vbiunque alibi de re ista meminit. Sed quia in locis citatis dicit, quod potentia se habent sicut accidentia propria subiecti, quæ pertinent ad quartum prædicabile, vt patet loco primo citato ad quintum argumentum: inde posteriores isti doctores mouent quæstionem sub nomine propriæ passionis, opinantes secundum S. Tho. omnem propriam passionem distinguere a subiecto, quod S. Tho. non somnauit. **¶** Sed multo magis miror quid istis in mentem venerit, proprias passionis appellare relationes aptitudinales ad agendum, vel patiendum in qua sententia citat S. Tho. prima. p. q. 77. Et Scotus in. 4. dist. 49. q. 2. quod tamen neuter vnquam cogitauit. Enimvero, nec omnis propria passio est potentia, vt q. 1. patebit nec illa quæ est in potentia, est relatio cum ponatur in secunda specie qualitatis. Verum est tamen, quod potentia definitur in ordine ad actum, vt risibilitas est potentia ridendi, sicut visus potentia sentiendi color: inde tamen non sequitur esse relationes quia nihilominus habent esse absolutum, vt intellectus, voluntas, &c. Sicut forma non est relatio, quantum sit actus materiæ. Sed de hoc in tertio prædicamento. Vnde si quæstio hæc tractanda esset in dialectica potius deberet tractari in prædicamentis, in secunda specie qualitatis, an videlicet naturalis potentia distinguatur a subiecto. Quia tamen in hoc loco hac tempestate mouetur, respondetur tribus conclusionibus. Prima. Omnis propria passio quæ est potentia respectu operationis realis & accidentalis distinguatur realiter a subiecto, siue sit potentia actiua siue passiva: dummodo sit potentia per se proxime ordinata ad talem actum. Exempli gratia, intellectus quæ respectu obiecti est potentia passiva ad recipiendum species, & actiua ad producendum actum, pariter sensus & voluntas distinguuntur realiter. Cæteræ particularæ explicabuntur conclusionem e tertia. Conclusio hæc primo probatur: quia tales potentia ponuntur ab Aristotele in secunda specie qualitatis: & Aristot. secundo de anima potentias animæ vocat partes animæ. Item Dionysius de cælesti hierarchia. c. 2. & secundum aliam diuisionem. cap. 9. dicit, quod cælestes spiritus diuiduntur in essentiã, virtutem, & operationem. Et August. 15. de trinitate. c. 7. vbi tractat de imagine, dicit quod intellectus, voluntas, memoria quæ sunt in homine, non sunt idem quod homo, vt in Deo. **¶** Secundo id probat S. Tho. lib. nuper citatis ex illa maxima Aristot. 9. met. tit. 13. & lib. 1. 2. tit. 26. & 28. videlicet potentia & actus sunt in eodem genere, ex qua infertur quod vbi actus est accidentalis, vbi potentia & virtus ad talem actum est accidens. Cuius ratio est, quia dare esse substantiale, & operari, sunt duo distincti effectus, quorum pri-

mus est effectus substantialis & formalis proueniens a forma in genere causæ formalis: alter vero est accidentalis proueniens a forma in genere causæ efficientis, sed potentia debet proportionari effectui: ergo forsitan substantialis per seipsam dat esse substantiale, & per virtutes sibi additas operatur. Vnde glossa Scoti loco citato. scilicet quod maxima Aristotelis intelligitur de potentia & actu essendi. Vt Antichristus qui modo est in potentia, & postea erit in actu, sunt in eodem genere: glossa (inquam) ista certe non est ad mentem Aristoteles quia de illo nemo ambigere vnquam poterat, quin res quæ prius non est, & postea est, sint in eodem genere: quia sunt eadem res numero. **¶** At vero prætermisissis his metaphysicis, probatur tertio, & maxima Aristotelis, & conclusio pro caput Dialecticorum. In rebus omnibus corporalibus & insensibilibus, videmus res operari per virtutes sibi additas vt ignis calefacit per calorem, & aqua frigidat per frigiditatem, quæ sunt accidentia: sol conceditur ab omnibus philosophis illuminari per lucem & per illam vel alias virtutes ignotas operari diuersos effectus & terra recipit a Deo virtutes naturales ad germinandum herbas: quod notatur Genesis primo, germinet terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum, cuius semen in semetipso sit super terram. Non est dubium quin plantæ habeant virtutes productiuas, quæ sunt earum accidentia. Vnde medici attribuunt herbis diuersas virtutes a proprietate, vt Rhubarbarum non solum ratione caloris, aut frigiditatis, sed ratione proprietatis quæ est propria passio eius expellit choleram: ergo eadem ratione alia virtutes & potentia naturales ad alios effectus sunt accidentia distincta. **¶** Quarto arguitur. Aristoteles secundo de anima distinguit quinque sensus, quos vocat partes animæ, propterea quod sunt quinque obiecta diuersimode mouentia: aliter enim color mouet visum, & aliter sonus mouet aurem: ergo intentio illius est quod diuersis obiectis actiuis correspondent diuersæ potentia receptiua specierum: & illæ non possunt esse anima, quæ est simplicissima, ergo sunt distinctæ potentia. **¶** Et confirmatur. Distincta organa & instrumenta seruunt distinctis potentijs: vt potest oculus, & aures, sunt distincta organa: ergo distinctæ sunt potentia, visiva, & auditiva, quæ expresse docet Aristot. secundo de anima. tit. 12. dicens organum sensus est, in quo collocatur vis & potentia sentiendi. **¶** Quinto arguitur ex intentione Aristot. 3. de anima vbi ponit intellectum agentem, & passibilem distinctas virtutes, puta vnã actiua & alia passiva: quas apud omnes expositores adeo fuit cõpertissimè esse virtutes distinctas ab anima, vt Cõmẽ. in illi errore excesserit, vt crederet intellectum perpetuo manere anima corrupta. **¶** Sexto & postremo arguitur. Sermones vsitati de intellectu & voluntate vix saluari possunt, nisi posita distinctione illarum potentiarum inter se: & per consequens ab essentia. Dicimus enim quod homo intellectu intelligit, non voluntate nec sensu: & vult voluntate, & non intellectu. Itẽ quod intellectus dirigit voluntatem, quod voluntas mouet alias potentias, & quod intellectus est in capite, & non in pede, & quod sensus est particulariter in oculo: Hæc autem omnia peruecut dicentes quod potentia non distinguatur ab anima: nam dicunt animam eandem esse & intellectum & sensum. quod Aristot. aduersus antiquos philosophos ostendit esse falsum secundo de anima tex. 60. & infra. Itẽ concedit quod intellectus vult & voluntas intelligit, qui neutiquam est sermo philosophis dignus. Possent & alia hic argumenta accersiri ad probandum quod sensus distinguatur ab anima: nempe cum sit potentia corporalis & extensa sicuti sensatio: sed satis est hæc tenus calamus lineam Dialecticis transgressus. **¶** Ergo

3. Cōclusio

Cōclusio. 3

Passiōes en-
tis.

¶ Ergo ut ad propositum redeamus, eodem modo risibilibus celetur quædam potentia corporalis ad ridendum. Ex repentino enim gaudio dilatatur sanguis a corde, qui extendens partes faciei, facit motum risus in ore. Sicut econuerso ex repentino mœrore sanguine currente ad cor, oculi constringuntur & expriment lachrymas. Et sic videtur quod risibilibus distinguatur realiter a subiecto: sicut potentia nutritiua quam philosophi omnes profitentur esse potentiam distinctam ab anima.

¶ Secūda conclusio, talis distinctio passiōis a subiecto non est formalis sed realis. Ista conclusio probatur. Primo quia (ut tertia conclusio super prologum arguebat) vnitas & distinctio est passiōis entis, sed nullum est ens, nisi ens rationis & ens reale secundum Arist. 5. met. text. 1. 4. ergo nulla est distinctio tertia, sed omnis est aut rationis aut realis. Et præterea est intellectus difficile quomodo aliqua distinguatur ex natura rei, & non sit realis distinctio, & mirū est quod ante tempus Scoti nemo philosophorum suspicatus vnquam fuerit hæc distinctio nem formalem. Et secundo confirmatur, quia nec subiectum est de essentia passiōis nec passiō de essentia subiecti quoniam passiō sit quasi effectus essentia. Quare nō solum in sensu formali est falsa, homo risibilitas, aut homo est intellectus, aut homo est voluntas, sed etiam in sensu identico hæc est falsa, homo est res qui est intellectus: aut res quæ est voluntas. Et hæc est differentia inter has duas scholas: quia Scotus negat illas in sensu formali, concedit eas in sensu identico, sed a Sancto Thoma in vtroque sensu negatur. ¶ Tertia conclusio, Proprium quod non est potentia iuxta tenorem primæ conclusionis: non oportet a suo subiecto distingui. Probatur conclusio, quia rationes supra factæ non procedant nisi solum de potentijs, & ea ratione qua sunt potentia. Ex cuius inconsideratione omnia fere argumenta procedunt quæ a doctoribus huius temporis aduersus Sanct. Thom. iaciuntur. ¶ Vnde ad primum argumentum, cōceditur non esse recipiendas huiusmodi distinctiones sine ratione cōiuncti. At vero non est hic demonstratio mathematica exigenda: nam vt dicit Arist. 1. Ethico. pro ratione cuiusque sciētia exigenda est ratio: & in philosophia naturali rationes quas modo faciebamus, faciunt vehementer probabilitate. Et ideo respondetur, quod quauis homo per animam rideat, intelligat, nutriatur, &c. tanquam per principium primum efficiens: tamen intelligit per intellectum tanquam per potentiam propriam illius actus. Itaque quando dicimus, quod homo per se intelligit, per se ridetur intelligitur quod ex sua essentia fluunt illæ virtutes, nec recipit illas aliunde sicut a qua ab igne recipit calorem quo postea ipsa calefacit. ¶ Ad secundum conceditur, quod passiōes entis non distinguuntur ab ente ex natura rei, de quo itidem Scotus contrariam habet opinionem: putat enim tantam esse distinctionem formalem inter passiōes entis, quam inter passiōes hominis. Sed re vera contrarium probat Arist. loco citato in argumento, primo, quia quæcunque res, ea ratione qua est res, est vnum ens. Et secundo, quia nullo modo passiō entis, nec aliqua res potest per intellectum abstrahi ab alia, quin in re abstracta includatur ens, vt quomodocunque abstrahatur passiō entis (puta vnitas) ab ente, adhuc includit ens: quia ens est de quidditate cuiuscunque vt in prædicamentis, capi. 4. exponetur. Et ideo passiōes entis non distinguuntur ab ente. Et præterea, quia illæ passiōes non sunt potentia reales eo modo quo potentia nutritiua aut intellectus: & alia id genus. ¶ Eodem modo respondet Sanct. Thom. loco citato, quod potentia materiæ non distinguitur a ma-

teria. Nam quauis illa sit potentia passiuua, non est tamen potentia ad recipiendum actum accidentalem, secundum tenorem primæ conclusionis, sed substantialē. Quin etiam ex eadem ratione Aristotelis, puta quod potentia & actus sunt in eodem genere, cum forma sit substantialis actus materiæ, sit, vt materia sit etiam potentia substantialis formæ. Vnde materia & forma per se ipsas habet immediatum ordinem, vt sine aliquo medio accidente vniantur. Quocirca licet in generatione ignis præcedant in toto composito accidentia corruptentia lignum: tamen prius natura forma substantialis ignis geniti informat materiam, quam accidentia quæ sunt in igne genito, sed de hoc alias. ¶ Ad vltimam particulam argumenti conceditur, plurius esse passiōes quæ non distinguuntur a subiecto: puta, quotquot non potentia ad producendum vel recipiendum accidens reale, vt mortale, corruptibile, habet tres angulos æquales duobus restis, quæ est passiō trianguli par & impar, quæ est passiō numeri: atque alia id genus plurius. ¶ Ad tertium negatur processus in infinitum, & negatur quod risibilitas sit apta inhaerere subiecto per aliam aptitudinē, imo per se ipsam inest, quia aptitudo inhaerendi non est potentia actiua ad recipiendum, aut producendum accidens.

¶ Eodem modo conceditur, quod subiectum recipit risibilitatem: sed tamen non est aptum ad hoc per aliam aptitudinem distinctam: quia subiectum non recipit risibilitatem, aut intellectum, aut alias passiōes per transmutationem ab alio, nec per hoc quod subiectum producat actione distinctam ab illa qua subiectum producit. Ex epligratia. Non est intelligendum quod pater meus generit me, & essentia mea alia actione produxit meam risibilitatem, quod terra produxit herbam, & herba produxit suam proprietatem, quoniam producit subiectum, eadem actione cōproducit omnes passiōes eius: sed dicuntur fluere ab essentia, quia prius natura subiectum habet essentiam, quia passiōes, id est, quia subiectum habet hanc essentiam, habet passiōes: & ideo subiectum non indiget potentia ad producendum suas passiōes sed illas immediate habet per suam essentiam: & propterea non datur processus in infinitum. Vnde Sanct. Thom. 1. quæstio. 77. arti. 6. ait quod passiō fluit ab essentia in genere causæ finalis, quia passiō est propter essentiam: & quodammodo in genere causæ effectiua: quia cōproducit & consequitur ad productionem speciei & in genere causæ naturalis, quia prius natura essentia est in supposito, quam passiō. ¶ Per hoc soluitur aliud argumentum quod fit in hac materia de quantitate. Arguitur enim sic aduersus Sanct. Thom. Corpus est potentia passiuua ad recipiendum accidentia corporalia, puta calorem, & colorem & alia: tamen illa potentia non distinguuntur a corpore. Respondetur, quod quantitas est potentia passiuua corporis qua mediante recipit alia accidentia. Sed eum replicatur. Corpus est in potentia passiuua ad recipiendam quantitatem: ergo illa potentia distinguitur a corpore: & rursus est in alia potentia ad recipiendam illam quantitatem, & per consequens illa alia distinguitur & sic in infinitum. Respondetur, quod potentia corporis ad quantitatem non distinguitur a corpore: quia quantitas est illi congenita ad modum propriæ passiōis. ¶ Ad quartum respondetur, quod risibilitas est accidens corporale, & diuisibile sicut potentia nutritiua & alia corporales: neque tamē credo esse per totum corpus dispersam, sicut potentia nutritiua aut sensus tactus, postquam

fluere.

quam non exercet suum actum nisi in facie. Et forte est in corde: nā potentia est in organo suæ operationis, vt visus in oculo, & risus provenit cum ex repentino gaudio admiramur: nam tunc sanguis dilatatur a corde ad faciē & inde sequitur illa oris dilatatio quæ est risus, sicut cōuerso oblata repentina tristitia, sanguis fugit ad cor, & inde sequitur compressio partiū experimentū lachrymas. ¶ Ad cōfirmationem respondetur, negando sequela: nō enim continuo sequitur, si propria passiō est accidens quod sit intensibile, aut remissibile: nā intensio & remissio nō est generalis proprietatis oīm in vniuersum accidentium: quantitas enim suate natura non est intensibilis, neque relatio, vt æqualitas non est intensibilis: sed soli prædicamento qualitatis ascribit Arist. illā proprietatē quæ est suscipere magis & minus: nec tamen omni eius speciei: sed soli primæ & tertiæ quæ sunt habitus vel dispositio, passiō vel passibilis qualitas. Sed tamen quarta, vt figura: & secūda, vt naturalis potētia non est intensibilis. Et ratio quidem secundū Nominales, nō potest tā euidenter assignari, sed est dicendū, quod inapte natura intellectus & voluntas & similes potētia nō sunt accidentia, quæ habeat gradus intensiōis: sed secundū S. Thom. ratio est manifesta. Nā intensio fit per maiore radicationē in subiecto. i. per hoc quod accidens intimius (vt sic loquamur) inest, magisque actuet subiectū. At vero propriæ passiōes, quia fluunt ex essentia subiecti: & quodammodo sunt illi essentiales, non possunt magis & minus actuare, sed omnes insunt æqualiter, vnde sicut non potest homo esse magis rationalis, ita neque magis risibilis quā alius. ¶ Ad quintum argumentum, scio Thomistas nullatenus admittere propria passiōem posse a subiecto separari, inter quos est egregius Caieta. prima. 1. q. 3. arti. 3. quod & Capreolus probabilis censet primo sententiarū dif. 3. q. 3. Imo S. Thom. de spiritualibus creaturis. arti. vlti. ad. 7. argumentum videtur esse eiusdem sententiæ, vbi ait quod nō potest separari ab homine quod sit risibilis, & Porphyrius ca. 5. dicit nigredinem non esse propriam passiōem corui: quia potest intelligi coruū esse & non esse nigrum vbi inueniat per contrarium, quod non potest intelligi hominem esse & non esse risibilem. ¶ His nihilominus non obstantibus dualiter respondemus propositionibus. Prima, Deus supernaturaliter potest accidens quod est risibilitas separare a subiecto, & alterum sine altero conseruare. Neque de ista propositione vnquam dubitare potuisti enim sunt distinctæ res, & neutra est de intrinseca quidditate alterius, absque dubio potest Deus vnā sine alia conseruare. Id vel maxime cum se habeat quodammodo, vt causa & effectus. ¶ Secūda propositio est. Quauis intellectus & risibilitas separaretur ab homine nihilominus esset intellectus & risibilis. Probatur: quia adhuc homo esset aptus natus essentialiter ad intelligendum si daretur ei intellectus. Non dico aptus in potentia remota, sicut lapis est aptus, si ex illo fieret homo: sed dico quod homo tuapte natura est intellectus, si daretur ei intellectus: nā quauis lapidi inhaereret intellectus aut risibilitas, nec intelligere posset, nec rideret, atque adeo nec denominaretur intellectus nec risibilis: sed quem admodum Cæcus simpliciter est aptus natus videre, atque adeo est visus (vt sic loquamur) licet id facere non possit nisi potentiam visiuam recipiat, ita homo sine intellectu esset simpliciter intellectus. Potest hæc vocari potentia remota essentialis. ¶ Censet hic neoterici Thomistæ, quod separata supernaturaliter risibilitate, & subiecto relicto suæ naturæ, statim flueret alia noua. Id tamen est falsum, quia subiectum non est causa productiua passiōis, vt nuper dicebamus: sed pas-

sio productiua a causa productiua subiecti, quod istud non considerat. Vnde si Deus auferret mihi intellectum, nulla causa posset eum mihi naturaliter restituere sed solus Deus supra naturaliter. ¶ Percontatur quis forsā hoc loco, Vtrum nomina ista passiuorum vt risibile, intellectiuum, &c. ampliet de materiali, an verō tantummodo de formali. Omnes enim dicunt solum ampliare de formali: quod est dicere, Solum supponunt pro re existenti connotando quod possit ridere, aut intelligere, &c. Quapropter Antichristus (dicunt) non est modo risibilis. Et quicunque negant suppositionem naturalem, ita tenentur subsequenter dicere: nam risibile, & homo conuertuntur: & ideo si Antichristus non est homo, certe nec est risibilis. At vero secundum suppositionem naturalem, quæ secundum Aristotel. & vniuersaliter secundum omnes philosophos negari non debet, tam perpetuæ veritatis sunt istæ, Antichristus est risibilis, homo est intellectiuus, quam istæ, Antichristus est homo, homo est rationalis. Non propterea quod risibile, ampliet de materiali: sed propter suppositionem naturalem: quia videlicet, quando prædicatur est de essentia subiecti aut fluens ex essentia, tunc ly est, non dicit existentiā in tempore, sed tantum necessariam extremorum connexionem. Attamen in ordine ad, est, secundum adiacens, species & propriū dicuntur ad conuertentiam, scilicet si homo est, risibile est: & si homo non est, risibile non est: & econuerso: nam, est, secundum adiacens dicit existentiā. ¶ Ad sextum argumentum quod pro opinione Scoti feruimus, respondetur, quod omnis distinctio ex natura rei est realis, & præterea quod rationes supra factæ, non solum videntur probare subiectum & passiōem differre ex natura rei, sed etiam realiter tanquam duas res.

DE ACCIDENTE.
CAPVT V.



ACCIDENS autem est quod adest atque abest sine subiecti corruptione. Diuiditur autem in duo. Aliud enim est separabile, aliud inseparabile: atque dormire quidem accidens separabile est: nigrū autem esse, coruū ac thiopive inseparabiliter accidit. Mente tamē cogitatione ve coruus albus, & Actiops non niger, sine subiecti corruptione cōcipi potest. Definiunt etiam & hoc pacto. Accidens est, quod inesse ac nō inesse eidē potest. Et quod neque genus, neque species: neque differentia neque proprium est: semper autem est in subiecto.



Postremum prædicabilium est accidens, quod rei ab extrinseco cōtingit: supponit enim non solum essentia ex genere & differentia constitutā, sed propriū etiam quod emanat ab essentia. Caput breuissimū est, neque

neque vlla indiget diuisione. Proponit primum Porphyrius definitionem generalem accidentis, secundo diuidit accidentis in id quod est separabile, & id quod est inseparabile: & tertio subiungit alias duas definitiones. ¶ Accidens (inquit) est quod adest & abest sine subiecti corruptione. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod adesse & abesse, dupliciter accipitur. scilicet primæ intentionaliter vt conuenit accidenti secundum esse reale: & alio modo secundæ intentionaliter, quod est prædicari accidentaliter & transmutabiliter, & hoc modo accipitur hic. Vnde Nominales tenentes res nullatenus prædicari, sed solos terminos: dicunt solis terminis conuenire definitionem. Itaque rãtum valet accidens, sicut terminus qui potest successiue affirmari & negari de alio termino: vt sit hæc nomina calidum, frigidum: album, nigrum, & similia. Reales vero qui conformiter ad Arist. & alios philosophos dicunt nomina solum prædicari tanquam signa, res vero, principaliter, vt in principio prædicamentorũ videbimus: intelligunt definitionem hanc veluti superiores, scilicet quod definitur ibi secunda intentio ad sensum superius expositum. Definitur enim res ipsa quæ est accidens quatenus substat secundæ intentioni, quod est dicere: quatenus prædicatur in concreto denominatiue de substantia. ¶ Est ergo sensus definitionis. Accidens est vniuersale quod prædicatur de pluribus accidentaliter & transmutabiliter, vt per vltimam particulam differat à quarto prædicabili. ¶ Secundo diuidit Porphyrius accidens in id quod est separabile, vt album, nigrum, respectu hominis: & id quod est inseparabile, vt nigrum, respectu corui. At Porphyrius ne videatur sibi contrarius: sane qui postquam dixerat, accidens esse id quod potest adesse & abesse, subiungit aliquid esse accidens inseparabile, respondere tacite obiectioni: dicens quod quauis nigredo corui non possit realiter separari a coruo, vt in rei veritate sit coruus albus, tamen per intellectũ potest separari, quod est dicere, non repugnat essentia corui esse album. ¶ Tertio subiungit duas alias definitiones, quæ ad litteram sunt Arist. 1. Topico. ca. 4. quarum vltima vt inquit Arist. non est propria definitio, quia datur per negationem aliorum prædicabilium, vt si dicas, homo est animal, quod neque est equus, neque leo, &c. quæ quidẽ definitio nõ explicat positiuẽ naturã rei, sed prima (inquit Arist.) explicat naturam accidentis: & est eadẽ cum prima quæ est propria Porphyrij, nisi quod definitio Porphyrij est expositio definitionis Arist. Posset enim quis suspicari quod risibile est accidens Petri, propterea quod Petro existente, Petrus est risibilis: & non existente, non est risibilis: & ideo explicat Porphyr. quod accidens debet affirmari & negari, subiecto manente.

lia coincidunt. ¶ Secundo arguitur. Definitio non debet dari disiectiue: quia definitio explicat quidditatem quæ cuiuscunque rei est certa & determinata: ergo definitio accidentis non est bona. ¶ Tertio. Risibile, negatur nõ de Antichristo, si copula importet tempus præsens, & affirmabitur de illo dum fuerit & hoc sine subiecti corruptione, & tamen risibile non est accidens: ergo definitio conuenit alijs a definito. ¶ Et confir. argumẽtum cõtra rãto modo. Mortuum est accidens hominis, & combustũ est accidens domus: nam comburi accidit domui: & mori homini, sicut ridere, licet esse mortale sit eius passio, si cut risibile, & tamen illis non conuenit definitio: ergo definitio non est bona. Quarto arguitur contra diuisionem accidentis. Accidens separabile, & proprium quod est quartum prædicabile cõuertuntur: ergo male diuiditur accidens quintum prædicabile in inseparabile & separabile. Probatur antecedens primo, quia nigredo corui, & albedo cygni, & alia id genus: eo sunt accidentia inseparabilia, quia conueniunt rei ratione essentia, (alias possent separari) sed omne accidens ab essentia manans est proprium: ergo. ¶ Et confirmatur idem antecedens, quia nigredo corui vel est separabilis secundum rem vel solũ secundum intellectum, si primum, tunc non restat causa cur dicatur inseparabilis, si secundum, tunc aut intelligitur de abstractione præcisiua (in qua secundũ Arist. 2. Physic. non est mendacium) videlicet quia potest simpliciter notari cognosci coruus sine nigredine, & in hoc non differt à proprio: nam etiam possumus considerare hominem non considerando risibilitatem: aut intelligitur de abstractione negatiua, id est, quod possumus intelligere coruum non esse nigrum, & si intelligitur quod talis propositio potest esse vera, tunc sequitur quod in rei veritate coruus potest esse albus: & sic nigredo non est accidens inseparabile, si tamen illa negatiua non potest esse vera, tunc vana est abstractio intellectus.

risibile nomen potest adesse accidens, sic etiam eadem tale passio hominis mortui non accidens

abstractio dicitur precisio et negatiua quod dicitur abstractio corui non est abstractio intellectus

Textus præsens facillimus est

& si bene intelligatur est verissimus. Vnde ad primum respondet S. Thom. de spiritualibus creaturis, arti. vltimo, quod accidens accipitur vno modo vt distinguitur contra substantiam, & sic diuiditur in nouem prædicamenta. Alio modo vt distinguitur contra alia quinq; prædicabilia. Et sic est quintum prædicabile, ideo ad argumentum respondetur, quod accidens primo modo potest esse genus & species, & coloratum, genus est albi, & color, genus albedinis. Et potest esse differentia, & proprium, vt æquale & inæquale est proprium quantitatis: & habere tres angulos æquales duobus rectis, quod est de prædicamento quantitatis est propriũ trianguli, qui est de prædicamento qualitatis. Itaque accidens primo modo tantum valet sicut id quod suapte natura non potest esse per se, sed in alio. Et illo modo accipiẽdo, accidens diximus superius quod proprium est accidens. Sed secundo modo, accidens tantum valet sicut prædicatum quod accidentaliter & transmutabiliter prædicatur. Quæ de causa nuper dicebamus accidens, vt est quintum prædicabile connotare secundam intentionem, & hoc modo distinguitur contra proprium & alia prædicabilia. Sed accidens, accipiẽdo primo modo, est nomen primæ intentionis, significans quantitates & qualitates & alia accidentia, quæ possunt esse fundamenta omnium intentionum vniuersaliũ. Vnde Arist. 1. Topico. ca. 4. omnia inquit prædicata, vt genus, differentia, &c. in omnibus prædicamentis reperiuntur. ¶ Ad secundũ facile respondetur quod definitio quidditatis nõ debet dari per disiectiõnem,

Diffinitio sensus.

Quæstio vnica.

¶ Vtrum textus accidentis sit verus.

Arguitur pro parte negatiua. Accidens & reliqua prædicabilia in idem incidunt: ergo nõ debet distingui quintum prædicabile contra quatuor alia. Probatur antecedens. Omnia accidentis cuiuscunque nomen prædicamentorum est aut genus aut species: in quocunque illorum sunt propria differentia, & propria accidentia: ergo accidens & reliqua prædicabilia

nẽ, cum quidditas rei sit vna: sed tamen descriptionem (qualis est hæc) nihil vetat dari per disiectiõnem: sicut enuntiationem describit primo Perihermenas Aristote. quod sit oratio in qua verum vel falsum est. ¶ Ad tertium respondetur quod ly, præter subiecti corruptionem, determinat ambo verba, adesse & abesse, & ideo sano & proportionali modo est intelligenda illa particula. accidens est quod postquam semel adesse potest abesse præter subiecti corruptionem. i. quod causa quare accidens abest, non sit corruptio subiecti: & postquam abest potest adesse præter subiecti corruptionem: modo ad argumentum dicimus, quod causa quare illa incipit esse vera, Antichristus est risibilis, est quia Antichristus producit. Intelligimus illam incipere esse veram, verbo importate tempus: nam si esset suppositio naturalis, illa est perpetua veritatis, vt in superiori capite dicebamus. ¶ Pro materia confirmationis notandum est, quod mortuum, vltimo sermone dicitur & de corpore, & de homine. Et vtroque modo potest accipi dupliciter, vt diximus secundo libro Summularum. Vno modo vt sit participium præteriti: videlicet, vt tantum valeat, sicut quod vixit & postea non vixit, siue viuat modo, siue nõ: quem admodum confitetur de Christo quod est mortuus, licet modo viuat. Alio modo vt accipiat nominaliter pro eo, quod vixit & modo non viuat. quomodo Paulus negat Christum iam esse mortuum. Tunc ad confirmationem respondetur, quod mortuum, in vtraque acceptione, respectu corporis est accidens, & potest adesse prius & postea abesse præter subiecti corruptionem: nam modo corpus meum viuat & me defuncto corpus idem erit mortuum. Idem inquam vt loquimur communiter, licet habeat non uiam formam cadueris. Attamen respectu hominis, in quo sensu procedit confirmatio, mortuum, nullo modo est accidens: imò hæc propositio homo est mortuus, est in materia disparata: quia repugnat hominem esse, & esse mortuum. ¶ Sed contra solutionem replicatur dupliciter. Primo Christus est modo, & est mortuus in prima acceptione: imò omnes in die Iudicij erimus homines & illo modo mortui: ergo saltem in prima acceptione potest abesse prius & postea adesse subiecto. Nam ego nunc non sum mortuus, & tunc ero homo mortuus. ¶ Secundo. Ego nunc non sum mortuus & post. 50. annos illa erit vera, Dominicus est mortuus: in vtraque acceptione propter ampliationem de ly, mortuus: ergo illud prædicatum est accidens. ¶ Ad primum cõceditur quod per miraculum supernaturaliter potest homo prius nõ esse mortuus & postea idẽ esse mortuus: sicut modo est Christus. id tamen non sufficit vt prædicatum sit accidens subiecti. Sed requiritur, quod naturaliter subiecto nõquã corrupto, prædicatum possit ad esse & abesse. Ad secundum eodem modo conceditur, quod virtute ampliationis, me mortuo, mortuum affirmabitur de me quod modo negatur. Id tamen non sufficit ad rationem accidentis: sed quod subiecto manente, seu (quod dicunt) subiecto propositionis sine ampliatione supponẽte, prædicatum possit affirmari & negari. ¶ Circa materiam quarti argumenti quod potissimum est in hac parte, consideranda est radicitus dicitur inter proprium, & accidens. Proprium est illud accidens vt sæpe repetimus, quod conuenit in diuiduo ab essentia speciei: accidens vero est illud quod e cõuerso prius natura conuenit in diuiduo, & ratione in diuiduo conuenit speciei. Quod est dicere. Petrus est risibilis, quia est homo. Sed tamen homo est dialecticus, quia Petrus est dialecticus: non enim homo in quantum homo est dialecticus: quia id non est de eius essentia, sed accidit ei, quia aliquis homo est dialecticus. Doctrina est receptissima

Peripateticorum, qua docet S. Tho. de ente & essentia. cap. 4. & alibi frequenter, & Porphy. cap. vlti. dicit quod accidens prius inest in diuiduo quam speciei: & Aristot. c. de substantia dicit, quod quia Socrates est Grammaticus, homo est grammaticus. Eadem ratione albedo aut nigredo non est de essentia hominis, sed ratione materiae & in diuidualium conditionum, puta quia homo generatur in hoc aut illo climate, prouenit, vt nos simus albi, & AEthiopes sint nigri. Eodem modo ex dispositione materiae aliquis hõ est aquilus, & aliquis est simus. Quare, aquilum, simum, glaucum, & omnia accidentia inseparabilia in diuiduo, pertinent ad quintum prædicabile. ¶ Ex quo sequitur, quod omne accidens quintum prædicabile est omnino extra essentiam subiecti: puta quia nec est pars essentia, nec fluit ab essentia: quia in in diuiduo supposito nulla est essentia præter essentiam speciei. Vnde Porphyrius quando dixit accidens est quod adesse & abesse præter subiecti corruptionem, nomine subiecti intellexit essentiam subiecti: vt sit sensus, quem in fine textus declarat, accidens est id cui non repugnat corrumpi salua essentia & quidditate subiecti. ¶ Sed inter accidentia quæ proueniunt ex conditione in diuiduali materiae aliqua sunt transmutabilia vt calefieri, frige fieri: alia vero intransmutabilia propter complexionem naturalem in diuiduo, aut quæ iam facta est naturalis. ¶ Vnde ad formam argumenti negatur, quod nigredo cõueniat coruo ex principijs essentialibus speciei. Sed conuenit ex dispositione materiae: quia videlicet vt inquit Aristote. libro de causis particularium, semen in matrice decoquitur forti decoctione: & ideo resoluitur humidum clarum & restat nigrum: itaque quod in hominibus facit clima: vt aliqui homines sint albi, & alij nigri in coruo facit calidissima complexio. Et ideo Albertus dicit, quod si nidus coruorum esset in montibus frigidis, & ouum corui circumlineretur argeto viuo, & humore viscoso anseris aut cati qui est frigidissimus, nasceretur corui albi. Sed quicquid de hoc sit, quauis coruus non possit naturaliter esse albus vt Porphyr. præsupponit, nihilominus nõ esset proprium, sed accidens: quia non fit ab essentia, sed ex qualitate generationis in diuiduo. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur, quod nigredo corui secundum Porphyr. non est separabilis, secundum rem, sed solum secundum intellectum: non solum abstractione præcisiua, sed negatiua, non tamen quod in rei veritate possit esse vera, coruus non est niger, alias non esset accidens inseparabile, vt supponit Porphyr. sed quod non repugnat essentia: & quidditati corui, vt sit albus: sicut neque repugnat. Aethiopi albedo, nec repugnat hominis quidditati, qui est aquilus, vt sit simus.

Quæ cõia, quæ sua vnicuiq; vocũ quinq; sint. Cap. VI.

DEFINITIS AVTEM vniuersis quæ erant, pposita, genere in quã speciei, differentia, proprio, & accidente: dicẽdũ est quæ nã cõmunia & quæ propria vnicuique sint. Commune hoc itaq; omnibus inest d pluribus prædicari, omnibus.



dicari, sed genus quidem de omni specie sua, & de indiuiduis, quæ sunt sub vnaquaque specie, prædicatur. Et differetia simili modo. Species autem de indiuiduis, quæ collocatur sub ipsa. Proprium verò de specie & indiuiduis prædicatur. Animal enim de equis, bobus atque hominibus, quæ quidem sunt species, prædicatur: & item de hoc equo de hoc boue, atq; de hoc homine quæ indiuidua cõstat esse. Irrationale autem de boue, de equo, & de singulis similiter prædicatur, homo vero qui quidem est species de singulis solum hominibus dicitur. Et proprium de specie, cuius est proprium, & de indiuiduis, quæ collocantur sub ipsa: risibile enim de homine, & de singulis hominibus prædicatur. Nigrum autem de coruorum specie, & de singulis dicitur coruis, atq; de Aethiopicis simili modo, quod quidem inseparabile accidens est, vt patet. Moueri quoque quod accidens est separabile, de equo atque homine, & de horũ indiuiduis dici solet: verum primò quidem de indiuiduis, ratione verò secunda de speciebus etiam, quæ indiuidua continent, prædicatur. Text. ij. ¶ Commune est generi ac differetia species continere. Continet enim & differetia species, & si non omnes eas, quas genus continet. Rationale nanque, & si non expertia rationis, vt animal, Deum tamen ac hominem quæ sunt species, continet. Præterea vt quæ de genere vt genus est prædicatur, & de speciebus quæ sub ipso sunt prædicatur sic quæ etiã de differetia vt differetia est dicuntur, eadem de specie, quæ ex ipsa constat, similiter prædicantur. De animali nanque, quod quidẽ genus est, & substantia, & animatum, & sensitium, vt de genere cum dicantur, eadem & de vniuersis, quæ sub animalibus; ad indiuidua sunt prædicantur. De rationali quoque, quod quidẽ est differetia, hoc, ratione inquam vt, identidem cum prædicatur, idem non solum de rationali sed etiam de speciebus rationalis, atque indiuiduis prædicabitur. Commune insuper illud etiam esse patet, vt si genus tollatur vel differetia, vniuersa cõtinuo, quæ posita sub ipsis sunt, tollantur. Etenim vt si nõ sit animal, homo nõ est, neque etiam equus: sic si non sit rationale, nullum animal prorsus erit, quod particeps sit rationis. ¶ Proprium verò generis est, de pluribus quàm differetia, species, proprium, atque accidens, prædicari. Nam animal quidem de homine dicitur, equo, aue, atque serpente: quadrupes autem, de hisce tantummodo dicitur, quæ quatuor pedes habent: homo verò de indiuiduis solum humanis: & hinnibile de solo equo,

ac singulis equis: & accidens de paucioribus simili modo. Atque sumendæ sunt eæ differetia, quibus diuiditur genus, non eæ ex quibus generis substantia constat. Præterea genus quidem potentia differetiam continet: animal enim partim particeps, partim expers est rationis. At differetia non continent genera. Præterea genus prius est hisce differentijs, quibus diuidi solet: idcirco secum ipso tollit, sed ab ipsis non tollitur, Nam si animal tollatur, rationale simul irrationale ve cõtinuo tollitur. Differetia vero genus non tollunt: nõ si vniuersa quoque tollantur, substantia animata, sensitiua mente cognitioneque cõcipitur, quæ quidem animal est, vt patet. Præterea genus quidem hoc ipso, quid est: differetia vero hoc ipso, quale quid est vt dictũ est, prædicatur. Præterea genus quidem vnum in vnaquaque specie est, vt est in homine animal: differetia vero plures, vt rationale, mortale, mentis atque scientia susceptiuum, quibus ab expertibus rationis animalibus differt. Genus præterea simili materia est, differetia formæ. Sũt & alia cõmunia propriaq; generis & differetia, hæc tamen quæ sunt enumerata, sufficiunt. Text. iij. ¶ Genus & species hoc habent commune, de pluribus inquam, vt diximus, prædicari. Species autem, vt species solum, non vt genus quod sumatur: si quidem si sit idem species atq; genus, commune est etiam ipsis, & ijs esse priora de quibus dicuntur, & insuper vtrunque totum quid esse. Differunt autem, quod genus quidem species continet, species autem continentur, & non continent genera. Genus enim ad plura quàm species pertinent. Præterea genera præstata oportet, vt quæ quidem & differentijs specificis informata, species nimirũ efficiant. Quapropter & priora genera sunt natura, & secum species tollunt, & ab illis non tolluntur. Nam si species quidem sit, erit & genus omnino: si vero sit genus, nõ protinus & species est. Et genera quidẽ de quaque specie sua vniuersa prædicantur: species autem de generibus nõ dicuntur. Præterea genera quidem ambitu specierũ, quæ sunt sub ipsis, speciẽ quãq; species autem genera differentijs suis exuperant. Præterea neque species summũ genus neque genus infima species vnquam fieri potest. Text. iij. ¶ Generi commune cum proprio est species sequi. Nam si homo est, animal est: & si homo est risibile est. Commune etiam est prædicatio æqua: æquẽ nanque genus de speciebus & proprio de indiuiduis, quorũ est propriũ, prædicatur. Etenim æquẽ bos & homo est animal, & socrates atque Plato risibile. Communi insuper

ne in super est & vniuersa prædicatio. Et genus enim de speciebus suis, & propriũ de hisce quorum est proprium vniuersa prædicatur. Differunt autem. Genus enim est prius, proprium verò posterius. Esse enim animal, deinde diuidi differentijs proprijsq; oportet. Et genus quidẽ de pluribus speciebus, quarum est genus. Proprium autẽ de vna specie tantum cuius est proprium, prædicatur. Præterea proprii quidẽ fit mutua prædicatio: generis autem non fit: neq; enim si animal est, homo est: neq; si animal est risibile est: si vero homo est, risibile est, & ecõtra. Præterea proprium quidem omni speciei inest, cuius est proprium, & soli ac semper: genus autem omni quidem speciei, cuius est genus, & semper inest non tamen soli. Præterea si propria tollantur, genera non tolluntur: si vero genera tollantur, species continuo simul tolluntur: quibus peremptis & propria simul pereunt. Text. v. ¶ Generi autem & accidenti commune est, de pluribus, vt dictũ est, prædicari: siue accidens sit separabile, siue inseparabile. Moueri nanq; de pluribus, & nigrum de coruis, Aethiopicis, & quibusdã etiam expertibus anima prædicatur. Pluribus autem genus atq; accidens differre videtur. Genus enim species, vt patet, præcedit: accidens autem posterius ipsis est, etiam si accidens inseparabile sumatur. Prius enim natura id cui accidit, accidente est. Et hisce quidem quibus genus cõmunicatur, æquẽ generis communicatio cõpetit: hisce verò, quibus accidens communicatur, nõ æquã communicatio cõpetit. Intentionem enim remissionem ve, communicatio accidentium suscipit, generum vero non suscipit. Et accidentia quidem in indiuiduis primò sunt: genera verò ac species indiuiduis substantijs natura priora sunt. Et genera quidem de hisce, quæ sunt sub ipsis, hoc ipso quid est prædicatur: accidentia autem hoc ipso quale quid est, aut quo modo sese habet res, prædicantur. Qualis enim est Aethiops, si interrogatus fueris, niger dixeris: & quomodo sese habet Socrates? ambulat responderes, aut sedet. ¶ Genus igitur quonã pacto à cæteris differret, iam diximus. Fit autem, vt vnum quodque etiam cæterorum à cæteris quatuor differat. Quare cũ hæc quinque quidem sint, vnum quodque verò à cæteris quatuor differat, fit vt viginti omnes ipsorum differetia sint. Quater enim quinq; numerũ dictum conficiunt. At non ita est: sed cum si ordine numeres, quod secundo quidem loco numeras, vna deficiat differetia, ppter eã quod est etiam sumpta: quod tertio vero, duabus: & quod quarto, tribus: & quod quinto, quatuor:

decem istorum vniuersa profecto differetia fiunt, quatuor, tres, duæ, vna. Genus enim quonam pacto à differetia, specie, proprio, accidenteque differt, iam dictum est. Sunt igitur hæc quatuor differetia. Differetia vero quo pacto quidem differt à genere, dictũ est, cum dicebatur quonam modo genus ab ipsa differret. Restat autem vt quo nam modo differri à specie, proprio, accidenteque, dicat. Atque tres hinc differetia emergunt, vt patet. Species rursus quo quidem modo à differetia differt, dictum est, cum quonam pacto differret à specie dicebatur: quo verò modo à genere differt, dictum est etiam, cum quonam pacto genus differt ab ipsa specie, dicebatur. Restat igitur, vt quonam modo differt à proprio atq; accidente dicatur. Atque duæ iam & hæc differetia hinc oriuntur. Proprium igitur restabit, vt quo nam pacto differt ab accidente, dicatur: nõ quo pacto à specie, differetia, genereque differt, dictum est antea, cum illa differre ab hoc dicebantur. Cũ igitur generis ad cætera quatuor differetia sumantur, vt diximus, differetia tres speciei, duæ proprii, vnaque est accidentis, decem omnes istorum profecto differetia erunt. Quarum quatuor, quæ sunt generis ad cætera, diximus: nunc deinceps cæteras afferamus oportet.

Commune id itaque differentiæ est cum specie, æquẽ esse communicata. Singuli enim homines equẽ sunt homines, atque rationis participes. Est etiam & hoc cõmune semper ijs adesse quibus cõmunicatur. Semper enim Socrates rationalis est, semperque homo. Propriũ dicitur quidem est, semper hoc ipso quale quid est prædicari: spẽi aut, hoc ipso quid est prædicari: nõ si homo vt quale quid sumitur, non tamen est simpliciter quale: sed ea ratione, qua differetia generis cõiuncta ipsum cõstituerunt. Præterea differetia quidẽ in pluribus sæpe speciebus videt esse: vt quadrupes pluribus animalibus specie diuersis inest. Species autem indiuiduis solis inest, quæ sub ipsa sunt collocata. Præterea dicitur prior est specie, quæ ex ipsa cõstat: tollit enim rationale hominẽ, si ipsum tollatur: at nõ si tollatur, rationale non tollitur: est enim & angelus. Præterea differetia quidẽ cum alia componitur dicitur: rationale nanq; atque mortale, ad constituendum hominem componuntur. Species autem cũ specie non cõponitur, vt alia quedam species oriatur quidam enim equus cũ quodam asino ad muli generationem concurrat: equus autem simpliciter cum asino compositus, nõ effecerit mulũ.

Differetia & proprium commune quidem Logi. Do. Sot. E habent.

Communia generi cum differetia.

Propria generis & differetia.

Communia generis & speciei.

Propria generis & speciei.

Communia generi cum proprio.

Textu. 6. Communia differetia cum specie.

Propria differetia, & speciei.

Hactenq; quod genus ceteris differat nunc quid inter se reliqua.



paratur species ad accidens. Et est inter speciem & accidens vnica conuenientia puta de pluribus prædicari: differentia vero sunt quatuor. ¶ Postrema denique pars

ultimusque textus continet duas conuenientias: totidèq; differentias inter proprium & accidens. ¶ Finis libri Eradicabilium.

Commentarij Fratris Dominici Soto, Segouienfis, ordinis Prædicatorum, artium ac sacræ Theologiae Professoris, In librum Prædicamentorum Aristotelis.

Aristotelis vita.



Titulus huius libri in

codice Græco sic habet, Aristote. categoriæ. Quod Latine est, prædicamenta. Aristote. Philosophus fuit celebratissimus, ab Stagira Macedoniæ vrbe oriundus, patre Nicomacho medico ortus, anno primo (si modo Apollodoro creditur) nonagesimæ nonæ Olympiadis: nempe ante aduentum Christi saluatoris nostri annis circiter octuaginta supra tercentos. Corporis forma non adeo conspicua. Voce enim gracili, exilibusque cruribus, atque oculis pusillis fuit. Ingenio tamè præclarissimo natus, anno ætatis 17. Academiam Platonis Philosophi Athenis tunc celeberrimam, adiuit. A quo postquam annos viginti sub eius disciplina exegisset, dissentire in multis cepit, atque in his præsertim vniuersalibus: vt in Prologo super Porphyrum adnotauimus. Vnde Plato dicere solitus. In me Aristoteles recalcitrat, non secus atque in matrem pulli geniti: & Aristoteles: Amicus Plato, sed magis amica veritas: vt. i. Ethico. insinuauit. In lyceo gymnasio annos tredecim publicè docuit. Peripateticorum princeps dictus est, à peripatein, quod est, deambulare: in more enim habuit deambulando docere. Quauis Ammonius à Platone affirmet morem illum emanasse. Alij tradunt locum in quo Aristo. docebat, peripaton, id est, deambulatorium nuncupari: & inde nomen traxisse. Anno ætatis suæ. 63. dum in Euboea exularet, vita defunctus est. Opera adeo scripsit multa, vt quæ modo extant, minima sit eorum pars, quorum copiam non habemus. De vniuersis enim rebus disseruit: & ita disseruit, vt cunctas antea scientias diffusas atque confusas ad perfectum excoluerit, vt iam modo vni Aristoteli sciētias omnes naturales debeam. Tametsi cum fuerit alias disertissimus, & eloquentissimus (vt ex eius libris Rhetoricorum conijcitur) tamen tum in alijs multis, tum maximè in Metaphysica, obscuritatem (vt ait Ammonius) affectauit: vt legentes ingeniosiores, magisque idoneos redderet, & ignanos auerteret. Nam res quanto sunt obscuriores, tanto prescius, dum intelliguntur, hærent memoriæ. Vnde (vt in Alexandro refert Plotarchus) cum Aristotelem Alexander subaccusaret, quod metaphysicam scripsisset, atque vulgasset, in qua ipse cæteris præcelleret respondisse fertur, illos libros perinde esse æditos, ac si æditi non fuissent. Insinuans rarissimos fore, qui eos possent intelligere. ¶ Scripta eius ad genera quatuor reducuntur. Prima enim pars ad eloquentiam pertinet & Rhetoricam. Altera ad ciuilem & moralem disciplinam. Tertia ad dialecticam spectat. Quarta vero ad secretorum naturæ contemplationem: nempe ad philosophiam naturalem atque Metaphysicam. Atque adeo liber hic ad Dialecticam pertinet. Tametsi Iamblicus Philosophus, vt hic Boetius refert: existimet

Peripateticus.

Obscure scriptus.

Operum genera quatuor.

opus hoc falso esse Aristoteli ascriptum. quippè quod nõ ab eo, sed ab Archita Tarentino Pythagorico æditum censeat. At vero opinioe hac reiecta, fides apud omnes probata est opus esse Aristotelis: vt breuitas ipsa, quæ subtilitas, & auctoritas manifestat, quæ cum reliquis eius operibus maximè consonant.

Categoria, si Græcam vocem Categoria.

obseruamus, idem est Latine quod, prædicatio, & Argyropylyus ita frequenter vertit. Nam categorico duo præter alia significat, scilicet, demonstro, & prædico. Vnde categorico, quod est prædicatum: & categoria, verbale nomen, quod est demonstratio & prædicatio. Attamen duo significat apud Græcos, puta enuntiationem simplicem, vt Petrus est homo: & Prædicatorum ordinem, vt homo, animal, viuens, &c. vtrunque enim dicitur prædicatio. Obidque Latini ad tollendam æquiuocationem enuntiationem, vocant, categoricam, id est, prædicatoriam propositionem: & seriem prædicatorum appellant prædicamentum. ¶ Est ergo prædicamentum prædicatorum ordinatio, quorum superiora de inferioribus quiddatiuè prædicantur. Vt series illa quæ in arbore Porphyrij ante oculos posita est: puta, homo, animal, viuens, corpus, substantia. Tametsi Diuus Augusti. in suis categorijs, aliam verbi significationem sequutus, ait categorias eo sic appellari, quod sint quædam rerum demonstrationes ante oculos posita. Igitur prædicamentum non supponit, vt aliqui arbitrantur, pro generalissimo. Vnde Porphyrum. in cap. de specie. In quocunque (inquit) prædicamento est quoddam summum genus & infima species. Et Aristot. 5. Metaph. text. 1. 2. eadem (inquit) genere sunt, quorum eadem est prædicamenti figura. Vbi apparet prædicamentum appellari dispositionem illam & lineam prædicatorum. Atque adeo hoc est subiectum huius libri. ¶ Quod si quis arguat. Prædicamentum, est huius libri subiectum: ergo nihil hic consideratur, nisi quia est prædicamentum: sed tractatur hic de singulis prædicatis: ergo singula sunt prædicamenta. Respondetur negando primam consequentiam. satis enim est quod nihil hic tractetur, nisi in ordine ad prædicamentum, id est, tanquam ponibile in prædicamento.

Prædicamentum.

Octo sunt quæ secundum commentatorem Comment. 1. super primum Physicorum in initio cuiusque operis adnotanda sunt: puta auctoris, & nomen & intentio. Libri vero, nomen, vtilitas proportio, ordo, modus procedendi atque diuisio. Et de nomine quidem tam auctoris quam libri, hæctenus diximus: sed circa intentionem auctoris & circa vtilitatem libri sunt hic singula dubia. ¶ Primum circa subiectum libri est, fuerit ne intentio Aristotelis hic tractare de verbis, an vero de rebus. Enimvero quauis super Porphyrum, satis fuerit

Octo notantur in initio operis.

1. Dubium.

tis fuerit comprobatum, vniuersalia esse in rebus, ambigua tamen hic intentio Aristotelis. Alexander enim Aphrodisæus & Simplicius & Boetius existimant librum hunc esse precipuè de vocibus: sed Commentator Auerrois & Eustratius opinantur contra esse de rebus. Atqui vtrique habent fundamentum: nam in prima statim definitione æquiuocorum videtur Aristotel. de rebus loqui definit enim res ipsas, quæ sunt æquiuoca æquiuocata: sed mox in prima diuisione videtur sermo esse de vocibus dum inquit. Etiam quæ dicuntur, alia cum complexione, alia sine complexione dicuntur: dicit enim cum complexione aut sine complexione, non rebus, sed certe vocibus congruit. At vero non ita intelligendus est Boetius, vt negare credatur vniuersalia esse in rebus: quippe qui super Porphyrum, vt frequenter adnotauimus, contrarium expressè docet: sed putat Aristotelem in 5. Metaphysica tractare de prædicamentis secundum esse reale, hic vero principaliter de vocibus, & secundario de rebus. Ait enim: Res & rerum significatio iuncta, id est, conexa est. ¶ Tertia ergo opinio in hac parte est Nominalium, qui asserunt, solas voces, & nullatenus res collocari in prædicamento. Quocirca quauis in prædicabilibus, quantum ad rem, satis fuerit disputatum, vniuersalia esse in rebus: modus tamen loquendi explicandus est hic conclusionibus his, quas quinque subieciimus. ¶ Prima, Tam res quam voces, ponuntur in prædicamento. Quod est dicere: Arbor illa, homo, animal, viuens, corpus, substantia, & in rebus consideratur, & in nominibus. Probatur. Homo à parte rei est animal rationale, & animal est viuens sensibile, & viuens est corpus animatum, & corpus est substantia corporea: ergo in rebus ipsis, puta in quocunque homine est animal contractum per rationale, ad esse hominis, & viuens contractum per sensibile ad esse animalis: & pariter reliqua superiora genera, atque adeo res sunt in prædicamento. Et confirmatur: quia Aristoteles. 5. Metaphys. text. 1. 4. diuidit ens reale in decem prædicamenta, de quibus lubinde, tanquam de rebus sigillatim tractat. ¶ Quod vero nomina ponantur in prædicamento probatur. A qualibet essentiali conuenientia abstrahit intellectus formalem conceptum ad æquatum eius: ergo qualis est ordo in rebus, talis est in istis nominibus, homo, animal, viuens, corpus, substantia, tanquam in rerum signis. ¶ Arguitur tamen contra conclusionem. Prædicamentum (vt dictum est) idem pollet quod prædicatio, id est, prædicatorum ordo, sed in rebus nõ est prædicatio: ergo sola nomina reponuntur in prædicamento. Minor multis modis probatur. Primo, Prædicatio est oratio, & prædicari est dici seu affirmari & negari: hæc vero non possunt adaptari rebus: nam oratio est oris ratio, & verba sunt quæ dicuntur, affirmantur & negantur. ¶ Secundo. Si res prædicarentur, tunc propositio constaret ex rebus: vnde sequeretur, quod in aliqua propositione nulla esset distinctio inter subiectum & prædicatum: vt in hac, Petrus est homo (nam homo qui est Petrus non distinguitur à Petro) & in aliqua prædicatum distaret à subiecto longissima distantia: vt in hac, Salmantica non est Roma, & in aliqua subiectum comederet prædicatum: vt in hac (homo non est panis) & in aliqua subiectum esset pater prædicati: vt in hac Nicomachus non est Aristoteles: quæ omnia videntur ridicula. ¶ Et tertio arguitur. Si res prædicarentur, sequeretur quod res etiam supponerent, quod est falsum: nam certe res quæ est Deus non habet pro quo supponat, quia non supponit pro se ipsa (supponere enim est loco alterius poni) vnde concedendum esset subiectum huius, Deus est, non supponere.

Conclus. 1.

Conclus. 2.

His nihilominus non obstantibus est secunda conclusio.

Non solum nomina, sed res etiam prædicantur: res quidem realiter & obiectiue, sed nomina instrumentaliter & tanquam rerum signa: & quauis nomina fortè magis proprie, tamen res principalis. Priorem partem, & singulas eius particulas affirmat Aristote. primo Elenchi. capit. 1. Vbi ait: Postquam res in disputationem offerre non possumus, vocibus vtitur loco rerum. Et quemadmodum (inquit) his vsu venit, qui calculis supputat, vt quæ in calculis colligunt, in rebus numeratis inueniant: ita quod vocibus prædicamus est in rebus. Ex quibus verbis colligitur, quod res prædicantur realiter & obiectiue, & voces instrumentaliter & tanquam signa. Et primo Perihermes. capit. 5. Cum rerum (inquit) alia sint vniuersales, alia vero singulares necesse est aliquid de vniuersalibus rebus, & aliquid de singularibus prædicari. Et in hoc lib. capit. 2. & cap. de substantia, ait secundas substantias (puta genera & species quæ sunt in rebus) dici & prædicari de primis substantijs. ¶ Ratione non alia hæc opinio est, præter illas quas in prædicabilibus adduximus ad probandum vniuersalia esse in rebus: nam cum vniuersalia sint quæ prædicantur, inde colligitur res prædicari. Et præterea prædicationem essentialem appellamus eam, cuius prædicatum est de essentia subiecti: & quiddam uam, cuius prædicatum est de quidditate subiecti: quæ locutiones magis congruunt rebus quam vocibus. Atqui inde ortum habuit distinctio illa apud veteres, aliud videtur esse vniuersale in prædicando aliudque in repræsentando. ¶ Sed quod nomina magis proprie prædicantur, probatur per primum argumentum supra factum: prædicari enim dicitur, magis proprie conuenit vocibus quam rebus. Item quia propositio proprie est in nominibus, quam in rebus. ¶ Quod vero res principalis prædicantur, probatur: quia propter vnum quodque tale & illud magis: sed nomina solum prædicantur tanquam instrumenta & rerum signa: ergo res principalis prædicantur. Alia enim est ratio proprie prædicationis, & alia est ratio principalis prædicationis: proprietate namque consistit in significatione verbi, prædicari, quod vocibus proprie conuenit: & principaliter prædicari consistit in hoc quod res sunt finis, cuius gratia nomina prædicantur. Vnde cum Sancti Thom. opusc. 5. 6. affirmauerit ex mente philosophi, res principaliter prædicari. Postea primo Perihermias, lectio. 5. dixit voces magis proprie prædicari: vbi nulla est repugnantia. ¶ Est tamen adnotandum, quod quemadmodum de vniuersalibus dictum est quod habent quidem fundamentum in re, sed sunt vniuersalia in actu per operationem intellectus: ita res ante operationem intellectus fundamentaliter prædicantur: quod nihil aliud est quam rationem. v.g. hominis in esse Petro substantialiter, & albedinem in esse accidentaliter sed actu prædicantur, quando intellectus actus confiderat vnum sub ratione prædicati: puta quod de alio dicitur & aliud sub ratione subiecti, videlicet de quo aliud dicitur. ¶ Hinc demum sequitur duplex esse sensus harum propositionum, homo prædicatur de pluribus, animal prædicatur de pluribus, vnus vt subiecta supponant simpliciter pro homine in communi & animali in communi, & alter vt supponant materialiter. Et vterque prouenit ratione prædicati, & vterque est verus. ¶ Vnde ad primum argumentum respondetur, quod quauis magis proprie verba dicantur & prædicantur: nihilominus passiuè & obiectiue res ipsæ dicuntur & prædicantur: dicimus enim & narramus res gestas. ¶ Ad secundum argumentum varia est responsio inter Reales. Burlaus enim & alij putant in rebus esse propositionem & syllogismum, sed Paulus Venetus negat: nam antiquiores nullo modo hoc

Res actu prædicantur.

Logi. Domi. Soto.

E 3

dispu.



disputant. Ratio prioris opinionis est, quod cum in rebus sint vniuersalia, vt supra disputauimus, & ipsa sint prædicata, vt patet ex definitione vniuersalis, & patebit amplius capite secundo antepædicamentorum, inferunt in rebus esse prædicationem ipsam & per consequens propositionem & syllogismum. ¶ At vero, quauis disputatio forte de nomine sit, non oportet id concedere. Primum quia res potius dicuntur significatum propositionis, quam propositio. Secundo, quia eadem ratione concedendum esset, res esse nomina & verba & terminos: nam terminus (vt ait Aristote. primo Priorum) est in quem res soluitur propositio: hæc tamen nullo modo possunt conuenire rebus. Et tertio, quia eadem ratione concedendum esset in rebus esse proportionem exclusiuam, exceptiuam, & vniuersalem: item esse syllogismum in Barbara & in alijs modis, consequens est falsum: quia huiusmodi categoriemata tantum &c. non sunt in rebus. Accedit auctoritas Aristotel. sexto Metaph. text. 8. dicentis, quod verum & falsum non est nisi in intellectu. Intelligit formaliter, quia fundamentaliter & obiectiue est in rebus: vt ait nono Metaph. text. 22. ¶ Dicendum ergo est, quod quauis in rebus sint prædicatum & subiectum, nihilominus prædicatio non fit in rebus: sed solum exercetur in mente, voce aut scripto. Itaque in hac vocali, homo est animal, non solum vox prædicatur de voce, sed principaliter ratio animalis de ratione hominis. Imo profecto aptius loquebantur antiqui dicentes, voces non prædicari passiuè, sed prædicare vt quemadmodum extrinsecus huius propositionis, homo est animal, significant res, & res significantur per voces, ita voces prædicant rationem animalis de ratione hominis: atque adeo res prædicatur de re. Quemadmodum enim scientia & definitio suat quidem in mente & in voce, sed res nihilominus sunt quæ definiuntur & sciuntur, ita prædicatio & propositio fit in terminis, sed res sunt quæ principaliter prædicantur. Et hoc est quod dicit Aristote. quod vitur terminis pro rebus. ¶ Ex quo sequitur, quod male distinguitur Burleus aliam esse propositionem realem, & aliam intentionalem: nam profecto omnis propositio, imò omne prædicatum est intentionale: sed in mente est intentionale formale & in rebus est intentionale obiectiuum: res namque non sunt prædicata, nisi quatenus sunt obiecta intellectus: videlicet in quantum per hanc propositio nem: homo est animal, intellectus concipit rationem animalis, vt quod de alio dicitur, & rationem hominis, vt de quo aliud dicitur. Et per hæc patet responsio ad argumentum: nomen concedimus quod inter subiectum & prædicatum formalis propositionis sit illa distantia, sed inter prædicatum & subiectum quæ sunt res significatæ. ¶ Ad tertium respondetur, quod si supponere accipitur pro eo quod est, verificari, res quidem supponunt, quia de se ipsis verificantur. Si vero supponere idem sit quod ponit loco alterius, tunc res non supponunt: quia nihil ponitur loco sui, sed nomina supponunt pro rebus. ¶ Tertia conclusio colligitur ex superioribus, qua respondetur ad dubium propositum. Liber prædicamentorum est de rebus in quantum nominibus significantur, & de nominibus in quantum significant res: sed principaliter tractat de rebus. Conclusio ex his quæ dicta sunt restat manifesta, & est expressa sententia D. Augusti. in libro Categoriarum. Et Auicennæ in principio Logice dicentis, quod voces non cadunt sub consideratione Logica, nisi quatenus signa sunt rerum. Conclusio prima in 4. capitulo magis elucidabitur, & secunda in secundo, & hæc tertia in primo, atque adeo omnes in toto processu prædicamentorum: sed propter connexionem quam ha-

berent, decuit eas simul oculis subijcere. ¶ Restat tamen dubium circa tertiam conclusionem, vt rum considerentur hic res solum in quantum substantia sequendis intentionibus: puta in quantum sunt genera & species, &c. Burleus enim tenet partem affirmatiuam, sed Paulus Venetus, negatiuam. Respondetur nihilominus medio modo. Et sit quarta conclusio. Negari non potest quin considerentur hic res in ordine ad secundam intentionem, quæ est prædicari. Probat. Subiectum huius libri est prædicamentum, ergo considerantur hic res ea ratione qua ordinantur in prædicatione, & hæc pertinet ad secundam intentionem. Est enim differentia inter Logicum & Metaphysicum, quod Logicus tractat de rebus, vt cognoscat earum intentiones prædicandi: Metaphysicus vero econuerso si tractat de intentionibus, vt quinto Metaph. tractatur de genere, &c. id facit, vt explicet naturas rerum. ¶ Quinta conclusio. Non considerantur hic secundæ intentiones quemadmodum in prædicabilibus: non enim definitur hic quid sit genus aut species, aut aliud vniuersale, sed explicantur natura substantiæ, quantitatis, &c. vt in particulari cognoscatur quid de quo prædicatur prædicatione generis aut accidentis, &c. Quocirca considerantur proprietates substantiæ & aliorum prædicamentorum secundum esse reale: vt recipere magis & minus, recipere contraria, &c. sed tamè omnia tractantur, vt inde sumatur iudicium prædicationis. ¶ Hoc tamen vnum pro toto opere præsentis hic duxerim ad monendum, quod definitiones non sunt diuersæ pro diuersis opinionibus assignandæ: nam definitio debet esse certissima, & in omni opinione receptissima. Sūt enim qui dicunt, prædicamentum secundum Scotum, est ordo plurimum realitatum. Et secundum Sanct. Tho. est ordo conceptuum obiectiuorum: & nescio quas alias sexcentas particulas congerunt in definitionem, quæ eam inintel ligibilem reddūt & incredibilem, quam nec Scotus, nec Sanct. Thom. cognoscerent. Est ergo prædicamentum secundum omnes, prædicamentorum series. An vero illa series, sit in terminis, vel in rebus, vel vtrobique, id maneat sub disputatione.

Conclus. 4.

Conclus. 5.

quid prædicamentum

Alterum dubium principale

Dubium secundum.

est de necessitate vel vtilitate huius libri. Sunt enim qui vitio dent Aristoteli, quod prædicamenta in Dialecticâ introduxerit, ob scura quidem magis quam Dialecticis necessaria. In quorum gratiam arguere sic possumus: Logica solum tractat (vt dictum est) de quibus rationis hoc est, de secundis intentionibus, puta de syllogismo, de enūtiatione, de genere, &c. Sed tractatus hic est de rebus & nominibus primæ intentionis: puta de substantia, de qualitate, de relatione, &c. quæ habent esse præter operationem intellectus: de quibus ex professo tractat Aristotel. quinto Metaph. text. 15. vlt. que ad 20. ergo opus hoc non pertinet ad dialecticam. ¶ Et secundo arguitur. Finitis dialecticæ est verum a falso discernere: verum autem & falsum solum est in secunda & tertia operatione intellectus: cum scilicet componimus subiectum cum prædicato, aut ratiocinamur: sed in simplicibus conceptibus quos formamus de rebus non consistit falsum, vt ait Aristote. cap. 4. huius: nec circa illos errare possumus, cum naturaliter producantur, ergo ad dirigendum simplices apprehensiones nulla opus est arte, magis quam ad rectè viuendum: & per consequens hoc opus non est necessarium dialecticis. ¶ Quod si quis dicat notitias simplices rerum esse terminos, ex quibus constatur propositio & syllogismus: Arguitur sic, Termini propositio-

Conclus. 3.

Prædicamentorum notitia necessaria.

num solum sunt duo, scilicet, nomen & verbum: ergo satis esset dialectico tractare de nomine & verbo, sub quibus omnes partes orationis comprehenduntur, saltem categoricæ: qua ratione Aristote. primo Perihermeneias, a nomine & verbo exorsus est: ergo notitia prædicamentorum, non est ad hoc necessaria. ¶ Ad hoc nihilominus respondetur, prædicamentorum notitiã esse dialecticis admodum necessariam. Primo, quia cognoscere vniuersalia: puta genera, & species, &c. pertinet ad dialecticum: id tamen cognosci non potest sine prædicamentis. Nam quauis ex definitione generis in prædicabilibus tradita cognoscatur quid sit genus: tamen in particulari nescirent animal esse genus hominis, & album nõ esse genus, nisi quia per prædicamenta cognoscerent animal esse de quidditate hominis, & album esse accidens eius. Nec cognoscerent an simile, & dissimile assent differentia, aut species qualitatis, nisi qui per prædicamenta cognoscerent simile, & dissimile esse diuersi prædicamenti, a qualitate: & per consequens similitudinem nec esse genus, nec speciem, sed accidens qualitatis. Secundo hoc est necessarium ad definiendum, quod dialectico incumbit. Ad construendam enim definitionem rei, inquirendum est prius in quo genere sit: vt puta sitnẽ substantia, an accidens: & præterea, quod accidens sit (hac enim arte Aristotel. secundo de anima disquirat quidditatem animæ. Ex tertio Physic. text. 3. vestigat quidditatem motus) ne ergo opus esset disquirere per tantam rerum diuersitatem, necesse fuit res vniuersas ad decem ordines redigere, quibus tota vniuersitas inspiceretur. Atque adeo cognosceretur quid & quæ essent proprietates substantiæ in quantum substantia: & quantitatis in quantum quantitas, &c. ¶ Et tertia est hæc notitia necessaria ad demonstrationes faciendas, quæ constant ex propositionibus necessarijs & de per se. Non enim cognoscere quis posset, quodnam prædicatum conueniat per se, quod ve per accidens, nisi habita notitia prædicamentorum. Sunt & plures alia vtilitates, quæ longum esset recensere. ¶ Vnde ad argumentum primum respondetur quod auctore Aristote. 4. Meta. text. 5. dialecticus perinde atque metaphysicus de rebus omnibus disputat, licet ratione differant: nam metaphysicus disputat de rebus secundum esse naturale & absolutum, quod in se habent: dialecticus vero secundum quod substantia operibus rationis. Vnde de prædicamentis disputat philosophus. 5. Metaph. quantum ad eorum quidditatem: an videlicet quantitas, qualitas, & relatio distinguantur inter se, & a substantia, & secundum alias id genus proprietates, quæ non pertinent ad dialecticum: sed dialecticus disputat de illis, quatenus ordinantur ad rationem quæ ex illis facit prædicationes, de per se, aut de per accidens &c. Et ideo ad minorem argumenti respondetur quod quauis in prædicamentis non considerentur immediate secundæ intentiones sicut in prædicabilibus, nihilominus considerantur res, vt in particulari cognoscatur quid sit genus aut species aut accidens. ¶ Hinc sequitur tam Metaphysicam quam Dialecticam esse vniuersales scientias, modis tamen diuersis: quia Metaphysica, cum tractet res secundum esse absolutum & reale, est subalternans respectu omnium aliarum scientiarum realium: dialectica vero est solum modus sciendi respectu illarum. ¶ Ad secundum respondetur, quod quauis in simplicibus notitijs nõ consistat verum, & falsum, nihilominus potest error contingere in applicatione vnius notitiæ ad aliam: an videlicet notitia, aut significatum eius sit genus respectu notitiæ, aut significari alterius, vel differentia, vel accidens: & hoc docet liber prædicamentorum. ¶ Sunt enim (vt auctor est

Albertus) tria opera intellectus, scilicet, ordinare, componere & colligere. Ordinare est disponere res omnes & rerum nomina, vt innotescat quomodo inuicem se habeant. Et hoc docet liber prædicamentorum. Componere vero est affirmationes & negationes ex eisdem rebus & nominibus construere, quod traditur in libro Perihermene. Sed colligere est ex propositionibus notis ignotas syllogizari, quod in reliquis libris dialecticæ manifestat Aristote. Vnde ad replicam respondetur, quod quauis satis esset cognoscere nomen & verbum ad propositiones in genere componendas, tamen ad construenda, & dignoscenda varia genera prædicationum, puta essentialis, accidentalis, quidditatiuæ, &c. necessaria est notitia prædicamentorum.

Tria opera intellectus.

Habemus ergo nomen & auctoris & libri: item quod intentio auctoris est res vniuersas rerumque nomina in decem ordines redigere, quæ ante oculos habeat dialecticus: cuius vtilitas est vt dignoscantur habitudines & prædicationes omnium. Vnde proportio huius libri ad dialecticam est quod est eius pars & reliquarum partium ianua. Atque adeo ordo est, vt librorum Dialecticæ Aristote. sit primus. Est namque duplex operatio intellectus, vt auctor est Aristotel. 3. de anima text. 21. scilicet, simplicium apprehensio & compositio aut diuisio: & secundam diuidit in enuntiationem & discursum. Quarum simplicium apprehensio præcedit ceteras veluti pars præcedit totum. Cõponitur enim enuntiatio ex simplicibus terminis, sicut ex enuntiationibus conficitur syllogismus. ¶ Modus doctrinæ non est demonstratiuus, sicut modus scientiæ mathematicæ, sed procedit per definitiones, diuisiones & documenta modo introductorio. De diuisione autem, statim.

De æqui uocis, vniuocis, & de nominatiuis. Cap. I.



ÆQUIVOCA DICUNTUR ea, quorũ nomen solum cõmune est: ratio vero substantiæ nomini accomodata diuersa: vt animal dicitur & ipse homo, & id quod est pictũ.

Horum enim nomen commune tantummodo est, ratio vero substantiæ nomini accomodata diuersa. Si quispiam enim quænam sit vtriusque ratio animalis voluerit assignare, rationem vtriusque profecto propriam assignabit. ¶ Vniuoca ea dicuntur, quorum & nomen cõmune est, & ratio substantiæ nomini accomodata eadem est: vt animal dicitur & ipse homo, & equus: nomine namque communi & homo & equus animalia nuncupantur, & ratio quoque substantiæ vtriusque eadem est. Si quispiam enim vtriusque rationem nõ voluerit assignare: quæ nam sit vtriusque ratio animalis, eandem rationem omnino reddet. ¶ Denominatiua ea dicuntur, quæ ab aliquo nominis ap-

Log. Do. Soto. E 4 pella-

ad vnum. Et hæc contingit quatuor modis secundum quatuor genera causarum. Puta ad vnum finem, vt sanum dicitur analogice de animali, quia habet de vrina, quia significat & de medicina: quia efficit sanitatem. Ad vnum efficiens, vt medicatum seu medicinale, dicitur analogice ab arte medicinae de medico qui habet illam, & de instrumentis & de medicinis quibus vtitur. Ad vnum subiectum, vt ens analogice dicitur de substantia, quæ simpliciter est ens, & de accidentibus quæ sunt entia secundum quid, puta entis entia. Exempla sunt Aristotelis ad hoc propositum. 4. meta. Text. 2. Ad vna formã, seu ad vnum exemplar: quod reducitur ad genus causæ formalis, dicuntur analogica quæcunque eodẽ nomine significatur propter similitudinem, vt homo viuus & pictus. Dicitur enim status homo, quia expressa est ad exemplar hominis viuus. Ad hanc reducuntur omnes metaphora propter similitudinem quilibet, vt leo dicitur de leone & homine tacendo propter similitudinem in ira: & de Christo propter similitudinem in fortitudine, & lapis de Christo: & Nero de homine crudeli. &c. Sequitur quatuor corollaria quibus hæc magis dilucidantur. Primum. Nõ æquipollent æquiuoca a consilio, & analogica nam quauis Aristoteles analogica distinguit ab æquiuocis a causa id est in infirmis quod omnia analogica sunt æquiuoca a consilio non tamen conuertitur: sunt enim quidam æquiuoca a consilio, quæ non sunt analogica, vt si pater propter memoriã aut appelleret filium nomine patris sui, quæ admodum cognati Ioannis volebant eum appellare nomine patris sui Zachariam: & Arist. nomine patris nuncupauit filium Nichomachum ad quem libros Ethicorũ scripsit: & si quos propter spem ad conciliandã gratiã. Imperatoris nomine eius appelleret filium Carolum: hæc quidem nomina consilio imposita sunt, tamen non sunt analogica, quia non significant res propter proportionem & similitudinem. Secundo sequitur, quod analogica in hoc differunt ab alijs omnibus æquiuocis, quod alia æquiuoca pluribus impositionibus significant, analogica vero non nisi vnica. Exempli gratia, canis postquam semel impositum fuit ad significandũ canem latrabilem, postea impositum fuit ad significandũ marinum, & Nicomachus duabus impositionibus (liceat consilio) significauit patrem & filium Aristotelis: sed tamen, ridere, non fuit impositum, nisi ad significandũ interiectionem hominis, & propter proportionem vsus transtulit ad significandũ decorem prati: & homo, ex impositione solum significat verum hominem, & propter similitudinem significat pictum: & sanum impositum fuit ad significandũ animal, sed propter proportionem ad animal significat vrinã. Attamen, ens, non fuit impositum solum ad significandũ substantiam, & translatum ad accidentia, sed fuit impositum ad significandũ id quod est, abstrahendo a substantia & accidentibus Deo & creatura: licet illud simpliciter sit in substantia, & secundum quid in accidentibus: vt cap. 4. declarabitur. Sequitur tertio, quod analogum semper significat vnum per prius, & aliud per posterius: & illud prius est significatum principale, licet ali quando sit res minus principalis, vt visus principalis significat visum quam intellectum: & leo principalis leonem quam Christum: & illud ponitur in definitione omnium aliorum, vt vrina est sana, quia significat sanitatem: & pratum ridet, quia se habet vt homo ridens: & pictura est homo, quia est effigies hominis. Sequitur quarto latissimam esse differentiam in significatione huiusmodi analogorum: analogica enim proportionalitatis non significant immediate vnã rationem communem obiectiã sed duas, vt ridere significat interiectionem

hominis principaliter, & analogice decorem prati, quibus nihil est commune significatum illo nomine: & ideo huiusmodi analogum diuersis conceptibus formalibus subordinatur omnino sicut mere æquiuocum: nam ridere non significat proportionem quæ est inter hominem & pratum, sed hominem & pratum propter proportionem. Analoga vero propter attributionem ad vnum finem & ad vnum efficiens significant solam vnã formam quæ est in principali significato, a quo extrinsece reliqua denominantur: vt sanum solã significat sanitatẽ, quæ est in animali, aqua vrina & medicina de nominantur sana, & pariter medicinale solam significat artem quæ est in medico, aqua & instrumenta & emplastrum dicuntur medicinale. Et sanum prima impositione fuit impositum ad significandum id quod habet sanitatem, & secundo significat quicquid pertinet ad sanitatem ideo alio conceptu significat animal, & alio vrinam & medicinam: non enim significat secundo in speciali signum aut causam sanitatis, sed in genere pertinens ad sanitatem. Sed tamen analogum per attributionem ad vnum exemplar significat de principali vnum, & secundo similitudinem ad illud, ob idque secundum significatum semper significat connotatiue, vt animal absolute significat viuum animal, picturam autem connotando similitudinem ad viuum: & leo significat Christum connotando similitudinem in fortitudine. Vnde hæc analogia proxime accedit ad æquiuocationem: quippe in qua diuersis conceptibus significantur diuersæ rationes. Et ideo Aristoteles exemplum æquiuocorum exhibuit in animali viuo & picto. Et per hoc respondetur ad quintum argumentum, quod Aristoteles analogica comprehendit sub æquiuocis. De significatione autem entis est particularis ratio: significat enim vnicam rationem quodammodo communem, puta id quod est abstrahendo a substantia & accidente, Deo & creatura. Quare significat sua significata mediante eodem conceptu formali: quod licet appareat nouum, tamen, capi. 4. fiet manifestum.

Sextum argumentum est de

denominatiuis. Ad quod respondetur negando sequentem: genera enim & species non predicantur denominatiue de suis quidditatiue inferioribus: distinguitur namque Aristot. predicationem denominatiuam per contrariam ad quidditatiuam, vt superiora de suis inferioribus in quouis predicamento predicentur quidditatiue, sed vnum predicamentum predicatur de alio denominatiue, præter substantiam quæ de nullo sic predicatur. Quare, homo & humanitas sunt solum secundum rationem concretum & abstractum: quia sunt eiusdem predicamenti substantiæ. Est tamen hic considerandum, quod denominatio quam importat denominatiuum, nõ fit solum a forma accidentali in hærenti subiecto, sed a rebus omnium predicamentorum, vt licet, album est denominatiuum albedinis: ita materiale, est denominatiuum materie, & capitale, denominatiuum capitis, quæ sunt partes hominis. Et humanum dicitur ab homine, vt leges humanæ. Et dicimus vas argenteum, statua cerea, moneta aurea, quæ sunt denominatiua ab auro, argento, & alijs substantijs. Et potest esse denominatio a re exteriori, vt homo dicitur pater, quia habet filium, & vrina sana a sanitate, quæ est in animali. In summa omnia connotatiua quæ significant accidens vel habent se ad modum accidentis, sunt denominatiua. Et ideo dixit Aristoteles generaliter. Quæcunque habent ab aliquo nominis appellationem, siue ab accidenti siue a sub

Denominatio.

Re

1. Corolla.

2. Corolla.

3. Corolla.

4. Corolla.

ne a substantia, siue a parte, siue a toto, siue ab intrinseco siue ab extrinseco. Ad septimum tandem responderetur concedendo, quod studiosus, non habet a quo sit denominatiuum secundum omnes conditiones Aristote. Sunt enim duæ conditiones requisitæ vt duo se habeant tanquam denominatiuum & abstractum. Prima, quod conueniat in significatione, i. quod significatum formale de nominatiui sit significatum absolutum abstracti: & secundo, quod nomina illorum conueniant in principio & differant in fine, vt patet ex definitione & exemplis Aristot. Defectu primæ, studiosus, non est denominatiuum a studio, quia non significant idem. Defectu secundæ, nec est denominatiuum a virtute, quia nõ conueniunt in nomine: si cut nec, vitiosus, est denominatiuum a malitia (vt ait Augustinus) sed malus est eius denominatiuum. Quare a virtute nullum est denominatiuum, quia deberet esse virtuosus & nomen hoc non est Latium. Eadem ratione grammatica pro muliere, non est denominatiuum a grammatica pro scientia: sed æquiuocum, quia est eadem vox: sicut sapientia pro habitu, & vt est nomen neutrum plurale, quemadmodum dicimus verba sapientia. Itaque vbi est eadem vox diuersa significans, est æquiuocatio, & nõ denominatio. Quocirca solent hic distingui tria genera denominatiuorum: puta voce tantum, re tantum, voce simul & re. Voce tantum vt homo & humanitas: vbi, homo, non connotat de formali humanitate, quia est nomen absolutum, sicut, studiosus, & studium, quæ non significant idem: re tantum vt studiosus & virtus, vitiosus & malitia, quæ quantum ad significationem sunt denominatiua: non quantum ad vocem: voce & re, sicut album & albedo, fortis & fortitudo. Habes ergo tres gradus æquiuocorum. s. genus, solum secundum metaphysicũ & non secundum logicum: analogiam (quæ habet duos adhuc gradus) & æquiuoca, quæ secundum rationem prorsus diuersas significantur.

Tria genera denominatiuorum. De hoc in summa mentalis dicitur.

De complexis & incomplexis.

CAP. II.



ORVM quæ dicuntur, alia cum cõplexione, alia sine cõplexione dicuntur. Illa talia sunt homo currit homo vincit. Hæc istius modi sunt: homo, bos, currit, vincit. Eorum quæ sunt, alia de subiecto quidẽ dicuntur, in nullo vero sunt, prorsus subiecto, vt homo, de quodam homine dicitur, vt de subiecto, in nullo autem est subiecto. Alia in subiecto quidẽ sunt, de nullo vero subiecto dicuntur. Atq; id in subiecto esse dico, quod in aliquo quidẽ est, & nõ vt pars vt si autem seorsim ab eo in quo inest, fieri nequit, vt quædã grammatica est quidem in anima, vt in subiecto: de nullo vero subiecto dicitur: & hoc album in subiecto quidem est corpore (omnis enim color in corpore est) de nullo vero subiecto dicitur. Alia de subiecto dicuntur, & in subiecto etiam sunt veluti scien

tia in anima quidẽ est vt in subiecto: de grammatica autem dicitur, vt de subiecto. Alia neque in subiecto sunt, neque de subiecto villo dicuntur: vt quidã homo, & quidã equus, nihil em taliũ aut in subiecto est aut dicitur de subiecto. Atq; indiuidua simpliciter, & ea quæ vnã numero sunt de nullo quidẽ subiecto dicuntur in subiecto aut nõnulla ipsorum nihil prohibet esse: quædam em grammatica ex ijs est plane quæ in subiecto quidẽ sunt, de nullo vero subiecto dicuntur.

In hoc secundo capite

procedit Aristote. ad diuisiones duas quæ ante predicamentis connumerantur. Prima secundũ Alexandrum & boetium principaliter intelligitur de vocibus: & secundum nominales tantum de vocibus & nullatenus de rebus. Dicitur enim cum complexione, aut sine complexione, existimant neutrumque rebus sed vocibus tantummodo conuenire. Nihilominus in contrarium statuitur conclusio. Diuisio hæc principaliter de rebus intelligitur, & consequenter de vocibus. Probatur hæc diuisio. Ex eo est ante predicamentalis. i. præuia ad notitiam ante predicamentorum, quod per hanc separantur ea quæ non ponuntur in predicamento ab his quæ in predicamento disponuntur: sed in predicamento & res principaliter, & consequenter termini ponuntur (vt partim supra diximus & latius ex subsequentibus constabit) ergo de rebus intelligitur. Et cõfirmatur, quia statim diuisione secunda subdiuiditur secundum membrum huius primæ sub hac forma, Eorum quæ sunt &c. Vbi manifeste est sermo de rebus, vt videbimus. Est ergo intentio Aristotelis vniuersam rerum & hominum multitudinem in duo secare. i. in res & voces, quæ non pertinent ad considerationem huius libri, & in res quæ ad præsens negotium spectant. Vnde ad argumentum respondetur: quod quantum esse complexa aut incomplexa conueniat solis terminis, tamen cõi cum complexione conuenit rebus, quatenus complexæ aut incomplexæ significantur. Quæ de causa dixit Aristoteles. Eorum quæ dicuntur: nempe ad denotandum res non esse complexas in se, sed dicuntur. i. significantur, cum, aut sine complexione. Quo fit, vt supra adnotauimus non esse distinguendum, id quod aliqui faciunt, aliud esse complexum reale, & aliud intentionale: nam omne complexum est intentionale: in mente quidem intentionale formale, & in rebus complexum intentionale obiectiue. Potest secundo dici, quod cum Aristot. hic promiscue & de rebus & de vocibus loquatur, forte primam diuisionem fecit de vocibus, & secundam de rebus. Est verum tamen sciendum, quod cum complexum sit duplex: aliud propositio in qua est verum vel falsum, & aliud complexum sine verbo quantum Aristoteles non posuerit exemplum nisi de priori nihilominus loquitur de vtroque: non enim sola propositio, sed quodcunque complexum excluditur a ratione predicamentorum. Quantum diuersis rationibus. Nam propositio eo non ponitur in predicamento, quod non potest esse subiectum aut predicatum: sed alia complexa excluduntur propterea quod non omnia pertinent ad vnum predicamentum, vt si dicas, homo iustus, vna pars ponitur in predicamento substantiæ, & alia in predicamento qualitatis: ethi dicas, homo rationalis, vna pars ponitur in linea recta predicamenti substantiæ, & alia ad latus.

Principaliter intelligitur de vocibus & secundum nominales tantum de vocibus & nullatenus de rebus.

contra contraria sapientia.

De rebus & nominibus.

Quare propositio a natura in predicamento.

Alter.

Entis non dicitur accidens.

frequentè vtuntur doctores nomine ens, vt omnino eodem modo significet scilicet res.

Quæstio secunda.

Vtrum diuisio rerum in decem prædicamenta sit sufficiens.



Rguitur ad partem negatiuam. Diuisio reducenda est ad quam paucissima membra fuerit possibile: sed prædicamenta nouem accidentium comprehendunt sub vno genere.

De numero prædicamentorum varia fuerunt philosophorum sententia. Plato opinatus ens vniuocum esse ad res vniuersas, iudicauit esse genus vniuersale omnium rerum.

omnia reducuntur ad Iouem. Quam opinionem repudiavit Porphy. cap. de specie: & Aristo. 3. Meta. text. 10.

Entis partitio.

tres sunt gradus. scilicet negatio: & priuatio, & secundæ intentiones. Negationes sunt res fictitiæ, quæ nihil profus in re ponunt, vt Chimæra.

Sufficiens prædicamentorum.

Quæstio tertia. Vtrum diuisio rerum in decem prædicamenta sit sufficiens. Rguitur ad partem negatiuam.

materiam: quare res materiales non habent quantitatem, qualitates vero sequuntur formam: & ideo res diuersarum specierum, diuersas habent qualitates.

Res sunt in prædicamentis.

Ad primum argumentum respondere quis forsitan posset.

concedendo accidens esse vniuocum genus nouem prædicamentorum: sed tunc (vt probat argumentum) prædicamenta reducerentur ad duo generalissima, quod est contra Aristotelem.

te negaret accidens esse vniuocum nomē ad nouem prædicamenta. At vero id etiam falsum apparet: nam accidens videtur significare vnam rationem communē, puta accidere substantiæ.

Accidens vniuocum non tñ genus.



Logi. Do. Soto, F 4 tinsat

tinent ad ante prædicamenta, vt prædicabilia generali nomine dicantur ante prædicamenta: aut fingendum est vnde decimum prædicamentum quod sit entium rationis ordinatio.

De Substantia. Cap. V.



Substantia autem, quæ quidem proprie, in primis quæ & maxime sic dicitur, est quæ neque de subiecto aliquo dicitur, nec in subiecto aliquo est: vt quidam homo, & quidam equus.

Secundæ verò substantiæ, species hæ, in quibus quas in primis substantias appellabamus in sunt, dicuntur: & hæ quidem, & harum specierum genera, vt quidam homo, in specie quidam homine est: genus vero speciei animal est. Secundæ igitur substantiæ hæ dicuntur, vt homo atque animal.

Text. ij. Manifestum autem ex ijs quæ diximus est, quod eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse & nomen & rationem de subiecto prædicari: vt homo de subiecto quodam homine dicitur. Prædicatur etiam & nomen: hominē enim de quodam homine prædicabis, & ratio quoque hominis de quodam homine prædicabitur: quidam enim homo, & homo, & animal rationale mortale est: quare & nomen & ratio de subiecto prædicabitur. Eorum vero quæ in subiecto sunt in plurimis quidem neque nomen, neque ratio prædicabitur de subiecto: in aliquibus autem nomen quidem nihil prohibet de subiecto prædicari interdū, ratione verò est impossibile: vt albi, cum in subiecto sit corpore, prædicatur de subiecto: dicitur enim corpus albi; ratio vero albi, de corpore nunquam prædicabitur. Alia verò oia, aut de subiectis dicuntur primis substantijs, aut in subiectis eis sunt. Hoc autem manifestum singula de promenti fuerit: vt animal de homine prædicatur: ergo & de quodam homine prædicabitur: nā si de nullo quorundam hominum, neque omnino de homine. Rursus color in corpore est: ergo & in quodam corpore. Nam si non in aliquo corporum singularum est, nec omnino in corpore: quare alia oia aut de subiectis primis dicuntur substantijs, aut in subiectis eis sunt. Non existentibus igitur primis substantijs, aliquid aliorum esse est impossibile. Omnia enim alia aut prædicantur de eis, aut in subiectis eis sunt quare non existentibus primis substantijs impossibile est aliorum aliquid esse.

Text. iij. Secundarum verò substantiarum, ma-

gis substantia est species quam genus: propinquior enim est primæ substantiæ. Si quis enim prima substantia quid sit edat, euidentius conuenientiusque reddiderit, si speciem quam genus reddat: vt hominē quædā manifestius assignabis, hominē potius quam animal assignabis: illud enim propriū magis cuiusdam hoīs, hoc autē communius. Et cum quādā arbore assignaueris, manifestius assignabis, arbore assignando quam plātā. Præterea primæ substantiæ ideo quod alijs oibus subijciunt, & oia alia de ipsis vel prædicantur, vel in ipsis sunt, ea gratia primæ substantiæ maxime dicunt. Vt autē primæ substantiæ ad oia se habet cetera, ita se species ad genus habet: subijcitur enim species generi: genera enim de speciebus prædicantur, species autē cum generibus non conuertuntur. Quare & ex his species genere substantia magis est. Ipsarū verò specierum quæcūque genera non sunt, altera magis altera substantia nulla est. Nihil enim accommodatius assignabis de quodā homine hominē assignando, quam de quodā equo equū. Similiter autē & in primis substantijs nulla altera magis altera substantia est: nihil enim magis quidam homo substantia est, quam bos quidam.

Text. iij. Merito igitur post primas substantias, solæ aliorum omnium species generaque secundæ substantiæ dicuntur. Sola enim hæc, eorum quæ prædicantur primæ substantiæ indicat: quædā enim hominē si quis edisserat quid sit, speciem quam genus accommodatius demonstrabit: & manifestius quid sit facies, hominē quam animal attribuendo. Aliorum verò omnium quicquid attribuat quis, tribuet extraneæ: velut album, aut currit, aut aliud quodcūque huiusmodi depromendo. Quare merito hæc solæ aliorum secundæ substantiæ dicuntur. Ad hæc primæ substantiæ eō quod alijs omnibus subijciuntur, & omnia alia de illis vel prædicantur vel in ipsis sunt proprijsimè dicuntur substantiæ. Sicut autē primæ substantiæ ad omnia se habet cetera, ita genera & species primarum substantiarum ad reliqua oia se habent, de his enim reliqua oia prædicantur: quædā enim hominē dices grammatice esse: ergo & hominē animal grammatice dices esse, similiter autem & in alijs.

Text. v. Comune autē omni substantiæ est in subiecto non esse: prima namque substantia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarum verò substantiarum constat quidem etiā sic in subiecto nullam esse. Homo enim de subiecto quidam homine quodam dicitur, in subiecto verò nullo est: nec enim in quodam homine homo est. Similiter autem & animal de subiecto quidam dicitur quodam homine, non etiā est animal in quodā homine. Præterea eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem de subiecto prædicari interdum

dū nihil prohibet: rationem vero: est impossibile. Secundarum verò substantiarum de subiecto & ratio & nomen prædicatur, rationem enim hominis de quodā homine prædicabis, & animalis similiter: quare non erit eorum substantia, quæ sunt in subiecto. Non est autē propriū substantiæ hoc quippe & dicitur eorum est, quæ in subiecto non sunt: bipes enim & gressibile de subiecto quidem homine quodam dicitur, in subiecto vero est nullo. Nec enim in homine bipes est neque gressibile. Ratio quoque dicitur de illo prædicatur de quocūque ipsa differētia dicitur. Velut gressibile de homine prædicatur & ratio gressibilis de homine prædicatur: est enim homo gressibilis. Neque nos verò substantiarum partes conuertuntur, quali quæ in toto sunt, etiam in substantia sicut: quæ ita in toto quali in subiecto sunt, nec forte eas non esse substantias fateri cogamur. Non enim sic in subiecto quippiam esse quem admodum partem esse dicitur.

Text. vij. Inest autē substantijs, differētijsque omnes vniuocæ vt prædicentur. Oia enim quæ de his prædicata sumuntur, aut de indiuiduis, aut de speciebus prædicantur. A prima namque substantia, prædicatio nulla est: de nullo enim subiecto dicitur. Secundarum verò substantiarum species quidē de indiuiduo prædicatur: genus autē & de specie prædicatur, & de indiuiduo. Similiter autem & dicitur, & de speciebus & de indiuiduis prædicantur. Iam verò & rationem primæ substantiæ specierum generumque suscipiunt, & species generis: quæcūque enim de prædicato dicuntur, eadem & de subiecto dicuntur. Similiter autē rationem differentiarum suscipiunt species & indiuidua. Vniuocæ autē sunt quorum & nomen cōe est & ratio eadem: quare omnia quæ a substantijs differentijsque sunt, vniuocæ prædicantur.

Text. vij. Omnis autē substantia hoc aliquid significare videt. In primis igitur substantijs in dubitabile id verumque est, hoc aliquid ipsas significare. Indiuiduum enim vniuocæ numero est, quod significatur. In secundis verò substantijs, similiter quidem propter appellationis figuram hoc aliquid significare videtur, cum quis aut hominem aut animal dixerit: non tamen est verum, sed quale quid potius significat: non est enim vnum ipsum subiectum: vt ipsa substantia prima: sed de pluribus ipse homo & animal dicitur, verum non quale quid absolute significat, perinde ac album: nihil enim aliud album quam quale significat. At species & genus circa substantiam quale ipsum definiunt: quale enim quādā substantia sane significat. Genere tamen amplior definitio quam species habet, qui nanque animal dicit, is plura complectitur quam is qui hominē dicit.

Text. viij. Competit præterea substantijs, & ipsi contrariū esse: primæ namque substantiæ, vt ali cui homini, aut alicui animali quidnam contrariū fuerit: nihil enim prorsus his aduersatur. At neque ipsi homini vel animali contrariū quicquam esse videtur. Non tamē hoc substantiæ propriū est: & alijs enim competit, vt quātitati: bicubito enim aut tricubito nihil contrariū esse videtur: neque, ipsi decē, neque talium cuiquam quicquam aduersatur. Nisi quispiam multū pauco, aut magnū paruo dixerit esse contrarium: attamen nihil eorum quæ definitæ sunt quantitatis, cuiquam prorsus aduersari videtur.

Text. ix. At verò substantia non suscipere gradus videtur vt sit magis minusve talis. Atque non dico substantiam substantia non magis substantiam esse: hoc enim iam diximus ita esse sed quancumque substantiam id ipsum quod est, non dici magis ac minus esse: veluti si substantia eadem homo sit, non est magis ac minus, aut seipso, aut alio, homo: non enim alius alio magis homo est: perinde atque album aliud alio magis ac minus est album: corpus enim album magis album nunc quam prius: & calidum magis, nunc calidum ac minus dicitur esse: substantia vero non magis dicitur, nec minus: neque homo magis nunc homo quam prius dicitur esse, neque ceterorum quicquam omnino quæ substantiæ subeunt rationem: quare patet, substantiam gradus suscipere non posse, vt magis sit vniuocæ id quod est, atque minus.

Text. x. Maxime vero substantiæ propriū hoc esse videtur, idē in quā vniuocæ numero permanens, contrariū esse susceptiuū, quale nihil in ijs quæ substantiæ non subeunt rationem præferre possis, quod vnum numero cum sit, recipere in se simul contraria possit: vt color vniuocæque numero, albus idem ac niger: negotiūve idem numero: bonū malūque, vt dicitur: ac in cæteris similiter quæcūque substantia non sunt. Substantia autem vna eademque, numero contrariū est susceptiua, veluti quidam homo vniuocæque numero sit albus, interdū niger, & calidus atque frigidus & vitiosus ac studiosus. Ad alia vero nulla id ipsum accommodari vniuocæ nisi fortasse quispiam instaret, opinioneque dicens contrariū esse susceptiuas. Eadē enim oratio falsa veraque esse videtur: nam si vera est hæc oratio, quempiam in quā federe, si ille surgat eadem hæc oratio falsa erit. Idem & in opinione fieri videtur. Nam si quispiam opinatur quempiam federe, si surgat ille, falso nimirum opinabitur, qui de illo eadē habet opinionem. Enimvero si quispiam & his illud accommodatū dixerit esse, in modo tamen habebit vtique differentia: substantiæ enim ipsæ sui mutatione.

Quæstio prima.

Vtrū prima pars tex. sit vera



Parte negatiua argui

tur, Primo. Nulla est substantia quæ diuiditur in primam & secundam: ergo diuisio illa supponit falsum. Probatu... ante creationem mundi; verum erat dicere, homo est animal rationale, ergo destructis omnibus particularibus hominibus adhuc manent vniuersalia.

ante creationem mundi; verum erat dicere, homo est animal rationale, ergo destructis omnibus particularibus hominibus adhuc manent vniuersalia. Et confirmat. ex Porphy. c. 6. ubi per contrarium extremum dicit, qd de structis singulis animalibus, remanet ratio animalis, sed tamẽ destructo animali, nec remanet homo nec aliquid singulare, & hæc est regula dialecticorum, qd a negatiõe inferioris ad negationem superioris, non valet consequentiã, sed contrariõ. Sexto contra textum tertium arguitur auctoritate Arist. qui. 8. Meta. text. 2. ait qd genus est magis substantia q̃ species, & species q̃ singularia, cui videtur repugnare textus iste ubi ait, qd species est magis substantia quam genus.

Ad quæstionem respondetur

affirmatiue. In priori articulo respondetur ad septem priora argumenta, & in altero ad octauum. Vnde circa primum argumentum supponenda primum est differentia inter Nominales atque Reales. Nominales enim capiunt hoc totum sicut sequentia, de terminis tantum modo interpretantur, quippe quos solos ponunt in prædicamento.

Substantia

non (vt existimo) loquebatur de hoc termino, Petrus: sed de re, vt exemplis manifestat, dum ait, vt quidam homo, quidam equus: non enim accipiuntur hæc nomina materialiter, sed personaliter, ac si dixisset, quidam designatus homo, vt puta Petrus. Quod si prima substantia accipitur pro re, pariter accipitur secunda, ubi id præterea anima ducendum est, quod apud Aristot. quidam homo, quidam equus, sunt singularia vana.

Diuisio sensus

Très distinciones

Esse & essentia

Natura & suppositum

ter a sedente, nihil magnum negabit, dummodo non cedat, sed esse de essentia hominis, hæc enim antiqui appellabant distinctionem & forte doctore. Nec de secunda distinctione multa hic expenduntur, plura quam quæ super eundem prologum, q. 3. adnotauimus videlicet, qd homo & humanitas censentur apud S. Th. realiter distincti, quæ seclusa operatione intellectus illa est falsa, homo est humanitas in sensu formali: quauis in sensu idem dico concedendum sit, qd homo est res quæ est humanitas. Et ideo hæc, forsitan est disputare de nomine appellare distinctionem realem aut formalem.

Marginal notes in the right margin, including 'Hic et supra in forma...' and other commentary.

Humanitas animalitas est genus

Vniuersale & particula

Res vestrum illud... malitiam

album pro... de capite... denominatiue... diuinae de corpore

Liber prædicamentorum.

tur secunda substantia, & individua appellantur prime. Ex dictis sequitur primo, quod secunda substantia & prima substantia sunt nomina secundæ intentionis. Sequitur secundo, quod illa divisio non est divisio generis in species (cuius meminit S. Tho. de potentia. q. 9. art. 2. ad 6.) quia vna species non prædicatur de alia opposita, ut album non prædicatur de nigro: & tamẽ secundæ substantia prædicatur de prima, ut homo de Petro: sed est divisio eiusdem naturæ, ut substantia diuina secundæ intentionis: & est diuisio analogi. secundum Aristo. qui ait solam primam substantiam esse maxime substantiæ secundum quid: quia non per se substant, sed sunt in indiuiduis.

Ad secundum argumentum

principale nascio quid dominus Caietanus formidauerit cõcedere, quod in definitione primæ substantiæ definiatur secunda intentio: quippe cum res clarissima sit intelligẽti quæ in capi. de genere diximus, defini hic secundam intentionem ad sensum illic expõsitum. Definitur enim hic substantia ea ratione, qua substant in prædicatiõne vniversis prædicatis cuiuscunq; prædicamenti & quemadmodum dici de subiecto, conotat secundam intentionem: ita & esse subiectum. Et confirmatur: quia prima substantia conuidiatur contra secundam substantiam: sed secunda substantia, dicit secundam intentionem: ergo & prima substantia. Cauendum tamen est (vt illic admonuimus) ne concedatur, quod hoc nomen, prima substantia, aut eius definitio supponat pro secunda intentione: quia nõ secunda intentio sed Petrus & Paulus, sunt prima substantia, quæ neque de subiecto dicitur, neque in subiecto est: sed ad hunc sensum concedimus defini secundam intentionem: quia definiuntur res singulares, secundum suam esse intentionem: quod est esse primum subiectum. Quod quidem est commune omnibus primis substantiis. Vnde ad formam argumẽti respondetur, quod pro substracto seu significato materiali, definitur quidẽ res singularis: sed pro formali, seu per se significato, definitur intentio communis primæ substantiæ. Est tamen hic adnotanda differentia inter hæc tria nomina, indiuiduum, singulare, prima substantia. Indiuiduum dicit respectum ad inferiora: est enim indiuiduum id quod amplius diuidi non potest in quidditatiẽ inferiora: singulare vero dicit respectum ad vniuersale: appellatur namque singulare, eo quod ratio vniversalis sit iam facta hæc & incommunicabilis per principia indiuiduationis: sed prima substantia dicit respectum ad omnia prædicata tam substantiæ quam accidentium: est enim prima substantia id quod omnibus substant. Quo fit, vt tam indiuiduum quam singulare, reperiatur non solum in recta linea substantiæ: sed in partibus eius, & in omnibus prædicamentis accidentium, vt hæc manus, hæc albedo: sed prima substantia, solum est substantia completa. Vnde nec anima rationalis, quauis per se potest subsistere, est prima substantia: vt ait Sanct. Tho. 2. part. q. 29. artic. 1. ad vlti. quia suapte natura est pars hominis. Atqui, quod philosophi vocant primam substantiam, theologi appellant suppositum. Quod si fuerit suppositum nature rationalis, aut intellectualis, appellatur persona. Circa tertium argumentum pro intelligentia huius capitis notandum est quod Aristo. 5. Meta. tex. 15. inter alias acceptiones, dicit quod substantia, vno modo accipitur pro essentia & quidditate rei: alio modo pro suppositis subsistentibus. Substantia primo modo Græce dicitur ouisa, id est essentia: & secundo modo dicitur hypostasis, id est res subsistens. Et quia substantia dicitur a substantia hoc est insitendo, idcirco substantia simpliciter accipitur in secunda acceptione. Vnde ad formam argumẽti respondetur, quod si existit personam, quæ existens existit.

Definitur secunda intentio

Indiuid. singulare prima substantia.

Substantia dupliciter

secunda substantiæ appellantur magis eotia, & magis substantiæ: quia sunt perpetuæ ad sensum expõsitum super prologum Porphyri. sed nihilominus simpliciter loquendo, illa est magis substantia quæ pluribus substant: & ita loquitur Aristo. in hoc libro. Er est hic considerandum, quod Aristo. exegit hoc nomen, secunda substantia aduersus Platonem. Cum enim Plato posuisset species realiter separatas a singularibus, sequebatur ex opinione sua, illas per se realiter subsistere: arque a deo esse primas substantias: quod esse impossibile probauit Arist. 7. Meta. tex. 45. Si enim sunt vniuersalia non subsistunt nisi in singularibus. Et ideo simpliciter negauit vniversalia esse substantias: arque a deo imposuit illis nomen, vt dicerentur secunda substantiæ: quia non per se subsistunt sed in singularibus.

Ad quartum argumentum respondetur

quod differentia quam constituit Aristo. inter secundas substantias & vniversalia accidentium, nõ est sic intelligenda, vt neget accidentia prædicari nomine & ratione de suis inferioribus quidditatiẽ. Enimvero, sicut homo de Petro, & animal de homine: ita album prædicatur de hoc albo, & coloratum de albo, nomine & ratione, vt probat argumentum: sed intelligit, quod accidens de substantia non prædicatur nomine & ratione. Vnde ad argumentum conceditur, quod definitio albi prædicatur quiddẽ denominatiue de substantia, sicut enim hæc est denominatiua corpus est album, ita & hæc, corpus est disgregatum visus: hæc tamen non sufficit, vt album prædicetur ratione de corpore: sed requiritur quod definitio albi sit de finitio corporis: modo quauis disgregatum visus sit definitio albi pro formali: quia est definitio albedinis, tamen non est definitio corporis. Eadem ratione quauis definitio colorati, sit definitio inadæquata albi: sicut definitio animalis est definitio hominis, tamẽ nõ est definitio corporis. Differentia ergo Aristo. consistit in hoc quod omnia vniversalia prædicatur de suis inferioribus nomine & ratione, accidentia vero de substantia nõ prædicantur nisi denominatiue. Ad replicam respondetur, quod licet definitio albi prædicetur denominatiue de corpore, sicut album, non sufficit, vt prædicetur de illo ratione, quia definitio illa nõ est definitio corporis. Ad quintum argumentum respondetur, quod substantiæ possunt considerari, vel quantum ad essentias: vel quantum ad existentias. Quantum ad essentias, procedit argumẽtum cum sua confirmatione, nam cum ratio superioris includatur in ratione inferioris & ratio inferioris addat ali quid supra superius sequitur quod id quod non est animal, non est homo, non tamen sequitur quod si aliquid non sit homo continuo non sit animal. Quinetiam quantum ad existentias, cum superius in pluribus conseruetur quæ inferius, non sequitur si nullus homo est nullum animal est & econuerso sequitur: nec hoc vult negare Aristot. in præsentiarum. Sensus ergo eius est quod cum vniversalia non subsistant nisi in singularibus: si nullum existit singulare alicuius vniversalis, nec vniversalis ipsum existit. Ex eo enim ante creationem mundi non existebat homo in vniversalis: quia nullus erat homo singularis in quo existeret. In quo etiam intendit condemnare Platonem qui censebat vniversalia existere etiam destructis singularibus. Ad sextum argumentum iam responsum est quod Arist. vocat genera magis substantias quam species, quia sunt in ratione essentia: magis abstracta sed tamen in ratione subsistentia: contra ratio modo species sunt magis substantiæ quam genera. Ad septimum argumentum respondetur, quod accidentia possent quodammodo appellari substantiam.

substantiæ, in illa significatione, qua substantia accipitur pro essentia, vt probant autoritates Aristotelis, sed tamen quia hic loquimur de substantia secundum propria & absolutam eius significationem: non appellantur substantiæ, nisi ea quæ dicunt quidditatem & essentiam substantiæ, id est, per quæ respondetur ad quæstionem factam per quid de substantia: qualia sunt sola genera & species. Quærenti enim quid est Petrus: non respondebitur, quod est rationalis, aut albus: sed determinate quod est homo, & confuse quod est animal. Quare nec differentia est secunda substantia, nec ponitur in recta linea, nec constat ex genere & differentia: sed est conceptus simplex, vt cap. proximo dicebamus.

Articul. 2.

Articulus secundus versatur

An Deus ponatur in prædicamento

in responõsionibus ad vltimum argumentum, & eius confirmationem. Argumentum petit difficultatem illam celebrem an Deus ponatur in prædicamento. Quod inde in quæstionem venit inter Theologos, quod res quæ ponuntur in prædicamento constar ex genere & differentia, ad modum materiæ & formæ: & huiusmodi compositio videtur summæ simplicitati Dei repugnare. Nihilominus sunt duæ opinioniones. Vna est Holcot, Gregorij, & Gabrielis. 1. sentent. distincti. 8. quod Deus ponitur in prædicamento. Probant opinionem suam. Primo: quia hoc nomen, substantia, vnivoce, & quidditatiẽ prædicatur de illo & de nobis: & hoc nomen, spiritus, vnivoce & quidditatiẽ prædicatur de Deo & de angelis: ergo Deus ponitur in prædicamento, tanquam indiuiduum prædicamenti substantiæ. Secundo, quia pater & filius sunt nomina de prædicamento relationis, & tamen prædicatur de Deo: ergo pater, cum dicitur de Deo est in prædicamento relationis: & eadem ratione Deus, erit in prædicamento substantiæ. Et confirmatur autoritate Boetij in libro de Trinitate, dicentis: tantum duo prædicamenta esse in Deo, puta, substantiam: & relationem. Alias multiplicat Gregorius autoritates Aristotel. quæ fines dialecticæ transcendunt, nec vllam certe habent efficaciam. Alia est opinio negatiua magistri sentent. in 1. distincti. 8. vbi ait, prædicamenta artis dialecticæ, Dei nature minime conuenire. Quem sequuntur Scotus eadem distincti. quæstio. 3. & Sanct. Thom. 1. part. quæsti. 3. artic. 5. & fere Theologorum nemo audeat concedere Deum esse in prædicamento. Scotus quia tenet hæc nomina, ens, & substantia, vnivoce prædicari de Deo & creaturis, ea sola ratione probat deum non poni in prædicamento: quia videlicet, est res infinita, & id quod ponitur in prædicamento est res finita: nam species prædicamentalis constat ex genere quod est in potentia vt contrahatur per differentiam, tanquam per actum eius: quod autem est in potentia ad nouam perfectionem non potest esse infinite per se. Vnde sequetur esse aliquid in Deo quodammodo imperfectum. At vero presentem quæstionem per tres subiectas conclusiones ordine congruo dissoluam. Est enim animaduertendum, quod ex decem prædicamentis sola duo, quæ sunt, substantia, & relatio: dicuntur proprie de Deo: cætera vero non nisi metaphorice, vt quinto de Trinitate in principio author est Augustinus. Vnde prima & manifesta conclusio est hæc: Nullum attributum Dei, quod in nobis est accidens, ponitur in aliquo prædicamento. Vel (vt determinis dicamus) nullus terminus octo prædicamentorum proprie prædicatur de Deo. Conclusio est illic Augustini, cap. vbi ait, Deum esse, bonum sine qualitate, magnum sine quantitate, sine situ presentem, sine habitu omnia continentem, sine loco vbique totum, sine tempore sempiternum, sine vlla sui

mutatione mutabilia facientẽ, nihilque patietem. Quod est dicere, ista generalissima, quantum, quale, & c. nõ prædicari proprie de Deo, sed metaphorice. Secunda conclusio. Deus non est in prædicamento substantiæ vnivoce cum creatura. Et quia substantia (vt supra dictum est) accipitur aut pro substantia, aut pro essentia. vtroque modo probatur. In primo sensu ex professo eã asserit Aug. 7. de Trinitate. cap. 5. vbi ait manifestum esse Deum abusu siue substantiam vocari. Et probatur ratione: nõ substantia, non solum dicit id quod per se stat, sed id quod accidentibus substant, hoc enim sonat nomen substantia, puta, sustinere: sed deus nulli prorsus accidenti, aut formæ substant: ergo nõ est substantia vnivoce nobiscum. Secundo probatur in secunda significatione. Substantia vt significat essentiam non dicitur vnivoce de Deo & de nobis: ergo non est in eodẽ prædicamento nobiscum. Non intendimus hic negare vnicum conceptum formale substantiæ communem Deo & nobis: sed sensus antecedẽtis est, quod ille conceptus non significat vnã rationem obiectiuam communem Deo & nobis, vt capite superiori latius expõsitum est. Probatur antecedens: sicut illic de conceptu entis probatum est. Essentia dicitur ab esse, sed aliter in nobis essentia se habet ad esse, & aliter in Deo: ergo non est eadem ratio communis deo & nobis. Probatur minor. Essentia in nobis dicitur, quia habet esse per se, id est, nõ in alio, licet habeat ab alio: essentia vero in Deo dicitur, quia habet esse per se, id est, neq; in alio nec ab alio: quia esse Dei est de quidditate Dei: esse vero nostrum non est de quidditate nostra, sed receptum à Deo. Et quauis esse non distinguatur realiter a nobis: est nihilominus concedendum, quod non est de quidditate nostra: & sic alia ratione Deus dicitur substantia, & alia ratione creatura eius. Et hanc conclusionem præten dit August. 5. de Trinitate. cap. 2. vbi ait, quod Deus est substantia: vel (si melius hoc appellatur) essentia: & subiugit hoc nomen soli Deo propriissime conuenire: quia ita est de essentia, vt sit suu esse. Vnde simpliciter Exod. 3. ait Deus, ego sum qui sum, & qui est misit me ad vos. Non quidem negat Augustin' quod creatura simpliciter sit: sed intelligit quod essentia quam significat substantia: analogice dicitur de Deo & de nobis, sicut, ridere, dicitur de homine & de prato, est enim esse nostrum quædam participatio & similitudo esse diuini. Tertia conclusio. Deus nullo modo ponitur in prædicamento, siue vnivoce nobiscum, siue æquiuoce (posset enim quis opinari in Deo esse genus & differentiam substantiæ sicut in angelis, aut in sole licet alterius rationis.) Probatur conclusio. Primo, quia ex sententia Aristotelis. 3. met. tex. 9. & 15. quam citat Porphy. c. de differentia, species constat ex genere quod se habet vt materia, & differentia quæ se habet vt forma (vt expõsitum est. ca. de genere) sed simplicitati dei repugnat omnis compositio, ergo in Deo nulla est proprie species aut genus, & per consequens nec ponitur in prædicamento. At vero Gregor. & sequaces eius, hanc rationem veluti cæteras quæ a metaphisica proficiscuntur, nihili faciunt, aiunt enim quod compositio metaphisica speciei non est ex veris partibus, sed sunt diuersi conceptus eandem essentiam significantes, licet conceptus generis sit magis vniversalis. Nihilominus explicatur vis rationis huius, quæ certe plaris debet esse philosophos quam isti existimant. Genus (vt sæpe diximus) significat rationem quæ est extra essentiam differentia, alias non contraheretur per differentiam tanquam per nouum gradum perfectionis (& hac potissimum ratione diximus ens non esse genus, quia est de ratione cuiuscunq; realis differentia) at essentia diuina est ita infinita vt nihil.

1. Conclus.

3. Conclus.

Logi. Domi. Soto. G

Ratio in
eatis.
Attributa
Dei.

hil in Deo sit quomodocumque abstrahibile, in quo realiter non includatur essentia: siue enim abstrahas sapientiam, siue bonitatem, illic realiter, & certe formaliter includitur essentia diuina: sicut ens includitur in omnibus rebus: & in hoc consistit ratio infinitatis diuinæ, puta quod sit omnino illimitata: itaque nulla sit particularis ratio sapientie aut ratio bonitatis, &c. quæ non includat essentiam. Et hæc potissimum est ratio Sancti Thomæ, quod attributa diuina, imo relationes ipsæ non distinguantur ab essentia, nisi sola ratione: nam si formaliter distingueretur (vt dicit Scotus) sequeretur, quod daretur aliquid in diuinis, quod formaliter non esset aliud: quod non solum repugnat simpliciter deo, sed etiam infinitati: nam hoc formaliter non esse hoc, dicit limitationem: & infinitas Dei in hoc stat, quod sicut eminenter est omnes creature, ita formaliter sit quicquid est in ipso. Et inde rursus sequitur: quod relationes, vt sunt formaliter essentia, ita sunt formaliter infinitè perfectæ: nam eadem perfectio quæ in patre est generari: in filio est generari. Verbum hoc præter fines dialecticæ fecimus, vt ostenderemus quomodo Dialecticæ Theologiæ ancillatur.

Ad propositum redeuntis concludimus, quod propter infinitatem essentie diuinæ nulla est illic ratio contrahibilis neque ratio contrahens: & per consequens neque ratio generis neque ratio speciei. Et eadem ratione nec Deus est desimilis, nec eius attributa possunt de illo à priori demonstrari. Secundo probatur conclusio ratione Sancti Thomæ, loco citato. Si Deus poneretur in genere, deberet poni in genere entis: sed ens secundum Aristotelem non est genus: ergo in nullo ponitur genere. Sequelam maioris rari sunt qui intelligant: est tamen optima: quia Deus non potest poni in genere substantiæ: primo quia non subsistat accidentibus: & secundo quia substantia videtur dicere aliquid limitatum: quia de se non ambit omnia entia, sed distinguitur contra accidentia: & ideo si in aliquo esset genere, deberet maxime esse in genere entis, tum quia esse, est de essentia Dei, tum etiam quia ens dicit essentiam illimitatam qualis est essentia diuina. Vna enim ratio qua supra diximus ens non esse genus creaturarum, fuit, quia esse non est de essentia creaturæ.

Quod si quis hic percontetur, vt Angelus ponatur in prædicamento: nam ex dictis videtur sequi pars negatiua, cum enim Angeli non consistant ex materia & forma, & genus summatur à materia, & differentia à forma, vt supra dictum est, videtur quod illic nec sit ratio generis nec ratio differentie. Respondetur, quod Angelus ponitur in prædicamento: nam substantia est genus ad nos & illos, non obitante Commentatore qui in cap. de specie oppositum opinatur. Nec genus (vt supra dictum est) dicitur sumi à materia, propterea quod tantum materiam physicam significet, sed quia id quod significat genus, se habet vt materia ad id quod significat differentia. Et ita est in angelis cuius genus est spiritus, quod quodammodo contrahitur ad esse huius aut illius speciei per suas differentias. Doctrina est. Sancti Thomæ de ente & essentia. cap. 3. & alibi sæpe. Tametsi in quolibet specie angelorum non sit nisi vnum in diuiduum, si

Quæ res
ponitur in
præ
dicamento.

cent in specie solis. Ex quo sequitur tandem ad notitiā omnium prædicamentorum, quod res omnis quæ ponitur in prædicamento, quauis non sit necessarium quod componatur phyis, ex materia & forma: debet tamen componi ex genere & differentia, & per consequens erit res, cuius esse non erit de eius quidditate. Quales sunt omnes & solæ creaturæ. Igitur ad argumentum primum Gregorij, & aliorum responderetur quod quauis nomen substantiæ, & nomen spiritus, prædicentur de Deo & de nobis, non ta-

men prædicantur vniuoce vt dictum est, neque ly pater prædicatur de Deo & creatura vniuoce: nam pater in creaturis est nomen accidentale, cum tamē esse patrem in diuinis non sit accidens, quia vt Augu. loco citato docet in Deo nihil est per modum accidentis, sed relationes diuinæ sunt subsistentes, vt docet S. Tho. 1. p. q. 29. ar. 4. Et ad confirmationem respondetur. Sententiā Boetij solū dicatur de Deo, substantia tamē & relatio dicuntur proprie, non tamen vniuoce cum creatura. Nec vult dicere, quod illic sit propria ratio prædicamentalis. Ad octauum vero argumentum quod nos formauimus, concedimus quod Deus, sicut non est in prædicamento, ita nec proprie est prima, nec secunda substantia secundum definitionem. Aristotelis. quia nec subsistat accidentibus, nec est illic ratio vniuersalis, puta generis aut speciei, aut ratio prædicabilis de pluribus per differentiam, sed vna simplicissima, & infinita est tres personæ.

Confirmationē subieciemus

octauo argumento, eo quod quantum colligi potest ex opinione Nominalium Christus non ponitur directe in prædicamento substantiæ: quia hic non ponuntur nisi termini absoluti, & tamen homo, vt supponit pro Christo secundum eos est terminus connotatiuus. Ratio in eorum gratiam potest hæc formari. Homo absolute idem est quod compositum ex materia & forma, Christus non est compositus ex materia & forma (quia Christus supponit pro supposito diuino) ergo Christus non est homo illo modo. Distinguunt ergo, quod homo accipitur tripliciter. Vno modo absolute pro composito ex materia & anima rationali, & isto modo dicitur humanitatem Christi esse hominē, & quilibet partē hominis esse hominē. Alio modo connotatiue, & hoc dupliciter, primo vt supponit pro composito ex corpore & anima rationali connotando quod per se existat, & hoc modo quilibet nostrum est homo, & humanitas Christi non est homo. Vnde ad illā consequentiā, Deus assumpsit humanitatem, humanitas est homo, ergo Deus assumpsit hominē, respondetur quod si homo accipitur primo modo, consequentiā est bona, & consequens est verum, si autē accipitur secundo modo, consequentiā non valet, quia variatur appellatio. Tertio modo accipitur homo, vt supponit, pro aliquo connotando quod sustineat humanitatem, & isto modo supponit pro Christo. Et confirmatur quod vt supponit pro Christo, sit connotatiuus, quia nunc supponit pro Christo, & potest designare supponere pro illo ipso manente (si dimittat humanitatem) ergo est terminus connotatiuus sicut album. His tamen non obstantibus ad hoc dubium dicimus tria, primum quod homo vt dicitur de nobis nullo modo est terminus connotatiuus, nam homo vt supponit pro nobis est terminus de prædicamento substantiæ. Secundum dictum est, quod homo eodem modo accipitur, vt supponit pro Christo, & vt supponit pro nobis. Hoc probatur, quia homo vniuoce dicitur de Deo & de nobis, vt dicit S. Tho. tertio sentent. dist. 7. q. 1. ar. 1. ad tertium. Nam cum articulus fidei simpliciter sit, quod Christus est homo, non est tutum dicere quod non est vniuoce nobiscum homo. Et hoc significat Apostolus ad Philipen. secundo, dicens quod est habitu inuentus vt homo. Tertio igitur respondetur ad argumentum, quod nomen homo non accipitur nisi vno solo modo scilicet vt absolute significat suppositum humanæ nature, id est, suppositum subsistens in humana natura, quare nec humanitas Christi nec aliqua pars hominis est aliquo modo homo. Admirabile enim esset dicere, quod caput meum esset animal rationale. Vnde quando Aristoteles in hoc capite partes substantiæ

Christus in
prædi.

substantiæ non ponit in recta linea prædicamentali, nihil aliud vult dicere, nisi quod pars hominis non est substantia, sed pars substantiæ: & per consequens quod nec est animal neque homo. Et ideo ad confirmationem principalē negatur, quod Christus modo ponatur in prædicamento substantiæ. Imo ponitur tanquam prima substantia sicut ego. Et negatur quod non sit quidditatiue inferior ad ly homo. Quinimo hæc est quidditatiua, Christus est homo: sicut hæc, Dominicus est homo. Nec requiritur ad hoc quod sit quidditatiua, quod humanitas sit de essentia suppositi: sed satis est quod prædicatum dicit naturam substantiāle in qua subsistit suppositum: & ita est quod Christus subsistit in humanitate. Et eodem modo ad argumentum primum modo formatum negatur primo, quod homo idem sit quod compositum ex materia & forma: sed est suppositum humanæ nature, qualis est Christus: quare non sequitur quod Christus sit compositum in materia & forma: sed quod habet humanitatem compositam ex materia & forma. Nihilominus possumus quodammodo concedere, quod Christus secundum humanitatem est compositus ex materia & forma, sicut concedit S. Tho. 3. p. q. 16. art. 10. quod Christus secundum quod homo est creatura, id est, subsistit in natura creata, licet simpliciter non est concedendum quod Christus est creatura, vt dixerat, ar. 8. ne suboriatur suspicio quod sit creatura secundum diuinitatem, vt putabant Arriani. Hoc pariter modo licet non concedatur simpliciter quod Christus est compositus, potest tamen cum addito concedi, postquam habet humanitatem compositam. Ad vltimam confirmationem respondetur, quod non est signum efficax tri connotatiui, quauis possit designare supponere manente re, p qua supponitur, hoc est peculiare in Christo, quod possit modo subsistere in natura substantiāli, & modo non subsistere: & ideo, homo, quod absolute significat suppositum nature humanæ, potest modo supponere & modo non supponere pro eo. Ad aliā consequentiā Deus assumpsit humanitatem, humanitas est homo, &c. nos negamus minorē. Et hæc est ratio quare Anselmus in libro de natura verbi ait, vix posse concedi sine errore, quod homo sit humanitas, nisi illa concessa sequitur, aut quod Christus assumpsit hominem, aut quod homo est nomen connotatiuum: quorum vtrumque est falsum.

Quæstio secunda.

Vtrum sex proprietates substantiæ sint rectè à Philosopho assignatæ.

Parte negatiua argui

Elementa sunt substantiæ: & tamē sunt in mixto: vt videtur esse opin. Arist. secundo de generatione textu. 49. Item forma substantiālis est substantia, & tamen est in subiecto, puta in materia: ergo non est primum substantiæ, non esse, in subiecto. Secundo contra secundam proprietatem arguitur. Omnibus prædicamentis commune est eorum generis & species de suis inferioribus vniuoce prædicari: ergo illa non est proprietas substantiæ. Antecedens patet ex his quæ dicta sunt in priori quæstione. Nam quemadmodum, animal nomine & ratione prædicatur de suis inferioribus, ita, color prædicatur de albedine & nigredine: & quantitas continua, de linea & superficie: & numerus, de binario & ternario. Tertio contra tertiam proprietatem arguitur. In alijs prædicamentis sunt & indiuidua & vniuersalia: vt puta, hæc quantitas, hæc albedo

& albedo: ergo in quocumque prædicamento, est dabile vnum primum subiectum, quod significat hoc aliquid, & prædicata quæ significant quale quid: & per consequens hoc non est proprium substantiæ. Probatur consequentiā: quia significare hoc aliquid, est significare quidditatem singularem & demonstrabilem ad sensum: & significare quale quid, est significare formam quæ est de quidditate subiecti, sicut. n. quæ rēti quid est homo, respondetur esse animal, ita quæ rēti quid est albedo, respondetur esse color rem. Et confirmatur: quia saltem differentia essentialis non potest negari, quin significet quale quid, postquam significat essentiam speciei. Quarto arguitur aduersus quartam proprietatem. Elementa sunt substantiæ: quæ tamen sibi inuicem sunt contraria: vt ignis, aqua: & aer, terra: quæ expresse asserit Arist. secundo de generatione, text. 24. Et confir. 1. forma substantiālis est substantia, postquam non est accidens, & tamen formæ substantiāli contrariatur priuatio, vt auctor est Arist. 1. Physi. tex. 80. nam homo fit ex non homine tanquam ex contrario. Et confir. 2. Differentiæ essentialis diuisiue generis, positiua & priuatiua: vt rationale & irrationale, sunt substantiæ, quæ tamen inuicem sunt contraria, vt colligitur ex Arist. 10. met. text. 13. ergo non conuenit omni substantiæ non habere contrarium. Quinto aduersus quintam proprietatem arguitur. Anima intellectuua est substantia, non solum quia est pars substantiæ, sed quia potest per se subsistere & tamen suscipit magis & minus secundum perfectionem essentialem: vt videtur sentire S. Tho. 1. p. q. 85. artic. 7. Item elementa secundum Commentatorem tertio de celo. commento. 67. suscipiunt magis & minus: ait enim manere in mixto secundum esse remissum. Item genera videtur suscipere magis & minus, vt superius capit. de æquiuocis allegatum est ex auctore sex principiorum dicente, quod animalia sunt magis animata quam plantæ. Et Sancti Thomæ. 1. parte. q. 93. arti. 3. ad tertium, videtur hanc proprietatem glossare de solis speciebus specialissimis: ergo substantia suscipit magis & minus. Sexto aduersus vltimam proprietatem arguitur. Neque omni neque soli substantiæ conuenit suscipere contraria: ergo id non est maxime proprium substantiæ. Probatur prima pars antecedentis. Deus, intelligentiæ, & cæli, sunt substantiæ & tamen non suscipiunt contraria, alias essent alterabilia, quod est falsum, cum intelligentiæ non habeant materiam, & cæli non habeant materiam, quæ sit in potentia ad alias formas: ergo non omnis substantia suscipit contraria. Et præterea, forma substantiālis est substantia (si quidem non est accidens) & tamen illa non suscipit contraria: quia forma non est quæ denominatur ab accidentibus, sed suppositum. Secunda pars accidentis probatur, Superficies recipit contraria, puta albedinem & nigredinem: & linea recipit rectum & curuum: hæc autem sunt in genere quantitatis: & eadē actio numero est studiosa & praua successiue (si nunc non sit prohibita & postea sit prohibita) & tamen actio est de prædicamento actionis: ergo non sola substantia suscipit contraria. Et confir. Oratio recipit contraria per sui mutationem: nam veritas (vt auctor est Arist. 6. met. tex. 8. & Sancti Thomæ. 1. parte. quæst. 16. artic. 2.) non est in rebus, sed in intellectu, & per consequens in se recipit veritatem & falsitatem, ergo male dicit Aristoteles, quod oratio non suscipit contraria per sui mutationem. In contrarium est authoritas Aristotelis asserentis has sex proprietates substantiæ.

Ad quæstionem respondetur

affirmatiue. Vnde ad primum argumentum negatiue ele
Logi. Do. Soto. G 2 menta

menta esse in mixto tanquam in subiecto: quia non sunt formaliter in mixto, sed virtualiter secundum suas qualitates. Et quoniam essent formaliter in illo, non tamen essent tanquam in ente completo: quemadmodum accidentia sunt in subiecto à quo sustentantur: sed essent tanquam partes ex quibus componeretur mixtum. Forma vero substantialis primo non est substantia completa: & præterea nec est in subiecto tanquam in ente completo à quo recipit esse, sicut accidentia sunt in subiecto: sed est in subiecto, puta in materia prima quæ est ens in potentia cui forma dat esse. Ad secundum respondetur uti in superiori quæstione diximus, quod hæc conditio quæ est prædicari de inferioribus uniuoce nomine & ratione: nõ conuenit soli substantiæ, sed omnibus prædicamentis respectu suorum quidditatie inferiorum. Nihilominus, quia hic agit de omnibus prædicamentis respectu primæ substantiæ, hoc est, proprium prædicatis de prædicamento substantiæ, prædicari nomine & ratione de substantia siue sit species, siue genus, siue differentia, nam alia prædicamenta non prædicantur de substantia nomine & ratione (vt supra diximus) sed denominatiue. Ad tertium argumentum conceditur in alijs prædicamentis esse etiã indiuidua & uniuersalia quæ de illis quidditatie prædicantur, & quodammodo quidditates (vt Aristotelis. 7. metaphysic. textu. 2. & 1. 5. docet) & ideo quodammodo possunt uocari substantiæ: nam vt habetur. 5. metaphysic. text. 1. 5. substantia vno modo significat quod quid erat esse omnium prædicamentorum. Attamen quia accidentia, sic vt simpliciter non sunt entia, ita simpliciter non habent quidditates, sed secundum quid, & ideo non appellentur secundæ substantiæ, sed hoc nomen proprie & simpliciter conuenit uniuersalibus prædicamenti substantiæ quæ sunt in linea recta. Vnde differentiæ non sunt secundæ substantiæ, quia non prædicantur in quid, nam substantia solum est illud, per quod respondemus ad quæstionem factam per quid. Hic tamen esse obiter adnotandum, quemadmodum verba hæc Aristote. album nihil aliud quam quale significat, nõ esse adeo efficacia ad probandum album solum significare albedinem: tam etsi ad hoc propositum passim citentur, etiam à philosophis superioris notæ. Primo quia Græcè non habetur solum qualitate significat, sed solum quale significat, vt trãsfert Argropylos: est enim poion, non poietera. Et præterea quia hic non est quæstio apud Aristo. de significatio ne nominis denominatiui, videlicet an significet subiectum materiale vel formam accidentalem: sed solum vult explicare, quod secunda substantia non significat quale simpliciter sicut album: quia album (inquit) non nisi quale significat, substantia vero significat quale quid id est, quale substantiale. Nihilominus credo, quod termini connotatiui significant formam accidentalem, con significãdo subiectum: vt. 5. met. tex. 1. 4. asserit Cómét. aduersus Auicénam. Qua de causâ S. Tho. sæpe dicit quod nomen denominatiuum aliud significat puta formam: & pro alio supponit, puta pro subiecto illius formæ quod denominat. Auicéna vero putabat, quod potius significat subiectum illud pro quo supponit. Quem nominales sequuntur. Ad quartum argumentum respondetur, quod contrarietas multis modis accipitur, vt in postprædicamentis videbimus: omnia enim sibi opposita & quomodocumque repugnantia dicuntur generali nomine contraria, sed vt loco modo citato ait Aristotel. contraria propria sunt illa, quæ sunt sub eodem genere & mutuo se circa idem subiectum expellunt, vt calidum, frigidum: album nigrum, &c. Et in hac significatione, substantiæ nihil est contrarium. Et ratio est quam in expositione literæ infini-

Album quale significat.

Contrarietas

nuauimus: quia substantiæ non recipiuntur in subiecto. Et præterea quia substantiæ non se mutuo corrumpunt nisi mediatis qualitatibus. Quapropter contrarietas per se primo conuenit qualitatibus: & ratione illarum conuenit substantiæ. Vnde elementa non sunt sibi contraria nisi ratione qualitatum quas habent contrarias. Ad primam confirmationem respondetur, quod forma dicitur contraria priuationi non proprie: quia priuatio, vt non homo, non est aliquid positivum: sed improprie quia priuatio & forma sunt successiue circa eandem materiam: ignis enim nõ fit ex igne, sed ex non igne. Quod si arguas, quod formæ substantiales etiã se expellunt circa eandem materiã: vt forma ignis, & forma aquæ, ergo sunt proprie contrariæ, negatur cõsequencia, quia non se expellunt per se, sed ratione qualitatum, eo. n. quod ignis per calorem depellit frigiditatem aquæ, subsequenter corrumpit formã. Ad secundã cõfirmationem respondetur quod differentiæ oppositæ diuisiue generis non proprie contrariæ, postquam non se expellunt circa idem subiectum quippe cũ fieri nequeat, vt idem animal nõ sit rationale & postmodum irrationale, sed dicuntur contrariæ, quia vna est quodammodo alterius priuatio. Cũ enim species eiusdem generis sint perfectione inæquales, perfectissima quæ est aliarum mensura, censetur vt habitus, & reliquæ imperfectiores habent se vt priuationes eius: & ideo prima explicatur nomine positiuo, rationalis & reliquæ omnes nomine priuatiuo irrationalis. Ad primam partem quinti argumenti de anima rationali respondetur non esse mentem. S. Thom. nec potest esse alicuius philosophi, quod anima secundum suam essentiam recipiat magis & minus, nec sit vna essentialiter perfectior alia: quando quidem oes sunt eiusdem speciei. Sed tamẽ quod S. Tho. locis citatis & philosophi cõcedunt est, quod vna anima potest esse perfectior in vno quam in alio indiuidualiter ex parte corporis, quia cum anima sit actus corporis, debent ambo habere proportionem, vt in corpore melioris complexionis sit anima quodammodo melior iuxta illud secundo de anima textu. 6. 4. Molles carne, mente sunt aptiores. Hoc tamen dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod vna anima sit in seipsa perfectior quã alia: veluti vnus homo est maior aut pulchrior alio. Et hoc modo censet Caietanus loco citato prima parte vnã animam esse perfectiorem alia vbi ait, cæcos esse qui hoc non vident. At ingenue fateor me esse in numero horum cæcorum, qui nunquam intelligere potui quomodo animas eiusdem speciei potuerit Deus facere inæqualiter perfectas: nam in perfectione essentiali non potest esse inæqualitas. Sunt enim species in hoc sicut numeri, quod earum perfectio consistit in indiuisibili, vt habetur. 8. metaphysic. textu. 10. Quod si sit perfectio accidentaliter, hoc non potest esse aut ratione intensio in subiecto, vt vnus est magis calidum quam aliud aut ratione extensionis, vt vnus corpus est maius quam aliud, aut ratione dispositionis partium vt vnus est pulchrius alio, aut propter aliam similem dispositionem accidentalem, vt colligitur ex Aristotel. 7. Physic. textu. 2. 9. vbi ait, quod comparatio non fit nisi in specie specialissima, quæ essentialiter est eadem in suis indiuiduis, sed accidentaliter variatur: hæc tamen accidentalis variatio in anima intelligi non potest secundum seipsam seclusis habitibus, & actibus intellectus & voluntatis. Alio ergo modo intelligitur, quod vna anima est perfectior alia: quia videlicet potest meliores actus producere tam spirituales, quam corporeos, propter meliora instrumenta & sensus & alia organa corporea quæ illi contingunt ex meliori dispositione corpo-

Vna anima perfectior alia.

Duplex subiectum.

corporis. Et in hoc sensu concedendum est, quod vnus homo est perspicacior ingenij quam alius, aut quod anima Christi fuit perfectior quacunque alia creata. Neque per se temperatissimam corporis compositionem fuerit sortita. Non loquimur de dotibus eius, tam intellectus quã voluntatis, sed de nuda essentia animæ. Vnde nõ sequitur, quod anima recipiat magis & minus. Imo nec secundum Caietanum id sequitur: quia perfectio illa quam anima sortitur in sua creatione non variatur postea, etiã si corporis cõplexio mutetur. Sed de hoc alias. Ad secundã partem argumenti respondetur, quod opinio illa Cõmentatoris non tenetur, nec est ad mentem philosophi. Censet enim elementa manere in mixto, neque omnino secundum esse cõpletum quod habet separata, neque tantum secundum eorum qualitates, sed medio modo, puta secundum suum esse substantiale, inesse tamen remisso. Itaque putat, quod essentia elementorum temperantur, & remittuntur in cõpositione mixti ad modum quo albedo & nigredo remittuntur in mixtione coloris viridis aut rubei. Et ita glossat istum locum Arist. (s. substantiã non suscipere magis & minus) quod intelligatur de substantijs perfectis & mixtis. Sed re vera hoc est ad libitum peruertere doctrinam Arist. Nam cum elementa sunt simpliciter substantiæ, non possunt esse in subiecto sicut accidentia: & per consequens, nec intendi nec remitti: sed manent in mixto tantum modo virtualiter secundum suas qualitates, puta calorem, frigiditatem, humiditatem, & siccitatem. Ad tertiam partem argumenti patet responsio, ex his quæ diximus capit. 4. Natura enim generis nõ suscipit magis & minus: sed quia natura. v. g. animalis non est alia natura speciei, sit quod esse animal in homine sit perfectius quam in equo: non propter intensiorem, sed propter differentiam specificam: quia natura animalis & hominis in Petro sola ratione differunt. Ad vltimum argumentum respondetur, quod Arist. loquitur de substantia quæ est in prædicamentis: Deũ autem iam diximus non esse in prædicamento nihil enim est in illo, aut mutabilitatis aut potentia. Intelligentias vero negamus non posse recipere contraria: nam in intellectu suapte natura possunt recipere verum & falsum, & in voluntate, bonum & malum: non tamen possunt recipere contrarium, quod tendat ad corruptionem, aut generationem. Idem dicimus de cælo, quod non potest hoc modo recipere contrarium, sed nihilominus in cælo distinguimus, dextrum, & sinistrum & secundum partes habet motus contrarios: nam pars quæ modo mouetur in orientem, postea mouetur in occidentem: quoniam secundum se totum cælum nõ habeat motus contrarios. Ad aliud de forma respondetur, quod eo modo quo forma est subiectum, recipit contraria: puta tanquam subiectum quo (vt diximus de quantitate) quare habitus inest intellectui & animæ, sed hoc tanquam intelligenti. Animæ vero separata quæ habet modum substantiæ possunt inesse successiue contraria. Ad secundam partem antecedentis eiusdem argumenti respondetur, quod suscipere contraria stat dupliciter: vno modo tanquam subiectum quo: & hoc conuenit superficiæ & lineæ. Alio modo tanquam subiectum quod & hoc est proprium substantiæ. Volo dicere, quod superficies non suscipiet albedinem, nisi quia substantia sustentat illam: nec linea fiet curua aut recta, nisi quia ferrum vbi est linea recipit curuitatem, & rectitudinem. Recipiuntur tamen huiusmodi accidentia mediante quantitate. Ad cõfirmationem respondetur, quod oratio aut iudicium per hoc quod mutatur de veritate in falsitatem, solum auerit & acquirit respectum nouum: est. n. veritas ad æquationem signi ad signatũ: & Arist. loquitur de contrarietate proprie,

quæ est rerũ absolutarũ. Eodẽ modo respondetur de actio ne, quod eadem actio numero in esse naturali, potest mutari de bona in malam moraliter: non tamen per mutationem legis aut temporis. v. g. cœnare carnes feria quinta in medio noctis ante duodecimam est bona actio: & post duodecimã est mala actio propter mutationem temporis prohibiti. Et lectio hæc mea quæ modo est bona, fieret mala si prohiberetur.

DE QUANTITATE. CAP. VI.



Vatum autem partim est continuum, partim discretum: & partim ex habentibus positionem in partibus, partim est non habentibus constat. Atque discretum quid est, vt numerus atque oratio: continuum autem, vt linea, superficies, & corpus: & insuper præter hæc tempus & locus. Partium enim numeri nullus terminus communis est, quo ipsæ copulantur, ceu quinque & quinque si sint denarij partes, nullo cõmuni termino copulantur: sed sunt seiuncta. Similiter tria & quinque cõmuni termino nullo copulantur. Neque omnino fit, vt numeri partium terminus communis vllus sumatur, sed semper partes seiunctæ sunt: quare discretum numerus est. Similiter & oratio discretum esse videtur: nam quantum ipsam esse ex eo patet, quia longa breuique syllaba mensuratur. Eam verò orationem dico, quæ fit cum voce: etenim nullo partes ipsius cõmuni termino copulantur: neque enim terminus communis vllus est: ad quem syllabæ coalescunt: sed quæque per se sunt seiunctæ. Linea vero cõtinuũ est sumi, nãque cõmuni terminus, quo partes lineæ copulantur, punctum potest: itidẽ vt superficiæ lineæ. Plani namque partes cõmuni quodã termino copulantur. Similiter & in corpore sumere alsignareque lineã superficiẽ ve cõmunẽ terminũ potes, quo partes corporis copulantur. Porro autem & tempus & locus generis huius sunt: tempus enim præsens cum exacto futuro que copulatur. Rursus & locus continuus est: corporis enim partes, quæ quidem aliquo cõmuni termino copulantur, locum occupant: igitur & loci partes, quas quæque pars corporis occupat, eodẽ sanẽ termino copulantur, quo copulantur & partes corporis. Quare locus etiã continuus erit, quippe cũ partes ipsius vno cõmuni termino copulantur. Text. ij. Præterea partim, vt diximus, ex habentibus positionem partibus, partim est non habentibus constat: nam lineæ quidem partes positionem habent: quæque enim ipsarũ alicubi sitũ habet: atque

Lo. Do. Soto. G 3 qua



quâ in parte plani quæq; sita est, quæq; cū parte copulatur, sumere assignareq; potes. Similiter & plani partes positione quâdã nimirũ habent: simili nanque modo quæque partiũ ubi iacet, quæq; cū parte copulata est, assignabitur. Partes enim solidi loci ve positionem idẽtẽdẽ habent. At in numero nemo demonstrare partes ipsius positione quã habeant, aut ubi sint sitæ, aut quæ quibuscũ copulentur, põt. Nec itẽ in tempore: nulla enim pars temporis permanet: quod autem nõ permanet, id quonam pacto positionem habebit? Sed ordinem habere potiũs dices, ppter ea quod hæc pars sit prior tẽporis hæc posterior. Et in numero simili modo: ex eo planẽ, quia prius vnũ q̃ duo, & duo q̃ tria, & tria q̃ quatuor numerantur. Atque hoc quidem pacto ordinem quendam habent, positionem autem ipsarum non utique sumas. Oratio quoq; similiter sese habere videtur: nulla enim ipsius pars permanet: sed iã quæ dicta est, præhendi amplius non potest. Quare partiũ ipsius positio sanẽ nõ erit, cum nulla prorsus permaneat. Quæ cum ita sint, patet, partim ex habentibus positionem partibus, partim e non habentibus positionem constare. Text. iij. ¶ At qui hæc sola quæ dicta sunt, proprie quanta dicuntur, cetera verò vniuersa p accidens. Ad hoc. n. aspiciẽtes, & cetera quanta dicimus: velut albũ, ex eo multũ dicif, quia multa superficies est: & actio lõga, motus ve, quia tẽpus est longũ: nõ enim per se vnũquodq; horũ dicitur quantum: Etenim si quispiam quanta nam sit actio assignauerit, tempore sane ipsam definiet, biẽnem dicẽdo, aut triẽnem esse, aut alio simili modo. Et album etiam quantum fit si assignauerit, superficie nimirum definiet: quãta enim est superficies, tantũ decet & album esse. Quare ea sola quæ dicta sunt, proprie & per se quãta dicuntur: ceterorum vero nihil per se, sed per accidẽs dicitur quantum. Text. iij. ¶ Præterea quantitati nihil est contrarium. In definitis enim quãtis nullã omnino contrarietatem esse, patet: ceu bicubito, aut tricubito, aut superficie, aut alicui tali: nihil est illorum omnino cõtrariũ. Nisi quispiã pauco multũ, aut paruo magnũ dixerit contrariũ esse. ¶ At horũ nihil est quantum, sed potiũs ad aliquid. Nihil enim per se magnũ vel parũ dicitur, sed ad aliud sane refertur: ceu mõs quidẽ paruus dicif, miliũ aut magnũ: ppter ea q̃ hoc maius, ille minor hisce quẽ generis eiusdẽ sunt, existat. Ad aliud igitur est ipsorũ relatio: nã si parũ quicquam magnũ ve per se diceret, nõquã mons quidem paruus, miliũ vero magnũ utique dicatur. Rurſus in pago quidẽ multos homines, Athenis au

tem paucos dicimus esse, qui tamen lõgẽ sunt illis plures: & in domo quidẽ multos, in teatro verò paucos, qui quidẽ & ipsi multo sunt illis plures. Præterea bicubitum quidẽ atq; tricubitum, & talium vnũquodque quantum significat, magnum autem & parũ, quãtũ nõ significat, sed magis ad aliquid. Alterius enim contemplatione magnum paruumque intelligitur. Quare patet, hæc ex his esse, quæ ad aliquid sunt. Præterea siue quanta hæc quispiam esse ponat, siue non ponat, nihil est ipsis contrarium: quod enim per se ipsum sumi non potest, sed ad aliud semper refertur, ei quonã pacto contrarium quicquam fuerit? Præterea si magnum ac paruum contraria sunt, fiet ut idẽ contraria simul suscipiat, & eadem sibi ipsis cõtraria ut sint. Fit. n. interdum, ut magnum atque parũ sit idem. Est enim ad hoc quidẽ parũ, ad aliud vero magnũ: quare fit, ut idem eodem tempore magnũ sit atq; paruum. Quod si hæc cõtraria sint, idem profecto contraria simul suscipiet: at nihil videtur simul suscipere cõtraria posse: substantia nãque susceptrix quidem contrariorum esse videtur, nõ tamen valet simul atque ægrotat quisquã neq; simul album est quicquã atque nigrum, neque ceterorũ quicquam quod quidẽ cõtraria suscipiat simul. Fit etiam, ut ipsa sibi ipsis contraria sint. Nã si magnum cõtrarium paruo est, cũ idem corpus & magnũ sit & paruum eodem tempore: maxime sequens videtur quoque ipsum sibi contrarium fateamur. Sed ut quicquam sit ipsum sibi contrarium, fieri nequit. Ergo nec magnum paruo contrarium esse potest, neque pauco multum. Quare & si quispiam hæc non ad aliquid, sed quanta esse dicet, contrarium tamen nullum prorsus habebunt. Maxime autem quantitatis contrarietas vertari circa locũ videtur. Supernum enim infero contrarium ponunt, locum qui est in medio inferum esse dicentes: propterea quod medij ad fines ipsius mundi distantia, maxima est. Ceterorum quoque definitionem contrariorum, ab his afferre ac assignare videntur. Quẽ nanque plurimum inter se sub eodem genere distant, ea contraria esse dicunt. Text. v. ¶ Porro autem, quãto magis ac minus esse nõ competit, ut bicubito: nõ est enim aliud alio bicubitum magis: neque in numero, ut tria magis quam quinque, tria vel quinque cõtra ve dicantur. Neque tempus aliud alio magis tempus dicitur: neque in eorũ vllõ omnino quæ dicta sunt, magis minus ve dicitur. Quanto itaq; nõ magis ac minus esse competit. Text. vj. ¶ Propriũ autem quantitatis est maxime, æqualitas & inæqualitas, ut hoc æquale

æquale vel inæquale vnũquodque eorum quæ rationem quantitatis subeunt dicitur, ut corpus æquale ac inæquale, & numerus & tẽpus æquale inæquale ve similiter dicitur, & de ceteris quæ iam dicta sunt, simili modo. Reliqua vero quæ non sunt quanta, non omnino æqualia ac inæqualia videbuntur: veluti dispositio æqualis inæqualis ve non omnino dicitur sed similis potiũs atque dissimilis: & album itidem æquale inæquale ve, non omnino sed simile dici atque dissimile solet. Quare quantitati maxime proprium erit, æquale ac inæquale vt dicitur.

Ordo prædicamentorũ.

Proximum substantię prædicamentum est quantitas: quod sicut forte dubitatio subierit, quod prædicamentum qualitatis quantitati fuisset præferendum: eo quod qualitas (vt capitul. 4. dicebamus) se quitur formam, quantitas vero consequitur materiã: & forma dignitate excellit materiã: item quia qualitas conuenit perfectissimis substantijs, puta intelligentijs, quibus repugnat quantitas. Respondetur, quod Aristoteles non tam considerauit ordinem dignitatis, quam ordinem substantię: exorditur enim considerationem prædicamentorum à prima substantia, quæ est omnium subiectum: & post substantiam subiectum omnium aliorũ accidentium est quantitas, nam omnia corporalia accidentia insunt substantię mediante quantitate: & ideo quã ratione primam substantiam prætulit secundam prædicamentum quantitatis anteposuit ceteris omnibus.

hanc dimensionem corpoream & lineam superficiem corpus & longum & latum & profundum

Quantitas substantię est millima.

Partitio.

¶ Secunda ratio est: quia inter omnia accidentia quantitas est quæ prius conuenit substantię corporeæ, ratio enim corporis consistit in hoc quod est habere trinam dimensionem: ratione cuius corpus est subiectum ceterorum accidentium: & quia cognitio nostra incipit à substantia corporea, ordine congruo quantitas proponitur reliquis prædicamentis. ¶ Et præterea, quia quantitas est substantię omnium accidentiũ similissima: recipit enim per se diuisionem sicut substantia: & ratione quantitatis numeramus supposita, & in sacramento altaris quãtitas vice substantię sustinet accidentia reliqua: & quantitati conueniunt passionẽs substantię, nempe non habere contraria, non suscipere magis & minus. In summa, quã ratione Aristoteles. i. Physic. prius disputauit de materia quam de forma, prius hic agit de quantitate quam de reliquis accidentibus. ¶ Atqui capitulum hoc sextum: uti præcedens in duo membra secatur. In primo de numerat Aristotel. exponitque species quantitatis, & in secundo subdit eius proprietates. Primum membrum tres habet textus iuxta tres diuisiones quantitatis & secundum tres item, iuxta tres proprietates eius, vnde totum caput per sex distribuitur textus. ¶ Tres sunt diuisiones quantitatis. Prima est (quam Aristoteles non explicat, sed supponit) in per se & per accidens. Secunda est quantitatis per se in continuam & discretam: & tertia quantitatis etiam per se, in positionem habentem, & non habentem positionem in continuo. In primo textu tractat secundam diuisionem: & in secundo tertiam: quæ sunt omnes per se quantitates: & in tertio subdit ea quæ sunt quanta per accidens.

Proponit ergo, quanti aliud

continuum aliud discretum: & aliud quidem ex partibus constat positionem ad se inuicem habentibus, & aliud ex non habentibus positionem. Proferat ambas diuisiones: simul: quia nec coincidat, cũ ex cõtinuis aliquod habeat positione & aliud nõ habeat: nec rursus secunda est subdiuisio alicuius membri prioris diuisionis: quia secundum membrũ. f. nõ habere positionem, includit omnẽ quantitatem discretã & aliquam continuã, ut quã primũ videbimus. Præposuit vero diuisionem in continuum & discretũ, quia illa est generis in species, aliã vero est subiecti in accidentia, vel quia habere positione supponit partes esse cõtinuas, & addit aliud, ut statim dicituri sumus. ¶ Et textus iste habet particulas quatuor. In prima proponit diuisiones & cõnumerat species vtriusque membri prioris diuisionis. Aut enim quantitatis discretæ duas esse spẽs, quæ sunt, numerus & oratio, sed quantitatem continuum habere quinque species, quæ sunt: linea, superficies, corpus, & præterea tempus & locus. Ad cuius intelligentiã notandum est, quod esse quantitatis, est esse mensurã substantię, sed potest quantitas esse mensura substantię, aut intrinseca. i. formaliter in hærens substantię, aut extrinseca. i. adiacẽs substantię. Atqui ea quæ metimur, aut sunt cõtinua, aut discreta, & rursus aut sunt permanentia, aut successiua. Discretorum ergo permanentium mensura est numerus, successiuorum vero est oratio. Continuatorum autem permanentium sunt tres species intrinseca, puta linea, superficies, & corpus, & vna extrinseca videlicet locus, at continuorum successiuorum mensura extrinseca est tempus. ¶ Vnde septem species quantitatis colliguntur, quinque intrinseca: vt numerus, oratio, linea, superficies, & corpus: & duæ extrinseca puta, tempus & locus. Rurſus, duæ discretorum, scilicet numerus & oratio, & reliquæ quinque continuorum. Atque adeo quinque permanentium, puta, numerus, linea, superficies, corpus, & locus: & duæ successiuorum, puta tempus pro continuis, & oratio pro discretis. Hinc fit punctum & vnitatem non esse quantitates, sed principia quantitatis. In secunda particula textus descendit Aristoteles ad singulorum enarrationem. Et quanuis in propositione diuisionis continuum prætulit discreto, hic tamen vice versa prius narrat discretũ quã continuum. Nec casu id putes, sed cõsulto factum. Nã quãtum ad rõnem essendi cõtinuum est prius discreto: quia (vt author est Arist. 3. Physic. text. 68.) ex diuisione cõtinui fit numerus: & ideo nos prius cognoscimus cõtinuum quã discretũ: ut puta vnam rem quam plures: & hac ratione proposuit prius cõtinuum quã discretũ. Attamen si cõsiderentur huiusmodi quantitates in ratione mensuræ (quemadmodum hic cõsiderantur) numerus præcedit quantitatem cõtinuã nam (vt docet Arist. 10. Metaphy. text. 1. vnitati, quæ est principium numeri, primo & maxime conuenit esse mensuram, quia mensura est id quod est indiuisibile (qualis est vnitatis) quam ob rem continua ipsa vnitatis multuplicatis metimur: vt pannum vlnis. ¶ Exponit ergo in hac secunda particula Aristoteles quomodo numerus & oratio sint quantitates discretæ. ¶ Et numerum quidem non probat esse quantitatem, sed tanquam manifestum præsupponit: exponit autem eum esse quantitatem discretam. Est enim discreta quantitas illa cuius partes non copulantur vno termino communi: Ad cuius euidentiã notandum est, quod partes copulari ad vnũ terminum commune, est quod idem numero sit terminus vtriusque partis. Exempli gratia. In linea quodcunque medium punctum designaueris, illud idem est terminus vtriusque partium in illud concurrentium, & hac ratione linea est continua: quod si lineam incidas tunc Logi. Do. Soto. G 4 aliud

Septem spẽs quantitatis.

Vnitatis est prima mensura.

Copulari termino communi.



aliud punctum terminat unam medietatem & aliud reliquam, & hac ratione partes incise sunt quantitas discreta. Nec refert punctum esse re distinctam a substantia nec ne: quia verba Arist. intelligi non possunt nisi punctis & lineis & superficiebus indivisibilibus aut assertis aut per intellectum fictis. Ad hoc enim propositum dicit. 2. Ph. qd abstrahentium non est mendacium. i. cōsiderantium lineam, ut distinctam à superficie, & superficiem ut distinctam à corpore. Numerus igitur est quantitas discreta: quia quinque & quinque quæ sunt partes denarii nullo termino copulantur qui sit utriusque partium cōmunis: nã partes illæ se iunctæ sunt. ¶ At vero de oratione, quia utriusque est obscurum, utriusque manifestat Arist. 2. q oratio sit quantitas, & q sit quantitas discreta: loquitur enim de oratione vocali, quæ est ens successivum. Et q sit quantitas probat hac ratione. Longum & breve est passio quantitatis sed syllaba est longa & brevis: (si enim dicas, temporis prima syllaba tantum cōsumit tempus, quantum ab se sequentes) ergo oratio quæ constat ex syllabis est quantitas. Quod vero sit quantitas discreta, probat: quia partes distictionis nō copulantur uno termino cōmuni, sicut nec partes numeri: si enim dixeris, dñs, tres distinctas syllabas protulisti. Quod si quis arguat, Arist. potius probare syllabam esse quantam, quam esse quantitatem, respōdet satis esse p̄basse, qd vel syllaba est quantitas distinguatur vel habet quantitatem: nō. hic disputat an quantitas distinguatur à re quæta. ¶ In tertia particula ostēdit Arist. tres species quantitatis cōtinuæ, quæ sunt, linea, superficies, & corpus. Ad cuius expositionem adnotandum est, solas esse tres dimensiones in corpore quas mathematicorum more sic est intelligere. Si punctum indivisibile (qualem cuspidem acus demus) super planam superficiem cogitatione deduxeris, vestigium restat divisibile secundum longitudinem, & secundum latitudinem, indivisibile, qd appellatur linea. Quod si lineam versus latus rursus traxeris, superficies restat longa & lata, sed non profunda. At si superficiem sursum leuaveris, restat corpus, longum, latum & profundum. Non quod corpus ex his indivisibilibus constet contra doctrinam Aristotelis. 6. Phisic. sed quod isto modo imaginari possumus huiusmodi quantitates. Ait ergo Arist. q linea est quantitas cōtinua eo q partes eius uno cōmuni termino copulantur qui est punctum: & eadem ratione superficies cuius partes copulantur lineam, atque adeo corpus cuius partes copulantur superficie. Vbi id cōsiderandum est, quomodo punctum nō est quantitas. ¶ In quarta & postrema particula huius textus cōcludit Arist. q etiam tempus & locus sunt quædam quantitates cōtinuæ: sunt enim extrinseca mēsurā substantiæ, locus quidem est mēsurā magnitudinis corporis: nam tanta est magnitudo quātus est locus quo continetur: & tempus est mēsurā durationis rei. Et probat tempus esse quantitatem cōtinuam: quia partes temporis, ut præsens præteritum, & futurum, copulantur uno termino cōmuni sicut linea. ¶ Ad cuius notitiam notandum est, q quemadmodum partes lineæ cōtinuantur per indivisibilia puncta, ita partes temporis per indivisibilia instantia: & partes motus (qui tempore mēsurant) copulantur per indivisibilia quæ dicuntur, mutata esse. An vero sint accidentia distincta à substantia, q. 2. ut cuiusque dicturi sumus. Quod si quis arguat nullum esse tempus præsens, quia nihil temporis potest esse præsens nisi solum instans, respōdetur quod cum Arist. modo rem nō tractet metaphisicè, sed dialecticè, loquitur de tempore secundum publicam vocem grammaticorum: apud quos distinguitur tempus, in præsens, præteritum, & futurum. Tempus ergo est quantitas: quia instans præsens unicū,

est terminus præteriti temporis & futuri: est enim ultimum instans præteriti, & primum futuri, utrunque tempus coniungens. ¶ Secundo probat, locum esse etiam quantitatem cōtinuam. Et q sit quantitas præsupponit unum: nam cum sola corpora quanta sint in loco, fit ut locus sit quantus, quemadmodum & locatum: sed quod sit continua quantitas probat, quia partes loci, quemadmodum & partes locati, cōtingantur termino cōmuni. v. g. si concavum superficiem vasis aqua pleni cōferas cum superficie convexa aquæ, cuiusque puncto superficiem aquæ intelliges respondere in eodē situ aliud punctum superficiei vasis. Et hoc est quod dicit Arist. partes loci eodē termino copulari, quo partes locati. Nō enim intelligit eodē numero (ut multi falso putant) nã cū sint superficies distinctæ, & tantum cōtingunt, nō p̄ sunt partes utriusque eodem numero termino copulari: sed eodem intelligit. i. in eodem situ. Textus. 2. ¶ In secundo textu qui incipit, Præterea partim, & c. explicat Arist. membra secundæ distictionis. Ad cuius intelligentiam notandum est, quod positio, dupliciter accipitur, uno modo ut dicit ordinem & habitudinem partium in toto in ordine ad locum, ut stare, sedere, iacere, & hoc est unum ex sex ultimis prædicamentis. Alio modo accipitur, ut dicit ordinem partium in toto in inter se, quod est esse sursum, aut deorsum, ante vel retro, dextrorum vel sinistrorum. Has. n. sex differentias positionis distinguit Arist. in de animalibus, & 2. de cælo te. 1. 2. Vnde partes quantitatis habere positionem est ut possimus inter eas designare, quæ sit superior, aut anterior, aut dexterior. ¶ Ad quod duæ sunt requisitæ conditiones, requiritur enim & quod partes sint continuæ, & præterea quod sint permanentes: nec opus est addere tertiam, puta ordinem (quæ quidam addunt) quia ordo statim consequitur ex his duabus conditionibus, nec deficit ordo, nisi ex defectu alterius istarum duarum. Et dicere, quod requiritur ordo, est dicere quod requiritur positio partium, quod est idem per idē exponere. Exempli gratia. Partes lineæ, & partes superficie, & partes corporis, habent inuicem positionem, quia sunt & continuæ, & permanentes: possumus enim inter partes lineæ assignare, an & retro, si sit an pedes iacens in rectum deducta: & inter partes superficie, assignabimus præter hæc, dextrorsum & sinistrorsum, ac demum inter partes corporis, oēs discernemus dñas positionis. At vero numeri partes non habent positionem ex defectu prioris cōditionis, quæ vel partes numeri termino cōi non copulatur, vñ statim sequitur, nō habere ordinem secundum sursum aut deorsum, aut ante & retro: nã numerus denarius nō dicit, nisi decē res distinctas: nec de se dicit, q hæc sit ante illā nec supra illā. ¶ Neq; partes temporis habent positionem ex defectu secundæ cōditionis: quæ vel nō sunt permanentes. Vñ pariter sequitur nō habere ordinem ut possimus in tempore signare quæ sit pars superior aut inferior. & c. Subiūgit vero Arist. q tã partes temporis q numeri habent ordinem nō quidē positionis, sed prioris & posterioris ut præteritum est prius præsentis, & præsens futuro, atq; binarius est prior ternario, ternarius quaternario. Tamēti partes prioris temporis per metaphoram solemus etiam appellare superiores, quādo dicimus superioribus temporibus hoc aut illud cōtingisse. ¶ Hinc sequitur quod partes orationis non habent positionem ex defectu utriusque cōditionis, quia nec sunt continuæ nec permanentes. Partes vero loci positionem habent sicut partes locati. Atque adeo ex septem speciebus quantitatis quæ sunt quantitates continuæ habent positionem, sed ambæ discretæ, & tempus positione caret, nec solum partes cōtinui permanentis, sed puncta quibus continuantur habent

Oratio.

Tresdimensiones.

Tempus.

Locus.

Positio.

habent etiam positionem puta sursum deorsum, & c. nam Arist. 5. Meta. tex. 1. 2. hanc differentiam ponit inter punctum quod est principium quantitatis continuæ, & vnitatem, quæ est principium numeri, q punctum habet positionem: vnitatem vero non. Text. 3. In tertio textu qui incipit. Atqui hæc sola, & c. post enuntiationem quantitatis quæ sunt quantitates per se, addit ea quæ sunt quanta per accidēs. Quæta p accidēs sunt illa quibus nō cōuenit ut sint mēsuræ de per se, sed mēsuratur aliquo isto rum enumeratorū. Et ponit exemplum in prædicamento qualitatis & in prædicamento actiōis, dicit enim q album dī multū de per accidēs, quia superficies super quā extēditur est multa: & actiō lōga aut motus, quia tempus durationis est longum, ut longa lectiō, longus cursus.

Text. iiii. In textu quarto qui

incipit, Præterea quantitati, subsequitur scđm membrum huus cap. in quo tres enarrantur proprietates quantitatis. Prima est q quantitati nihil est contrarium. Atqui textus iste tres cōtinet particulas. Primo manifestat hæc proprietatem in speciebus determinatis quantitatis: ait enim manifestum esse bicubito & tricubito, nihil esse cōtrarium: sicut nec lineæ, aut superficie, aut corpori. Et eodem modo potest esse exemplum in quantitate discreta: ternario enim, aut quaternario nihil est contrarium. Neque id probat Arist. sed tanquam notum relinquit exemplum in superiori cap. vbi dixit hanc proprietatem non soli substantiæ convenire, sed etiam quantitati. In cuius expositione eadem ratione explicuimus quantitati nihil esse cōtrarium, quia substantiæ ipsi nihil est contrarium. ¶ In secunda particula Arist. subdit obiectionem quam illic etiam subdiderat: quia apparet magno contrariari paruum, & multis pauca, quæ videntur esse species quædam quantitatis: sed latius respondet quā illic, dat enim solutiones duas. Primo negat has esse quantitates: & secundo eo admissio negat esse contraria: ait enim magnū & paruum, multum & plura, esse potius nomina de prædicamento ad aliquid. Et probatio stat in hoc, q magnum & paruum, non significant simpliciter & absolute quantitates certas: magnum enim non dicit certam quantitatem, sicut bicubitum, aut quantitatem mille cubitorum: sed magnum significat excessum respectu alterius, sicut granū milij dicitur magnum, in genere suo: & mons dicitur parvus, in ratione montis: & in pago sunt multi vicini, quia excedunt quantitatem iustam pagis: & Athenis pauci, quia non adæquant iustam quantitatem civitatis, atqui significare excessum pertinet ad prædicamentum relationis: sicut duplum & triplum: quemadmodum enim duplum dicit certum excessum: ita magnum dicit excessum indeterminatum. Est ergo magnum & paruum, passio quantitatis pertinens ad prædicamentum relationis: diximus nãq; cap. de proprio, q passio vnus prædicamenti ponitur in alio: & hoc est quod dicit hic Arist. q bicubitum quantitatem significat. i. certā speciem quantitatis, ut vero magnū nō significat quantitatem, sed excessum respectu alterius quæ est relatio quantitatis. ¶ Secunda responsio ad obiectionem est, quod etiam si admitteretur hæc significare quantitatem: nihilominus magnum & paruum non sunt contraria. Quod probat tripliciter. Prima ratio stat in hoc: contraria sunt quæ circa idem subiectum mutuo se expellant: sed tamen id quod est magnum respectu alterius non expellit ab eodem subiecto esse paruum: quia stat id quod est magnum respectu vnus esse paruum respectu alterius, ut pagus qui est magnus inter alios pagos, est parvus ut sit civitas. In capite sequenti hoc latius ex-

Magnum & paruum.

plicabitur, quomodo relatio nō expellit relationē oppositam: eo enim q simile nō dicitur absolute sicut calidum, sed respectu, nihil obstat q id quod est simile respectu vnus sit dissimile respectu alterius: & propterea simile, & dissimile non sunt simpliciter contraria: sed cum addito & secundum quid, puta respectu eiusdem. ¶ Secunda ratio est expositio prioris deducendo ad inconueniens. Si magnum & paruum essent contraria, sequeretur q contraria simul conuenirent eidem subiecto quod est contra naturam cōtrariorum: nam idem (ut modo dicebamus) eodē tempore est magnum respectu vnus: & paruum respectu alterius. Vnde prima ratio procedebat a priori: & hæc secunda a posteriori. ¶ Tertia ratio est fere eadem. Si magnum & paruum contrariarentur, sequeretur, q idē esset sibi ipsi contrarium: nã eadē quātitas est excedens & excessa respectu duorum: & per consequens magna & parua. ¶ In tertia particula textus, insinuat Arist. aliam nouā obiectionem contra hanc proprietatem: nã locus species quæ dī est quātitatis, ut supradictum est, & tamen in locis est contrarietas, puta sursum, deorsum. Et probat Aristote. minorem: cuius probatio (quæ subobscura est) sic intelligitur. Contraria sunt illa quæ maxime sub eodem genere distant: & per quorum habitudinem, & respectum, alia inter media opponuntur, ut late probat Aristote. 1. 0. Meta. tex. 1. 3. & infra. v. g. album & nigrum, sunt complete contraria: quia color recedens a nigro nō potest ultra progredi, quam vsque ad album, & viridi incomplete cōtrariatur nigro, quia tendit ad album, & pallidum cōtrariatur magis nigro, quia magis accedit ad album, sed inferius locus, puta centrum mundi, & locus supremus. C. connexum primi cæli: maxime distant in genere quantitatis, ut ipse per maximam lineam, & quarto aliquid propius accedit centro est inferius, & quanto longius ab illo distat, est superius, ut secundo de cælo habetur, ergo centrum terræ, & connexum primi cæli sunt contraria. Itaque non intendit hic Aristote. probare quæcunq; loca, superiorem, & inferiorem, esse contraria, sed specialiter id vult probare de centro terræ & connexo primi cæli, per illam doctrinam, cōtraria sunt quæ maxime distant. ¶ Sed restat dubium cur Aristot. non responderit ad hanc obiectionem, utriū concesserit huiusmodi loca esse contraria, an vero illud negauerit. Respōdetur quod Aristot. non concedit loco in quantum est quantitas, esse aliquid contrarium (hoc enim putabant antiqui philosophi, propter hoc argumentum Aristotelis) sed supponit solutionem lucidam, esse ex his quæ de paruo & magno dixerat. ¶ Ad cuius intelligentiam notandum est, quod locus dupliciter accipitur. Vno modo secundum propriam significationem ut species quantitatis, & hoc modo locus idem, est quod superficies vltima continentis: ut. 4. Phisico. dicitur. In qua significatione loco nihil est contrarium: quia nec dicit sursum esse nec deorsum: sed solum dicit esse mēsuram locati abstrahendo ab esse in hoc vel illo puncto respectu centri terræ. Alio modo accipitur locus pro hoc aut illo puncto respectu centri terræ, & hoc vocat Aristote. vbi quod est unum ex sex post prædicamentis. Et in hac significatione non significat quantitatem aut mēsuram locati, sed esse in hoc aut illo puncto respectu centri terræ, puta magis aut minus distans ab illo, sicut aqua est in inferiori loco, & aer in medio, & ignis in superiori loco: quia aqua minus distat a centro quam aer, & aer quam ignis. Aut propinquus orienti, aut occidenti (quam vocant Cosmographi longitudinem) aut propinquus septentrioni, aut meridiano: quam appellant latitudinem. Et respectu hominis dicitur

Locus.

Locus dupliciter.



hoc esse a dextris, illud vero a sinistris, & isto modo accipiendo pro ubi, aliquid est contrarium. Vnde non sequitur, quod quantitati aliquid sit contrarium: sed ubi quod dicit respectum: sicut quantum magno aliquid esset contrarium, non sequeretur quantitati aliquid esse contrarium: quia magnum non significat quantitatem certam: sed excessum respectu alterius, & est relatum secundum dici, ut capit. 7. & 9. explicabimus. Text. 5. In textu quinto qui incipit, Porro autem, dicitur secunda proprietas quantitatis: nempe quod quantitas non suscipit magis, nec minus: in quo etiam assimilatur substantiæ. Probat hoc inductiue per omnes species quantitatis, quia bicubitum (quæ est species quantitatis continuæ) non suscipit magis & minus, nec enim unum tricubitum est magis tricubitum quàm aliud, nec magis quantum quàm bicubitum: nec vna dies est magis dies quàm alia, nec magis quarta quàm vna hora. Proprietas hæc consequitur ad primam: ut in superiori capite adnotauimus: nam accidentia corporalia a suo simili intenduntur: & a suo contrario remittuntur. Vnde quanto accidens minus habet admixtum contrarij, est intensius: & quanto plus habet mixtionis tanto est remissius. Sed quantitas non habet contrarium, ergo nec est intensibilis nec remissibilis. ¶ Secundo. Intensio & remissio conuenit accidenti respectu subiecti: quia magis aut minus aetuat subiectum, quantitas vero consequitur statim substantiam genitum, ad modum propriæ passionis. Vnde sicut propria passio non suscipit magis & minus, ita nec quantitas. Text. 6. ¶ In textu sexto & ultimo qui incipit, Proprium autem, concluditur tandem tertia & vltima proprietas quantitatis, quæ est proprium eius quarto modo, puta, quia conuenit, omni, soli, & semper: videlicet quod proprium est quantitati secundum eam æquale vel inæquale dici. Quod est dicere: Quantitas per se habet esse æquale vel inæquale alteri quantitati, ut linea per se est æqualis lineæ, & numerus numero, tempus tempori: & reliqua omnia prædicamenta id habent a quantitate, ut si homo est maior cane & minor elephante, & æqualis alteri homini, omnia hæc habent ratione quantitatis. Et eodem modo si duæ actiones sunt æquales, aut inæquales, hoc est ratione temporis quæ est suæ quantitatis, & si albedo vnius folij papyri est æqualis albedini alterius, id est, quia extenditur per æqualem superficiem, sed secundum qualitatem res non dicuntur æquales, album enim in quantum album, non est alteri æquale, sed simile. Et ratio huius proprietatis est, quia proprium est quanti esse mensuram, quod mensura est id quo rerum equalitates, aut inæqualitates metimur.

Quæstio prima.

Vtrum textus quantitatis sit verus.

Aduersus partem affirmatiuam arguitur primo. Quantitas prius deberet in genere definiiri quam diuideretur in species, postquam quantum est genus ad discretum & continuum, ergo inceptum est Arist. in initium. ¶ Et confir. omnis quantitas continua est discreta, ergo non sunt illæ duæ species. Probat antecedens. Discretum est id cuius partes separantur, sed verbum in definitione dicit aptitudinem, ergo idem est discretum quod diuisibile in plures partes, & talis est quantitas continua, ergo. ¶ Et confir. secundo. Ratio quantitatis est esse mensuram substantiæ, ut constat ex vltima proprietate quan-

titatis, sed omnis mensura reducitur ad vnitatem, cui per se primo conuenit ratio mensuræ secundum Arist. 1.º Meta. tex. 2. & vnitatis est principium quantitatis discretæ, ergo quantitas continua reducitur ad discretam, & per consequens non sunt duæ species. ¶ Secundo principaliter arguitur. Accidentia in concreto nõ ponuntur in prædicamento per septimo, sed in abstracto, ergo male Aristote. diuisit quantum in concreto. Probat antecedens. Id per se ponitur in prædicamento, quod est simplex prædicatum. s. simpliciter significans rem illius prædicamenti & ratione cuius alia ponuntur in eodem prædicamento, sed accidens in abstracto significat simpliciter formam accidentalem, in concreto vero significat illam quodammodo compositiue concernendo subiectum, & ideo cõcretum ratione abstracti quod est significatum formale ponitur in prædicamento, ergo abstractum per se primo ponitur in prædicamento. ¶ Tertio principaliter arguitur. In substantijs spiritualibus est numerus, nam decies centena milliũ ministrant Deo, quin etiã in Deo ipso est numerus trium personarum, & tamen illic non est quantitas (cum nihil sit illis materiale) ergo numerus non est species quantitatis. Quarto arguitur. Oratio, si accipitur in mente, est de genere qualitatis, puta habitus vel dispositio, si vero accipitur in voce, ut dicit Aristote. tunc aut accipitur in quantum significatiua, & sic est in genere signi. ut capit. 4. dictum est, aut accipitur in quantum est quoddam ens naturale, & tunc, si oratio est verberatus aer ut aliqui opinantur est in prædicamento substantiæ ut oratio scripta, si vero sit accidens ex reuerberatione productum in aere, tunc est in prædicamento qualitatis. Quod si accipitur ut est quædam actio, tunc est in prædicamento actionis sicut ambulatio, ergo nulla ratione oratio ponitur in prædicamento quantitatis. ¶ Et confir. Quælibet per se syllaba est quantitas continua, ut puta quæ vnico spiritu profertur, & est oratio ergo oratio non est species quantitatis discretæ, vel saltè exemplum posuit in textu de syllaba non est aptum. Quinto principaliter arguitur. Si linea, superficies, & corpus essent species quantitatis, sequeretur quod omnes passiones eorum essent in eodem prædicamento, consequens est falsum, ergo & antecedens. Probat minor, Triangulus, quadrangulus sunt passiones linearum & superficierum, & cubus est passio quædam corporis, nam cubus est corpus constans ex omnibus suis lateribus æqualibus, ut tessera, & tamen cum sint figuræ, pertinent ad prædicamentum qualitatis. Item asperum & lene, sunt passiones quantitatis, nam asperum est superficies dura quæ habet partes subsultantes alias. s. alias prominentes & lene est superficies quæ habet partes æquales, ut speculum & tamen ista pertinent ad prædicamentum qualitatis. ¶ Et confir. Linea infinita qualis ponitur linea gyrataua, aut si imaginaretur linea recta infinita non posset esse mensura ut docet Aristot. 5. Meta. tex. 18. sed de ratione quantitatis esse mensuram, ergo talis linea non est in prædicamento quantitatis. ¶ Sexto arguitur. Philolophus. 5. Meta. tex. 18. enumerat tempus motum & locum inter quantitates per accidens, hic vero connumerat inter quantitates per se licet extrinsecas, ut patet in tertio textu, & illic nihil meminit de oratione, ergo est sibi contrarius. ¶ Et cõfirma. Locus est superficies corporis continentis, ut habetur. 4. Metaph. ergo superficies & locus non sunt duæ distinctæ species. ¶ Et confir. secundo. Locus baculi cuius medietas est in aqua & medietas in aere non est quantitas continua cum aqua non sit continua aeri ergo locus nõ est spēs quantitatis continuæ. ¶ Septimo contra proprietates quantitatis in genere arguitur. Quæ admodum substantiæ

stantiæ, prima proprietas est, non esse in subiecto, & secunda prædicari nomine & ratione de suis inferioribus: ita & cuiuscunque accidenti conuenit esse in subiecto, & prædicari de suis inferioribus nomine & ratione: ut cap. superiori dicebamus, ergo has etiam proprietates debuisse attribui quantitati. Et confirmatur, quia quantitas non solum est similis substantiæ in hoc quod est nõ habere contrarium, nec suscipere magis & minus: sed etiam in hoc, quod quantitas vna numero, recipit successiue contraria (eadem enim superficies modo est alba, & postmodum nigra) ergo diminutus contra Aristote. in assignatione harum proprietatum. ¶ Octaouo contra primam proprietatem arguitur. Longum contrariatur breui, ut per se est manifestum: tamen longum est de prædicamento quantitatis, idem enim est longum quod linea: sicut latum idem quod superficies, apud Aristote. & corpus idem quod longum latum & profundum, ergo quantitati aliquid est contrarium. Eodem modo arguitur de magno & paruo: nam magnum idem est, quod longum, latum & profundum. Vnde si longum est de prædicamento quantitatis, pari ratione magnum. Et confirmatur, quod magnum & paruum sint contraria contra Aristote. in augmentatio & diminutio sunt motus contrarij, ut habetur in post prædicamentis: sed motus contrarij sunt illi qui sunt ad terminos contrarios. 5. Physico. text. 48. & magnum, est terminus augmentationis, & paruum, terminus diminutionis, ergo magnum & paruum sunt contraria. ¶ Et confirmatur secundo. Aequale contrariatur magno & paruo secundum Aristote. 1.º Metaphy. text. 17. tanquam medium duobus extremis: ergo a fortiori magnum contrariatur paruo. ¶ Et confirmatur tertio, quod locus contrarietur loco contra intentionem Aristote. puta accipiendo locum pro superficie continente locatum. Ait enim ipse. 4. Physico. text. 4. & text. 44. quod corpora contraria naturaliter feruntur ad loca contraria, quia habent virtutes conseruatiuas contrarias vt graua mouentur ad centrum, & leuia mouentur sursum: vnde manifeste loquitur de loco conseruante locatum: sed locus hoc modo videtur pertinere ad quantitatem: ergo quantitati aliquid est contrarium. ¶ Nono principaliter contra secundam proprietatem arguitur. Longum est species quantitatis, sicut calidum est species qualitatis: sed sicut per alterationem aliquid efficitur magis calidum, ita per rarefactionem efficitur magis longum: ergo sicut qualitas recipit magis & minus, ita & quantitas. Et id confirmatur, auctoritate Sancti Thomae. 1.º 2.º quæst. 5. artic. 2. ad primum: & secunda secundæ. quæsti. 2. 4. artic. 5. ad primum argumentum, ubi expresse dicit, quod quantitas habet proprium augmentum, sicut alia forme accidentales per modum intensiõis eius in subiecto, sicut patet in his quæ rarefunt. In quam sententiam citat Aristote. quarto Physico. text. 84. ¶ Decimo & postremo arguitur contra vltimam proprietatem. Aequale vel inæquale non est proprium quarto modo quantitatis: ergo male dicit Aristote. illud esse maxime proprium. Antecedens probatur tripliciter. Primo, quia substantiæ id conuenit non solum ratione quantitatis, sed ratione essentiali perfectionis, vnde in quocunq; genere est vna & perfectissima species quæ est metrum & mensura aliarum. Secundo probatur. Quia in prædicamento qualitatis est æqualitas, & inæqualitas secundum qualitatem, duæ enim albedines inæqualiter intensæ sunt quidem similes, sed tamen æquales non sunt, nisi sint æqualiter intensæ. Et tertio probatur antecedens. Quia æquale vel inæquale pertinet ad prædicamentum rationis,

ergo non est propria passio quantitatis. ¶ In contrarium est auctoritas Aristote. Ad quæstionem affirmatiue respondetur Vnde circa primum argumentum adnotandum est, quod prima & per se ratio quantitatis est, esse rationem extensionis, nempe ratione cuius substantia habet partem extra partem, & huic proximum est, quod ratione quantitatis substantia & accidentia corporalia sunt diuisibilia in partes secundum extensionem: cui annexa est tertia proprietas quantitatis quæ est esse mensuram substantiæ, ac demum, ut ratione quantitatis substantia, & res omnes corporeæ sint æquales vel inæquales, finitæ vel infinitæ. Vnde de quantitate tractat Arist. 5. Meta. tex. 19. & hic, sub diuersis tamen rationibus. Nã illic tractat de quantitate secundum eius esse naturale, quod est extensio & diuisibilitas, hic autem tractat de illa in ordine ad substantiam, puta in quantum est mensura substantiæ. ¶ Et ideo illic definit quantitatem in genere dicens. Quantum dicitur quod est diuisibile in ea quæ insunt, quorum vtrumque vel vnum quodque, vnũ quid aptũ est esse. Quod est diuisibile, ad dñam Dei & intelligentiarum, quæ ideo nõ sunt, proprie quantia, quia non sunt diuisibilia. In ea quæ insunt, ad explicandam diuisionem propriam quæritatis. ¶ Vbi adnotandum est, quod corpus tripliciter est diuisibile. Vno modo in elementa quæ non sunt formaliter in mixto, sed virtualiter, in quæ nõ diuiditur nisi per corruptionem mixti. Dicit ergo, in ea quæ insunt. i. in partes quæ formaliter sunt in toto, ad excludendum diuisionem mixti in elementa, quæ non est diuisio quantitatis. Secundo diuiditur corpus in materiã & formã, quæ quidem per se separatæ naturaliter esse non possunt, & ideo ad excludendum hæc diuisionem dñ in definitione. Quorum vtrumque aut vnum quodque vnũ quid esse potest. si diuisio fiat in duas partes, vtraque per se manere potest, et si fiat in plures, quæcunque etiã manet. Et hæc est diuisio secundum extensionem, quæ est propria quantitatis conueniens vnicoe quantitati continuæ & discretæ tanquam genus suis speciebus. ¶ Quod si quis arguat, generalissimum, quale est quantum, nõ definitur, respondetur, quod est hæc descriptio quædam, sicuti esse per se, est descriptio substantiæ. ¶ At vero accipiendo quantitatem in ratione mensuræ, ut hic cõsideratur, cõtinuum, & discretum, nõ cõueniunt in vnaratione mensuræ. Cõtinua enim quantitas metitur magnitudine rei, discreta vero metitur multitudine. Et hæc de causa Arist. nõ definit hic quantitatem in genere, sed statim rem inchoauit ab speciebus, veluti fecit cap. superiori de substantia. Vnde diuersa sunt nomina ad interrogandum & respondendum de mensura cõtinui, & de mensura discreti. Nam de continua interrogamus, quanta sit, & respondemus quod est magna vel parua, bicubita vel tricubita, &c. sed de discreta interrogamus quot entia sunt, & respondemus, quod sunt multa vel pauca vnũ aut plura, quantum de continuo quod est facile diuisibile, qualia sunt liquida, etiam respondemus, quod est multum vel paucum, ut quod est multum aut paucum vinum, ut docet Arist. 1.º Met. tex. 20. ¶ Ad primam confirmationem respondetur, quod satis mirari nõ possum, quia sibi ratione doctores huius temporis persuadere poterint omnem quantitatem continuam esse discretam, dicentes, quod quæritas & quæritas discreta, cõuertuntur, cum Arist. asserat manifeste duas esse distinctas species. Neque definitio illa quam assignant quantitati discretæ, est Aristote. sed illi potius contra Aristote. eam excogitarunt. Nam quantitas discreta secundum Arist. nõ definitur quod sit omnis quantitas diuisibilis in plures partes, sed illa sola

Ratio quantitatis.

Definitio quantitatis.

Definitio in dicto dictatum

Interrogationes quantitatis.

Quantitas continua nõ est discreta.



locantis, & extrinsecus locati. Et his rationibus diuersis pertinet ad diuersas species quantitatis. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur, quoniam aqua & aer continentes baculum sunt duo in genere substantiæ: & superficies earum versus baculum sunt etiam duæ tanquam termini intrinseci aeris & aquæ, tamen in ratione loci sunt vnus locus: quia adæquate ambiunt idem locatum.

Ad septimum argumentum

(quod contra secundam partem textus formatum est) respondetur, quod non esse in subiecto, est proprium quarto modo substantiæ, nulli conueniens accidenti: & ideo connumeratum est inter proprietatem substantiæ: tamen esse in subiecto, non est proprium quantitatis, sed est omni accidenti commune: & ideo non debuit poni proprium quantitatis: at per oppositum extremum colligitur ex proprietate substantiæ. Eodem modo prædicari de suis quidditatiue inferioribus nomine & ratione, quia est omnibus prædicamentis commune, satis est expositum esse in prædicamento substantiæ cui per se primo conuenit hæc proprietates: nam prædicari nomine & ratione, est prædicari nomine & definitione, & accidentia: quia non habent quidditatem ita proprie sicut substantia: nec habent ita proprie quidditatiuam definitionem. ¶ Ad confirmam. respondetur, quod quantitati non conuenit eo modo, cum sit vna numero recipere contraria, quomodo est proprium substantiæ: nam quantitas, non recipit contraria, nisi tanquam subiectum: quo: substantia vero est quæ sustinet accidentia: & quantitas in Sacramento altaris super naturaliter fungitur hæc vice substantiæ. ¶ Ad octauum argumentum respondetur, quod longum vno modo accipitur absolute, & significat dimensionem lineæ: dicimus enim lineam esse longitudinem sine latitudine: & superficiem, latitudinem sine profunditate. &c. & isto modo, longum, est de prædicamento quantitatis: quia nullum dicit excessum nec respectum. Vnde Aristote. 2. de celo text. 1. 2. dicit, quod longitudo animalis est distantia a sursum vsque ad deorsum: & latitudo a dextro in sinistram: & profunditas ab ante retrorsum. Quare, longum, & latum, isto modo non habent contrarium: nam quicquid est diuisibile secundum longitudinem, quantumcumque breuissimum, est longum: sicut quicquid est diuisibile secundum latitudinem, quantumcumque angustissimum est latum. Sed alio modo, longum accipitur vt dicit excessum, & sic non pertinet ad quantitatem, sed ad relationem, & opponitur breui, non simpliciter, sed respectu eiusdem, vt in expositione textus dictum est. Et idem profus dicendum est de magno & paruo. ¶ Nam magnum vno modo accipitur absolute, vt dicit Aristote. 5. Meta. tex. 18. (quod notat illic S. Th. lect. 13.) & isto modo non habet contrarium & pertinet ad quantitatem: & alio modo accipitur respectiue de quo loquitur hic Aristote. tex. 4. ¶ Ad confirmam. respondetur quod magnum & paruum adhuc accipitur dupliciter. Vno modo vt dicit solum quantitatem abstrahendo a quocumque subiecto naturali (vt modo dicebamus, vel absolute, vt pertinet ad quantitatem: vel respectiue vt pertinet ad relationem.) Alio modo accipitur vt dicit terminus rei naturalis. Ait enim Aristote. 2. de anima. tex. 41. quod vnicuique viuientium datus est certus terminus augmenti & decrementi. Procedit augmentatio a minimo naturali vsque ad maximum: & diminutio retrocedit e conuerso. Et inter hos terminos est contrarietas: non quidem in quantum sunt de prædicamento quantitatis, sed in quantum reductiue ponuntur in prædicamento substantiæ, tanquam termini substantiæ. ¶ Quod si quis ad

huc arguat, Bicubitum & tricubitum expellunt se mutuo circa idem subiectum, vt patet in rarefactione ceræ quæ calent: ergo sicut frigidum & calidum contrariantur, ita bicubitum & tricubitum. Respondetur, quod quantitates non augentur, aut minuuntur, aut corrumpuntur, nisi per actionem primarum qualitatum. Vnde sicut diximus elementa non esse per se contraria, sed ratione qualitatum: ita dicendum de quantitate. ¶ Ad tertiam confir. distinguitur de loco sicut modo distinguebamus de magno & paruo. Accipitur enim locus tripliciter. Vno modo vt solum dicit superficiem continentis. Alio modo pro vbi, vt dicit certum respectum ad centrum terræ vel ad aliud punctum fixum. Et primo modo hæcenus diximus pertinere ad quantitatem & non habere contrarium, & secundo modo, diximus habere contrarium, & esse relationem secundum dici. Sed tertio modo accipitur pro loco rei naturalis: vt dicit non solum superficiem continentis, sed virtutem naturalem cõseruatiuam locati, sicut locus radicis arboris est terra, & non aqua: & cauea est locus cõseruatiuus vini. Et hoc modo locus cõtrariatur loco, vt locus ignis, loco aquæ & loci calidorum, locis frigidorum ratione qualitatum cõseruatiuarum. ¶ Ad nonum principale negatur cõsequentiæ: nam magis & minus album accipitur secundum intensiõnem sub eadem extensione, secundum quod albedo magis aut minus actuat subiectum, aut plures aut pauciores habet gradus albedinis: sed tamen magis aut minus longum solum dicitur secundum extensionem. Vnde quæ Aristote. dicit, quod quantitas non suscipit magis aut minus, intelligitur quod non magis aut minus radicitur in subiecto aut non plures gradus acquirat. ¶ Ad authoritatem S. Thom. respondeatur, quod forsitan locis citatis non est legendum, intensiõnis, sed extensionis: quod si legatur intensiõnis, nihil aliud vult sentire S. Thomas, nisi quod quemadmodum qualitas, aliquando augetur extensiuè additione nouæ qualitatis per maius subiectum, vt quando calor successiuè penetrat partes interiores ferri aliquando vero augetur per maiorem radicationem in subiecto sine additione nouæ qualitatis, quod augmentum vocatur intensiõ, ita quantitas aliquando augetur per additionem nouæ quantitatis quemadmodum augetur animal per additionem noui alimenti aliquando vero augetur sine additione nouæ quantitatis per extensionem eiusdem quæ antea erat, vt in rarefactione: in quo habet similitudinem cum intensiõne qualitatis, non tamen quod hæc proprie sit intensiõ. ¶ Ad decimum & postremum respondetur, quod quando Aristote. dicit proprium esse quantitati æquale vel inæquale, intelligit de æqualitate in extensione. Nihilominus adeo proprium est quantitati, æqualitas vel inæqualitas & ratio mensuræ, vt perfectiones substantiæ & intensiõnes qualitatis non dicantur æquales aut inæquales, nisi per similitudinem ad qualitatem: quia omnia mensurantur vnitatibus: nam substantiæ dicuntur æqualiter perfectæ quæ habent eisdem gradus perfectionis, & qualitates sunt æquales in intensiõne, quæ habent eisdem gradus intensiõnis. Quinetiam in diuinis metaphoricè est illic æqualitas, quia metaphoricè est illic quantitas: nam secundum Augustinum 8. de Trinitate. In his quæ non mole magna sunt idem est maius, quod melius. ¶ Ad tertiam probationem antecedentem eiusdem argumenti respondetur communiter, quod æquale & inæquale formaliter significat relationem, tamen fundamentaliter dicit quantitatem. ¶ Nihilominus, ni fallor vtrūque quoddammodo dicit formaliter. Enimvero ratio quæ vnus est æquale alteri certe est quantitas, sicut ratio quæ aliqd est albū est albedo: sed quæ æqualitas non est nisi inter duo extrema, æquale dicit relationem. Et ideo vtrūque cõcedendum

Locus.

Longum.

Magnum & paruum.

cedendum est suo modo formaliter, s. & quæ res formaliter sunt æquales quantitate, & quæ sunt formaliter æquales relatione. Nisi quod quantitas est fundamentum proximæ relationis. Et ideo æquale & inæquale potest poni ratione fundamenti in prædicamento quantitatis (vt diximus capite de proprio) quando quidem quantitas est ratio æqualitatis: & hoc modo mathematici loquuntur de æquali: & nihilominus ponitur in prædicamento ad aliqd, ratione relationis: sicut maius & minus, duplum & subduplum. Tamen hæc ratio sit passio quantitatis.

Quæstio secunda.

Vtrum quantitas distinguatur a re quanta.

Aduersus partem affirmatiuam statim sese offert argumentum illud vulgatum. Frustra est pluralitas sine necessitate: sed oia quæ philosophi de quantitate prædicant, saluari optimè possunt sine distinctione quantitatis a substantia & qualitate, dicendo, quod substantia est sua magnitudo & qualitas item sua: ergo non est huiusmodi distinctio asserenda. Probatur minor. Officium primum quantitatis est (vt hæcenus dictum est) extendere partes substantiæ, & facere eas loco distare vt sint aptæ diuisioni: sed hoc substantia per se habere potest & qualitas per se: ergo intentum. Minor ostenditur. Si quantitas distinguitur a substantia, poterit Deus separata quantitate seruare seorsum substantiam, sicut enim in sacramento altaris seruatur quantitas sine pane potuisset Deus & panem sine quantitate seruare, tunc substantia panis esset vna: ergo habere partes continuas, & distantes loco & situ sicut antea, nam potest Deus illam seruare sicuti erat, atque adeo esset diuisibilis secundum extensionem, & occuparet locum: ergo sine distincta quantitate poterit per se substantia habere quicquid quantitati attribuitur: & per consequens quantitas non est accidens distinctum. ¶ Et confirmatur præterea. Partes substantiæ seipsis vniuntur, vt caput collo, & collum scapulis: ergo seipsis extenduntur. Antecedens probatur, quia partes substantiæ non videntur posse vniri mediante accidenti. ¶ Secundo arguitur. Si quantitas esset accidens distinctum a substantia, sequeretur quod esset subiectum aliorum accidentium, vt asserit ista opinio, & per consequens esset vna numero susceptiua contrariorum: quod est contra Aristotelem superiori capite asserentem, hoc esse proprium substantiæ. ¶ Tertio arguitur. Si quantitas ponitur accidens distinctum, vt faciat partes substantiæ loco & situ distare, sequitur quod in rarefactione, vbi partes magis distant quam prius, noua quantitas acquiritur: nam si per eandem numero quantitatem partes substantiæ, nunc minus, nunc vero magis distarent, idem possemus attribuire substantiæ, vt seipsa haberet partes magis aut minus distantes. Quod autem acquiratur noua quantitas, videtur esse contra Aristotelem quarto Physicorum tex. 84. vbi insinuat, quod in rarefactione nihil nouum acquiritur, sed solæ partes magis extenduntur. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si quantitas distinguitur a substantia & qualitate, sequeretur, quod eadem ratione species quantitatis essent inter se distinctæ, vt puta, punctum, linea, superficies, & corpus: consequens est fal-

sum: ergo & antecedens. Probatur minor: si punctum diuisingeretur a linea, sequeretur, quod esset accidens indiuisibile continuas partes lineæ. Contra quod tripliciter arguitur. ¶ Primo quia accidens indiuisibile non potest esse nisi in subiecto indiuisibili, ergo nec in substantia quam linea sunt subiecta diuisibilia: nec in linea subiectaretur: & per consequens in nullo esset subiecto. ¶ Secundo sequeretur, quod diuisa linea produceretur nouum punctum quod antea non erat: nam vnicum est punctum cõtinuans medietatem lineæ: sed tamen facta diuisione vnus est terminans vnâ medietatem, atque alterum, alterâ. ¶ Et tertio arguitur. Si puncta sint accidentia distincta a linea: Deus tunc poterit separare omnia accidentia a linea: & tunc vel partes lineæ manebunt continuas, & sic puncta sunt superflua: aut discontinuas, & sic continuum erit diuisum in qualibet sui parte: quod contradictionem implicare videtur. ¶ Similia argumenta formari possunt aduersus lineam quæ est indiuisibilis secundum latitudinem, & aduersus superficiem, quæ est indiuisibilis secundum profunditatem: de qua perspicacius procedit secunda ratio cum frangitur baculus: nam tunc duæ restant superficies terminantes partes fractas, cum tamen ante fractionem non esset nisi vnica continuans ambas: & quaritur a quo producta est illa noua superficies, quæ certe non videtur per solam diuisionem posse produci. ¶ De tempore postertiam argumentum fieri, quod non sit accidens distinctum a motu cœli: sed de illo nec locus est hic, nec nobis est animus vsque ad quartum Physicorum dicere. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si quantitas continua esset accidens distinctum: sequeretur pari ratione, quod quantitas discreta, puta numerus, distingueretur a rebus numeratis suisque vnitatibus, videlicet, quod ternarius esset vna forma, & quaternarius alia, &c. sed consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor, quia si ternarius, v. g. Papæ: & imperatoris, & Regis Franciæ distingueretur ab illis, deberet esse in omnibus simul tanquam in subiecto adæquato: est tamen impossibile, quod vna res sit in tribus subiectis distinctis atque adeo distantibus. ¶ Et confirmam. Eadem ratione sequeretur, quod vnitas quæ est principium numeri esset res indiuisibilis, sicut punctum quod est principium quantitatis: consequens est falsum: quia certe in tribus lapidibus non videtur quod aliud sit, quam tres quantitates separate quæ sunt ternarius. Quibus colligitur, quod quantitas non distinguitur a re quanta. ¶ A parte affirmatiua quæstionis videtur stare authoritas Aristote. in hoc capi. vbi loquitur de quantitate tanquam de accidente distincto: dicens quod linea, superficies, &c. sunt per se quantitates: cætera vero non sunt quantitates, nec æqualia vel inæqualia nisi ratione istorum. Et idem latius enunciat. 5. Metaphy. tex. 18.

In hac quæstione quæ prima

mota est de distinctione prædicamentorum operæpretium est in priori articulo de distinctione omnium in genere vnus verbum præfari: & deinde in secundo de cetero demus ad particularem responsonem de quantitate. ¶ Haud nos latet quam sit persuasus difficile, omnia decem prædicamenta sic esse realiter distincta, vt ex rebus multi videntur contendere, nempe quod distinguantur omnia sicut albedo distinguitur a substantia, quam in sacramento altaris sine substantia certo credimus existere. Quinetiam mihi nunquam persuasum erit relationem, & sex vltima prædicamenta hoc modo a substantia esse realiter distincta. Nihilominus, vt citra iniuriam

iniuriam

Fundamen- tum,

iniuriam dixerim hominem alias doctorum, quibusque honorem semper deferam modum loquendi aliquorum Nominalium satis in hac parte probare non possunt: sane qui huiusmodi propositiones concedunt substantia est quantitas, substantia est relatio, sedens est sensio, & similes. Non quod ego sim tati, ut contendam eas omnino repudiare: sed certe quod videntur pugnare, non solum cum doctrina Aristotelis, sed etiam cum communi modo concipiendi. Et ideo excogitandus illis esset modus aliquis quo non concederentur, etiam si negarent omnia prædicamenta esse realiter prorsus distincta tanquam substantiam & colorem. Quocirca statuitur hic conclusio tanquam fundamentum distinctionis prædicamentorum. Nullum prædicamentum formaliter prædicatur de alio nisi prædicatione denominatiua. Quod est dicere: in cœro, substantia est quanta, & qualis, & alba, & similes. Et ita in reliquis vnum prædicamentum prædicatur de alio. Sed tamen in abstracto, substantia: nec est quantitas nec relatio, nec sensio, nec actio, &c. Probatur conclusio. Primum omnium manifestum est, hanc esse intentionem Aristot. 5. Meta. text. 1. 4. distinguentis ens reale in decem prædicamenta: nam metaphysica non est determinis, sed de rebus, cum ergo animus esset illic tractandi de ente, quod est subiectum metaphysicæ, distinxit ens in decem genera rerum omnino diuersa: sicuti qui tractaret de arboribus, distingueret distincta genera arborum: nisi quod ens non dicitur de illis vniuerso. Et ideo apud Aristotelem multo perspicaciores sunt huiusmodi negationes, substantia non est quantitas, substantia non est qualitas, quantitas non est qualitas, substantia non est sensio, non est habitus, &c. quam ista homo non est equus, equus non est bos, &c. ergo qui contrarias affirmatiuas concedit, artem Aristot. palam confundit. Secundo probatur ex eodem Aristote. qui. 5. Meta. text. 1. 2. dicit, ea tantum specie differre quæcunque continentur sub eodem prædicamento: sed ea differre genere, quæ differunt prædicamenti figura. Et 10. Meta. text. 1. 5. tantam censet esse differentiam inter prædicamenta, ut non cõcedat ea differre, sed esse primo diuersa. Itaque quemadmodum Aristot. 7. Meta. text. 5. 9. docet prædicationem identicam, puta, homo est homo, esse immediate veram, neque quærenti quare homo est homo reddendam esse aliam causam veritatis, nisi quia homo est homo: ita 10. Metaph. intelligit negationem rei vnius prædicamenti de re alterius esse immediate veram, nec quærenti, quare substantia non est sensio, reddenda est alia ratio: nisi quia sunt rationes primo diuersæ. Et tertio id patet: quia vbiunque Aristot. quærit quidditatem alicuius rei, statim discurrit per omnia prædicamenta, ad denotandum quod sunt res diuersissimæ. Primo de anima statim quærit, anima an sit substantia, an vero quantitas, &c. 1. Physic. text. 1. 3. contra Parmenidem & Melissum, asserentes omnia esse vnum, statim percõtat, sintne omnia vna substantia an vna quantitas, an vna qualitas, &c. Quo argumento non vteretur nisi apud omnes philosophos, etiam apud ipsum Parmenidem, receptissimum esset prædicamenta esse per se primo diuersa. Et iste est manifeste sensus verborum, quicquid alij dicant, si substantia & quantitas sunt, duo sunt: & credo idem dixisset de quocunque alio prædicamento puta, si substantia & relatio sunt, &c. nisi quod posuit exemplum de quantitate, quæ est res ad sensum magis cognita. Et quo semel finiam, tanta est distinctio inter accidentia omnium nouem prædicamentorum & substantiam vt. 7. Meta. text. 2. doceat accidentia, non habere proprie quidditates, nec esse simpliciter entia, sed entis entia. Quare arguitur, quod concedere substantiam esse quantitatem,

aut aliud cæterorum prædicamentorum sit contra communem modum concipiendi: nam quærenti quid sit homo, respondetur, quod est substantia, & non respondetur, quod est quantitas: non solum propter connotationes terminorum, sed re ipsa videntur esse duo, homo & quantitas. Item concedimus, quod quantitas est accidens hominis: & tamen nullus concederet quod substantia est accidens. Item concedimus proprium esse quantitatis, secundum eam æquale vel inæquale dici: quod tamen non est proprium substantiæ. Et concedimus, quod proprium est re latiuorum dici simul ad conuertentiam: quod non est proprium substantiæ, aut quantitatis. Et concedimus, sensio nem esse dispositionem partium in ordine ad locum: sed nullus concederet, quod substantia dicit dispositionem in ordine ad locum. Item concedimus, quod tempus est accidens cæli, & mensura durationis: & tamen cælum non est mensura durationis. Omnia ista profecto confundunt qui cõcedunt res diuersorum prædicamentorum de se inuicem formaliter affirmari. Et hinc prolapsi sunt, ut concedant quod intellectus est voluntas, & quod voluntas est sensus, & quod voluntate intelligimus, & intellectu amamus: & vtroque sentimus: quas profecto enuntiationes extra scholas nemo proferret. Adde, quod Ockham ipse. 1. parte Logice. c. 44. ait. Quantitas non distinguitur a re quanta: siue ista propositio, substantia est quantitas, sit concedenda, siue non. Vbi insinuat quod licet non distinguatur nihilominus illa propositio est neganda. Nisi quod discipuli esse pergunt super magistrum.

Attamen dubium restat quo

modo posset huiusmodi affirmationes evitare qui non cõcederet inter sedentem & sessionem eam distinctionem, quæ est inter duas res (quam neque ego profecto concedere possum.) Nam si non sunt duæ res, ergo eadem res quæ est sedens, est sessio. Vnde continuo sequitur: hæc res est homo (demonstrando hominem sedentem) & eadem res est sessio: ergo sedens est sessio. Fateor hunc syllogismum, potuisse conuincere (sicut coegit Ockham & eius discipulos) ut illiusmodi prædicationes concederentur. Attamen & Aristot. & antiqui philosophi negant consequentiam. Et certe quauis sit apparentissima potius est neganda: quam sint cõcedendæ propositiones supra impugnatae. Ad cuius igitur intelligentiam notandum est: duplicem esse prædicationem apud antiquos. scilicet. identicam & formalem. Prædicatio identica est illa, in qua denotatur rem significatam per prædicatum, esse eandem cum re significata per subiectum. Prædicatio vero formalis est illa: in qua denotatur rem significatam per prædicatum esse formam seu rationem rei significatæ per subiectum. Vnde quando prædicatum est terminus connotatiuus in concreto, semper facit sensum formale: sed quando accipitur in abstracto: tunc potest vtroque modo accipi. Dicebant ergo antiqui quod ex præmissis in sensu identico non sequitur prædicatio formalis: & talis defectus committitur in dicto syllogismo: nam illi termini res, ens id quod faciunt sensum identicum. scilicet. hæc res est sedens hæc res est sessio (quia ens & res est transcendens pertinens ad omnia prædicamenta) sed consequens putata homo est sessio facit sensum formalem: quia extrema sunt diuersorum prædicamentorum. Possimus iam modo defectum ipsum reducere ad defectum appellationis. Vbi habeatur pro regula: quod quando res vnius prædicamenti in abstracto: prædicatur de re alterius: denotatur quod ratio & definitio rei significatæ per prædicatum: est ratio & definitio rei significatæ per subiectum. Vnde perinde est arguere hæc res est homo & hæc res est sessio

Prædicatio identica & for.

Regula appellationis.

ergo homo est sessio, ac si argueres, hæc res est homo, & hæc res est sessio, ergo homo in quantum homo, est sessio in quantum sessio, aut (quod idem est) ratio hominis est ratio situs. Et ideo concludendum esset, res quæ est homo est sessio: quæ propositio ad modum concipiendi verum sonat. In concretis vero optime sequitur, Petrus disputat: omnis homo est albus, omnem risibile est homo: ergo omne risibile est album. Sed sunt contra istum modum dicendi argumenta duo. Primum, quia non videtur defectus iste syllogismi fundamentum habere in Diactica. Ad quod respondetur fundamentum esse primo, quia cum medium putatur, res, aut si dicas hoc ens, sint termini transcendentes significant rem cuiuscunque prædicamenti: & ideo cum quibuscunque talibus possunt facere sensum identicum. Et præterea, quia defectus appellationis & alij dialectici non habuerunt fundamentum aliud quam modum concipiendi hominum: vnde sicut in istis syllogismis, Petrus est monachus & Petrus est albus: ergo Petrus est monachus albus: cognosco Coruscum, Coruscus est veniens, ergo cognosco venientem, propter modum concipiendi dicimus esse peccatum appellationis, eadem ratione in proposito. Et postremo defectus iste habet fundamentum in Aristote. qui. 3. Physic. text. 1. 9. & infra concedit actionem & passionem esse eundem motum: motus enim ad calorem, ut exit ab igne, est actio, & ut recipitur in aqua est passio: sicut eadem, inquit, est via a Thebis ad Athenas, quæ est ab Athenis ad Thebas: Vbi negant hanc consequentiam, hic motus est actio, & hic motus est passio: ergo actio est passio quia inquit est eadem res actio & passio, sed alia est ratio actionis, & alia est ratio passionis. Atque doctrinam hanc intelligere mihi videor apud Aristotelem capite de substantia in hoc libro, vbi ait, quod genera & species prædicantur de suis inferioribus nomine & ratione. Accidentia vero licet prædicentur de substantia, nomine, tamen ratione vnum prædicamentum non prædicatur de alio. Quod verbum præsertim adhuc propositum commendatum esse velim: est enim dicere, quod vnum prædicamentum in concreto prædicatur de alio, sed tamen in abstracto non prædicabitur, quippe qua prædicatione denotatur rationem vnius prædicamenti esse rationem alterius. Habemus ergo, quod quauis concedatur, quod res quæ est homo est relatio, aut quod homo est res quæ est actio &c. tamen nequaquam cõcedendum est: homo est actio, vel homo est relatio: & sic de alijs prædicamentis. Secundum ac maius argumentum est, aduersus modum istum divedi. Nempe, quod videmur id in creaturis admittere, quod in diuinis confitemur altissimum esse mysterium. Concedit enim fides catholica: quod res quæ est Pater est Filius, negans quod Pater sit Filius: atque adeo negat illam consequentiam, hæc essentia diuina est Pater, & hæc essentia diuina est Filius: ergo Pater est Filius. Quod si nos pariter in creaturis damus, nihil magni attribuimus Deo. Respondetur nihilominus latissimam esse hic & ibi distantiam, hic enim solum negamus huiusmodi syllogismos propter varios modos significandi terminorum, quia videlicet præmissæ faciunt sensum identicum, conclusio vero sensum formalem, illic vero non solum propter significationem terminorum, sed propter ipsam naturam rei quæ vna simplicissima non solum realiter, sed formaliter est plures res: & illæ plures, non solum sunt plures formaliter propter significationem terminorum: sed plures res, id est, plura supposita. Exempli gratia. Concedimus, quod actio non est passio: aut quod homo non est sessio, non tamen dicimus quod hæc sunt duæ res. Item in sensu identico concedimus illas præmissas, hoc est

actio, & hoc est passio, sed non in sensu formali. In diuinis vero non solum in sensu identico, sed in sensu formali: essentia est Pater, & essentia est Filius: & conclusio est falsa, Pater est Filius: imo Pater distinguitur à Filio tanquam res a re. Itaque sunt realiter & formaliter eadem res, id est, eadem essentia: & formaliter & realiter distinctæ res, id est, distinctæ personæ. Nam res (cum sit transcendens) & pro essentia & item pro persona supponit. Et per hæc item patet differentia inter has propositiones: homo est humanitas, & Deus est deitas: prima enim est falsa, & secunda vera, quia homo dicit id quod habet humanitatem cum cæteris alijs accidentibus (in quo differt ab humanitate) Deus autem simplicissimus nihil habet sed omnia est. Vnde antiqui in creaturis inter suppositum & naturam appellabant distinctionem realem, sed in diuinis non nisi distinctionem rationis ex solo modo significandi terminorum. Hæc satis est pro primo articulo adnotasse, ut qui cõformiter ad Aristotelem & ad communem modum concipiendi citra tantam distinctionem prædicamentorum loqui velint, modum habeant quo suos defendant sermones.

His præfatis in articulo secundo

videndum nobis est proprie de quantitate, distinguatur ne a substantia & qualitate realiter, quemadmodum albedo distinguitur a substantia, ut non solum negemus substantiam esse formaliter quantitatem in sensu iam exposito, sed neque concedamus, quod substantia est res quæ est quantitas. De qua quæstione (alijs omisis) sunt duæ opinioniones. Vna Ockham in prima parte suæ logicæ capi. 44. & 45. quam fere Nominales sequuntur. Et alia est Realium omnium. Prima opinio est, quod nulla species quantitatis distinguitur a substantia vel qualitate, sed lignum est sua quantitas: & materia ligni sua, & forma, item sua: & quotquot præterea sunt accidentia corporalia in ligno, tot sunt quantitates: ut color sit sua, ut sapor sit sua, &c. Quocirca omnes illas species quantitatis exponunt secundum intentionem. Exempli gratia, iste terminus, linea, significat rem, connotando quod sit diuisibilis secundum vnam dimensionem: & ly superficies, significat rem connotando quod sit diuisibilis secundum duas: & ly corpus, significat rem connotando quod sit diuisibilis secundum tres dimensiones. Neque concedunt rem aliquam esse in corpore quouis modo indiuisibile. Rationes huius opinionis præcipuæ sunt illæ quæ in principio quæstionis sunt propositæ. Reales vero omnes sunt in contraria sententia, videlicet quantitatem a re quanta distingui, vt Sancti Thom. prima par. quæst. 77. artic. 2. & Scot. 2. dist. 12. & 4. dist. 12. Quorum opinio sic intelligitur. Quemadmodum albedo est quoddam accidens, quo substantia formaliter est alba: ita quantitas continua est accidens, quo partes substantiæ extenduntur, puta, ut caput sit in alio loco quàm collum: & collum in alio quam pectus, &c. Et ratione eius substantia diuiditur, & mouetur, & habet omnes alias actiones corporales. Quo fit ut corpus de prædicamento quantitatis. Ratio enim substantiæ corporalis consistit in hoc, quod est esse, capacem quantitatis: nec aliud est substantiam esse suapte natura indiuisibile, quam esse incapacem quantitatis. Quomodo partes corporis de prædicamento quantitatis vniantur per superficies, & superficies per lineas, & lineæ per puncta, supra expositum est. Neutra istarum opinionum est adeo demonstrabilis, quin altera sit probabilis. Nihilominus ad quæstionem respondetur duabus conclusionibus quæ sunt vero similiores.

Articulus secundus.

Duæ opinioniones.

Logi. Do. Soto. H Prima



immediate, sicut nec duo puncta, ut ait Arist. 4. Ph. tex. 90. Nec superficies quæ continuabat illas partes potuit diuidi in duas: cum esset indiuisibilis secundum profunditatem. Quare illæ superficies non erant actus, sed factæ sunt actu per diuisionem. Eadem ratione si partes illæ reuidentur, iterum corrumpentur ille duæ superficies, & produceretur vna noua continuas. ¶ Quod si quis arguat Aristotelem. 3. Meta. tex. 17. dicere, quod puncta & lineæ & superficies non generantur, nec corrumpuntur. Respondetur, quod nihil aliud illic vult, nisi quod huiusmodi diuisiones non sunt substantiæ, sed accidentiæ: & ideo non generantur simpliciter, sicut nec reliqua accidentiæ: sed congenerantur & corrumpuntur ad generationem substantiæ. Quod est dicere: sicut per diuisionem non producitur simpliciter duo, sed partes quæ potentia erant duo, sunt actu duo, ita superficies sunt actu quæ erant in potentia in continuo. ¶ Ad tertiam impugnationem negatur per aliquam potentiam posse separari omnia puncta lineæ, aut omnes lineas superficiei, quia sequeretur continuum esse diuisum in omnes suas partes: quod implicat contradictionem. ¶ Quinto argumento eiusque confirmationem, iam suas concessimus conclusiones.

De his quæ ad aliquid.

CAP. VII.



DA vero dicuntur ad aliquid, quæ id quod sunt aliorum esse, aut ad aliqd aliquo alio modo dicuntur: veluti duplum, id quo est cuiuspiam dicitur, duplum enim alicuius scilicet: & maius id quod est, alio dicitur maius: aliquo namque maius dicitur similiter & cætera, quæ istiusmodi sunt. Sunt & hæc etiam ex hisce quæ ad aliquid sunt, ut habitus, dispositio, scientia, atque positio: omnia enim hæc id quod sunt aliorum esse, aut ad aliud aliquo alio modo dicuntur: & non aliud quicquam. Habitus enim cuiuspiam habitus, & scientia alicuius scientia, & positio alicuius positio dicitur esse, cæteraque simili modo. Ea igitur sunt ad aliquid, quæ id quod sunt aliorum esse, aut ad aliquid aliquo alio modo dicuntur: ceu mons magnus ad aliud dicitur: ad aliquid enim mons magnus dicitur. Simile quoque cuiuspiam simile dicitur: & cætera etiam talia ad aliquid eodem modo dicuntur. Sunt autem & recubatio, & statio, & sessio, positiones quædam, positiones verò ad aliquid sunt. Recubare autem, aut stare, aut sedere, positiones non sunt: sed à dictis positionibus denominatiue dicuntur.

Textus. ij. Est autem & contrarietas in hisce quæ ad aliquid sunt: virtus namque vitio contrarium est, quorum vtrunque ad aliquid est: & ignorantia scientia. Non tamen vniuersis

contrarietas inest: duplo namque & dimidio, & similibus, contrarium est nihil.

Textus. iij. Videntur etiam ea quæ sunt ad aliquid & gradus suscipere, ut magis minusve talia sunt: simile namque & magis & minus dicitur simile & dissimile, & æquale & inæquale similiter: quorum vtraque ad aliquid sunt. Quippe cum simile cuidam simile, & dissimile cuidam dissimile, & inæquale cuidam inæquale dicatur. Non vniuersa tamen hanc tuteunt legem: duplum enim non magis minusve dicitur duplum, neque quicquam talium vllum.

Textus. iij. Atqui vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea dicuntur quæ conuertuntur: seruus enim heri dicitur seruus, & herus serui dicitur herus: & duplum dimidij duplum, & dimidiū dupli dimidium dicitur: & in cæteris simili modo, quanquam interdum dictio casu differt. Scientia enim scibilis scientia, & scibile scientia scibile, & sensus sensibilis sensus, & sensibile sensu sensibile dicitur. Verum interdum conuersio fieri non videbitur, si ad id ad quod dicitur, non accommodatè fuerit assignatum, sed qui assignat errauerit: veluti si ala auis fuerit assignata, non conuertitur auis ala: non enim primo accommodatè est assignata ala auis: nam non hoc ala ipsius dicitur, quo est auis, sed quo est ales: complurium enim & aliorum alæ sunt, quæ aues non esse constat. Quare si accommodatè fuerit assignata, fiet conuersio sane: veluti ala alitis ala, & ales ala est ales. Atqui interdum & nomen facere necesse est, si positum nomen ad quod accommodata fuerit assignatio, non sit: ceu si clauus nauigij assignabitur, non accommodata sit assignatio, non enim eò clauus ipsius dicitur, quo nauigium est, sunt enim nauigia, quorum clauus non sunt. Sed forsitan accommodatior assignatio fuerit, si clauus clauati clauus, aut aliquo alio simili modo dicatur, non enim positum nomen est. Atque conuertitur, si accommodata fuerit assignatio: clauatum enim clauo est clauatum. Idem fuerit & in cæteris modis: veluti caput accommodatius fuit assignatum, si capitati caput, quam si animalis esse dixerimus: non enim eo caput habet quo animal est: complura namque animalium capite vacant. Hoc autem pacto facillimè quidpiam eorum nomina sumet, quibus nomina posita non sunt, si à propositis primarum vocibus, etiam his imponat nomina, quæ cum primis conuertuntur: ut in prædictis intueri licet, vbi ab ala ales, & a clauo clauatum assignabatur.

Vniuersa igitur ea quæ sunt ad aliquid, si accommodatè quis reddat, ad ea sane dicuntur quæ

quæ conuertuntur. Nam si ad quoduis vnum quodque: & non ad id ad quod dicitur assignetur, non sit sane conuersio: neque enim quicquæ eorum, quæ sine controuersia ad ea dicuntur quæ conuertuntur, nomenque habent, conuertitur: si non ad id quod dicitur, sed ad accidentiū aliquid assignetur. Veluti si seruus non heri, sed hominis, aut bipedis, aut cuiuspiam similitum fuerit assignatus, non fuerit sane conuersio, non enim accommodata est assignatio. Præterea si accommodatè ad id quod dicitur fuerit assignatum, sublatis quidem cæteris omnibus quæ sunt accidentia, reliquæ autem eo solo ad quod est assignatum accommodatè, ad illud sane dicitur, ceu si seruus ad herum dicatur, sublatis quidem cæteris vniuersis quæ accidunt heri, bipede inquam, scientiæ susceptiuo, hoc homine: relicto autem tantummodo heri, seruus ad ipsum semper dicitur: seruus enim heri dicitur seruus. Quod si non accommodatè ad id, ad quod tamen dicitur, fuerit assignatum, cæteris quidem sublatis, eo verò solo relicto ad quod est assignatum, non ad ipsum sane dicitur. Assignatus enim sit seruus hominis, alaque auis: atque ab homine seruus auferatur, non ad hominem sane seruus dicitur. Nam cum herus non sit, neque seruus est sane. Similiter & ab aue ales auferatur, non vterius ala profectò ad aliquid erit: si enim ales non sit, neque erit ala cuiusquam. Quare quodque assignetur ad id, ad quod tandem dicitur, accommodatè, oportet. Atqui si sit quidem positum nomen, facilis assignatio fit: sin vero non sit, nomina fortasse ponantur necesse est. Quod si hoc assignentur modo, ea quæ ad aliquid sunt vniuersa ad ea sane dicuntur quæ conuertuntur ut patet.

Textus. v. At vero ea quæ sunt ad aliquid, simul natura esse videntur: atque in plurimis quidem vera est hæc sententia, in quibusdam autem vera non est. Simul enim duplum est & dimidium: & si est dimidium, duplum est, & contra: & si seruus est, herus est etiam, similiter & in cæteris. Quin & mutuo hæc intermunt sese. Nam si duplum non est, dimidium non erit: & si dimidium non est, duplum non erit. Idem est & in cæteris modis, quæ rationis sunt similes. Non tamen in vniuersis quæ sunt ad aliquid, verum hoc esse videtur, simul inquam naturam ut sint: scibile namque scientia prius esse videbitur. Plerumque enim rerum quæ antea sunt, scientias nos accipimus: in paucis enim, aut nulla in re profus, scientiam fieri quispiam cum scibili simul videbit. Præterea si scibile tollatur, tollitur & scientia: scientia verò

si tollatur, non tollitur scibile. Nam si scibile non sit: scientia non est: nullius enim profus scientia erit. Scientia verò etiam si non sit, scibile esse nil prohibet: quadrationis enim circuli & si scibilis est, scientia quidem nondum esse videtur: est autem scibilis ipsa. Præterea animali sublato, scientia quidem animalis non erit, cum complura interim quæ scibilia sint animalium existant. Sic & in sensu res sese habere videtur: sensibile enim antecedere sensum videtur: si sensibile namque tollatur, tollitur, & sensus: at ipsum si sensus auferatur, non tollitur. Sensus enim circa corpus & in corpore sunt: itaque sensibili sublato, corpus è medio tollitur: est enim & ipsum corpus sensibile: si corpus verò non sit, etiam sensus auferatur. Quare fit, ut secum sensibile sensum auferat. At sensus secum sensibile non tollit: nam si animal tollatur, tollitur quidem sensus, sensibile vero non tollitur. Est enim sensibile corpus ut calidum, frigidum, dulce amarum, & cætera omnia quæ sunt simili generis. Præterea sensus quidem cum sensitiuo simul emergit: nam vnà cum animali, & ipse sensus efficitur. Sensibile autem est & antea, quæ sensus sit, ortus est enim ignis, & aqua cæteraque talia, è quibus animal constat, & antea quæ sit omnino animal aut sensus, quare sensibile prius ipso sensu videbitur esse.

Textus. vj. Existit autem hoc loco dubitatio quædam, vtrum nulla substantia dicatur ad aliquid, quemadmodum & videtur: an hoc in aliquibus substantijs secundis contingat in primis namque substantijs verum est. Nam neque tota, neque partes ad aliquid sane dicuntur, quidam enim homo non dicitur: cuiusdam quidam homo neque quidam equus cuiusdam quidam equus. Et itidem in partibus, quædam enim manus non cuiusdam quædam manus sed cuiusdam dicitur manus: & quoddam caput, non cuiusdam quoddam caput, sed cuiusdam dicitur caput. Eadem & in pluribus secundis substantijs dici possunt, homo namque non cuiusdam dicitur homo, nec equus alicuius dicitur equus; nec lignum alicuius dicitur lignum, sed alicuius possessio dicitur. Talia igitur patet non ad aliquid esse. In quibusdam autem secundarum substantiarum est dubitatio: caput enim alicuius dicitur caput, & manus alicuius dicitur manus, & vnumquodque tale eodem modo dicitur: quare hæc videbuntur ad aliquid esse.

Textus. vij. Si igitur eorum quæ sunt ad aliquid definitio est assignata, aut omnino est difficile aut impossibile, nullam substantiam ad aliquid esse ostendere: sin verò non sufficere est

assignata, sed ea sunt ad aliquid, quorum esse idem est ei quod est ad aliquid aliquo modo se habere, fortasse ad hæc aliquid dici potest.

Textus.viii. Prior autem definitio sequitur quidem ea, quæ sunt ad aliquid, omnia non tamen idem est, propterea quod ipsorum ad aliquid esse, est id quod sunt aliorum esse dici. Ex his igitur patet, si quispiam aliquid eorum quæ sunt ad aliquid, definitè scit, simul id quod ad aliud dicitur definitè sciet. Hoc autem patet quidem ex his ipsis. Nam si scit quispiam hoc aliquid esse, est autem eorum quæ sunt ad aliquid esse, idem ei quod est ad aliquid aliquo modo se habere: & illud profectò sciet ad quod hoc aliquo modo se habet. Si enim nescit omnino, id ad quod hoc aliquo modo se habet, neque si ad aliquid hoc modo se habet sciet. Patet autem & ex singulis: nam si quispiam hoc scit definitè duplum esse, & id cuius duplum est continuò definitè sciet. Nam si nullus definitè duplum scit illud esse, neque si est duplum omnino sciet: similiter & hoc si scit præstabilius esse, & quo præstabilius est definitè ob hæc eadem ipsum scire necesse est. Nec indefinitè sciet, hoc præstabilius esse deterior: hæc enim opinatio est, non scientia. Non enim deterioriam deteriorè præstabilius esse sciet: nam si fortè sic accidat nihil est deterior ipso. Quæ patet necessarium esse, ut quicquid eorum quæ sunt ad aliquid quispiam definitè sciat, & itidem ad quod illud dicitur ut sciat.

Textus.ix. Fit autem ut caput & manus, & quæcunque talium quæ substantiæ sunt, id quod est ipsum definitè sciatur: at non fit necessario ut id ad quod definitè sciatur. Cuius enim hoc caput, aut cuius est manus, non fit ut definitè sciatur. Quare hæc non ad aliquid erunt. Quod si hæc non sunt ad aliquid vere dicere, licet nullam substantiam ad aliquid esse. Difficile autem est fortasse, de talibus vehementer asserere eum, qui non persæpe cogitationem in his posuerit, circa tamen vnum quodque ipsorum non est inutile dubitasse.

esse speciale genus entis: ita ut quemadmodum in rebus aliud est esse quid, aliud quantum, aliud quale, ita fit specialis ratio entis esse ad aliquid. Cui subinde, cum antea habitudo hæc relatio appellaretur, nomen primum impositum fuit, ad aliquid. Horum rationem quæstione prima exposituri sumus. ¶ Attamen circa ordinem hæc latere quis merito potest, cur prædicamentum hoc fuerit quantitas prædicamento antepositum: cum ordo naturalis rerum postulabat, ut accidentia absoluta præcederent relatiuum: siquidem relatio omnis in rebus absolutis fundatur: & res omnis prius natura in se sit quam referatur: vt de. 5. Phisic. text. 10. relatio non producitur per se, sed comproducitur ad productionem alicuius absoluti. Et secundo, quia relatio inter entia realia minima est entitatis, vt ait Commentator. 12. Metaph. comment. 19. quia non habet esse fixum sed pendens à termino: potest enim res quæcunque in se esse substantia, & quanta, & qualis: similis vero aut maior aut minor non, nisi posito termino ad quem referatur. ¶ Et postremo, quia in quinto Metaphy. vbi Aristot. ordinem naturalem rerum considerauit, prædicamento, ad aliquid, prædicamentum prætulit qualitatibus. ¶ Boetius & Ammonius aliam causam huius ordinis nullam assignant, nisi quòdin prædicamento quantitatis factus est sermo de magno & paruo quæ dicitur, ad aliquid, & hac de causa ne diutius protraheretur cognitio relatiuorum, statim apposita sunt prædicamento quantitatis. Sed certè hæc non erat tanta necessitas, quæ cogeret naturalem ordinem pervertere. ¶ Et ideo iudicio meo fortè dicendum est, vt cap. superiori dicebamus, quòd hic non seruat Aristot. ordinem naturæ, aut perfectionis rerum, sed ordinem quo cætera prædicamenta prædicantur de substantia (qua tractatur hic logicè de prædicamentis non secundum ordinem essendi, sed secundum ordinem prædicandi, & de substantia post quantitatem prius prædicatur esse ad aliud: quam esse quale: nam statim considerata substantia quanta, seclusa quæcunque alia qualitate, & mensuratur quantitate, & est dupla ad suam medietatem, & tripla ad suam tertiam, & habet sursum, deorsum &c. quæ omnia dicuntur relationem. ¶ At qui caput præsens in tria diuiditur membra. In primo, qui vnicus est textus, constituitur & explicatur definitio huius prædicamenti, quæ tempore Aristotelis circumferebatur inter dialecticos. In secundo exponuntur quatuor eius proprietates: quod propterea in quatuor sequimus textus. In postremo vero, quod quatuor item textus habet, terminatur dubitatio de partibus substantiæ, an sint ad aliquid: atque adeo concluditur exacta definitio eorum quæ sunt ad aliquid secundum propriam sententiam Aristote. Quo fit ut totum caput per æquum textus sit distributum.

Ordo.

Diuisio.

Ea (inquit) dicuntur ad ali-

Definitio.

quid, quæ id quod sunt, aliorum esse dicuntur, aut ad aliquid aliquo modo. Translatio Boetij sic habet: Ad aliquid talia dicuntur, quæcunque hoc ipsum quod sunt aliorum dicuntur, vel quomodo libet aliter ad aliud. At qui Albertus, Paulus & alij in singulis verbis mysteria scrutantur. Vt talia, & quæcunque consulto existiment esse posita, ad denotandum quod cuiusque relationis fundamentum est accidens (quod exprimitur per ly talia) tamen primum subiectum est substantia (quod per ly quæcunque designatur). At vero Græcè non est illud verbum, talia: nec sunt plura verba quæ Argypoli habet traductio. Nec censo quicquam illic latere mysterij. ¶ Ammonius præterea & Boetius, & Ammonius dictum esse pluraliter

raliter quæcunque, & dicuntur, ad significandum quod vna res singulariter non dicitur ad se relatiue (sicuti vna res potest esse qualis & quanta) sed relatio semper est inter duo extrema, puta fundamentum & terminum. Attamen quauis tantorum verborum expositio contemnenda non sit, nihilominus verbum hoc plurale non videtur designare duo extrema eiusdem relationis: alias dictum esset potius. Ad aliquid ea dicuntur quorum esse vnus est ad alterum. Et ideo forte plurale accipitur loco singularis, qui frequens est mos Aristotelis, vt sit sensus. Ad aliquid dicitur illa res, cuius esse, alterius dicitur aut ad aliquid alio modo referitur: terminus enim relationis exprimitur, credo, per nomen obliquum potius quam nomine plurali includatur. Nisi ad bonum sensum intelligas quæcunque aliorum sunt, id est, quæcunque sic inuicem se habent vt vnum eorum sit ad alterum. ¶ Vexantur hic expositores eorum idem definitur per idem, scilicet dicitur ad aliud quod ens vt exprimat terminus relationis. Potuissent enim dicere eius esse est aliud, nisi quod est aliqua relatio eiusdem ad seipsum consideratum, vt duo, vt identitas. ¶ Nominales more suo definitionem hanc contendunt etiam terminis accomodare: dicentes quod relatio recipitur prime intentionaliter pro rebus, & secunde intentionaliter pro terminis: vt isti termini pater & filius, sint relationes. At vero abusus est terminos appellare relationes: non enim esse horum terminorum esse ad aliud: sed id quod in re esse patre, hoc est esse ad aliud: termini vero dicuntur nomina relatiua, id est, nomina significantia relationes. Et ideo definitio Aristotelis, solum conuenit rebus: sed termini sunt in hoc prædicamento tanquam signa relationum. ¶ Sed est præterea hic adnotandum ad definitionis & exemplorum intelligentiam, quod terminus relationis aliquando exprimitur sola reflexione obliqui talis, aut genitui, aut datiu: aut ablatiu: aliquando vero per accusatiuum cum præpositione: mons enim dicitur magnus cuius terminus non potest exprimi nisi cum præpositione accusatiui: esse enim magnus ad paruum, id est, respectu parui: & ideo dicitur aliorum vel ad aliud aliquo modo. Item reflexione obliqui dupliciter, aut quod simili obliquo referantur ambo extrema, vt pater est filij pater: & filius patris filius: & simile est alteri simile & alterum hic: & maius est minore maius, & minus maiore minus. Aut dissimili, vt scientia est rei scibilis scientia, scibile vero non est scientiæ scibile, sed scientia scibile. De quibus omnibus subdit Aristot. exempla. Veluti: duplum: subduplum est duplum: & subduplum, dupli subduplum. Apud Græcos genitiuus est pro ablatiuo: & ideo tantum valet subdupli duplum, ac si dicas subduplo duplum: construitur enim duplum cum ablatiuo, sicut maius & minus. Latini vero dicunt hoc esse duplum ad illud. ¶ Subiungit Aristot. Sunt & hæc etiam ad aliquid, habitus dispositio, &c. Vbi (dum hoc quæstione prima latius exponimus) interim notandum est hanc definitionem non esse positam ab Aristotele, tanquam bonam, & ex propria sententia: sed est definitio quæ suo tempore circumferebatur: quam Boetius dicit fuisse Platonis. Et ideo in toto capite vsque ad textum septimum, multa dicit quæ non sunt intelligenda tanquam a se approbata, sed potius sunt inducta ab illo, vt egregie notauit Ammonius, tanquam inconuenientia quæ non sequuntur ad hanc defi-

Sensus diffi.

nitionem: quibus manifestent eius insufficientiam atque adeo suam propriam concludat. Et in sufficientia stat in verbo dicuntur, quod Aristoteles mutat verbum est, stat enim vera ratio ad aliquid in hoc quod tota eius quidditas sit esse ad aliud, (quæ appellantur relatiua secundum esse) vt tota quidditas huius quod est esse duplum, est esse ad subduplum: sed tamen definitio posita includit omnes res quæ dicuntur respectum ad aliud, licet quid dicat earum non sit esse ad aliud, quæ propterea dicuntur relatiua secundum dici, vt habitus non est relatiuum secundum esse: quia quidditas eius non est esse ad aliud sed est perfectio quæ non potest exprimi nisi per respectum ad subiectum: est enim habitus perfectio rei habitabilis: & dispositio, perfectio rei disponibilis. Et ideo post exemplum eorum quæ vere sunt ad aliquid, vt duplum & maius, subiungit. Sunt etiam, i. secundum positam definitionem dicuntur etiam ad aliquid, quæ tamen vere non sunt ad aliquid vt habitus, & dispositio quæ dicuntur respectum ad subiectum: est enim habitus perfectio subiecti ad suum finem, vt virtus perfectio studio si ad agendum secundum rationem: & scientia quæ dicit respectum ab obiectum: & positio quæ dicit habitudinem partium in ordine ad locum, vt recubatio, statio, sessio, &c. Addit tamen quod quauis abstracta sint relationes, tamen concreta vt cubare, recubans stans & sedens non sunt relationes sed substantiæ, quæ illis relationibus denominantur.

In textu secundo qui incipit,

Est autem & contrarietas. Incipit secundum membrum vbi statuuntur quatuor proprietates huius prædicamenti. Quarum prima est, quod relatiuo aliquid est contrarium, vt virtus vitio: scientia ignorantia. ¶ Dubium est set hic, quod Aristot. videtur sibi contrarius: cum capite superiori dixerit relatiuo nihil esse contrarium: nisi ex iam modo dictis dissolueretur: non enim ex propria sententia hanc asserit proprietatem: sed secundum positam definitionem quæ explicando impugnat. Et ideo non ponit exemplum nisi de relatiuo secundum dici: nam virtus & vitium: scientia & ignorantia, non sunt relatiua secundum esse, sed sunt in prædicamento qualitatis. Est tamen virtus, sicuti habitus, relatiuum secundum dici, quia est qualitas secundum esse absoluta: licet dicat ordinem ad subiectum: est enim virtus studiosi habitus: & vitium, vitiosi vitium. ¶ Subiungit tamen Aristot. quod hæc proprietas non conuenit omnibus relatiuis: imo & intelligit quod nullis vere relatiuis quæ sunt relatiua secundum esse, aliquid est contrarium. Duplo nihil est contrarium: nec simile, obliquum est contrarium, quia idem est simile & dissimile respectu diuersorum. ¶ In tertio textu qui incipit, videntur etiam, subditur secunda proprietas videlicet quod relatiua videntur suscipere magis & minus: nam istæ duæ proprietates vniuersaliter se consequuntur, quia per minorem mixturem contrarij fit intensio, & per maiorem, remissio. Dato enim summe calido, quod sit, v. g. vt octo, calidum vt septem est illi magis simile, quam calidum vt sex. Item quadricubito tricubito est magis æquale quam bicubito: & bicubito, magis inæquale. Subiungit Aristoteles, quod hæc non conuenit omnibus relatiuis, nam duplum non suscipit magis, & minus, tam duplus enim est quaternarius ad binarium, quam octonarius ad quaternarium. ¶ In textu quarto qui incipit, Atqui vniuersa, subsequitur tertia proprietas quæ re vera proprietas est relatiuorum, videlicet, Relatiua conuertuntur. Quod Boetius

1. Proprietates.

2. Proprietates.

Ad aliquid.



Ad aliquid. Aliquid Zeno alijque

Platone antiquiores philosophi (vt ex Alexandro refert Albertus) non censebant prædicamentum esse distinctum ab alijs, sed esse omnibus permixtum tanquam communem omnium conditionem & proprietatem. Vt enim omnibus prædicamentis commune est habere genus aut speciem, ita & referri: nam in prædicamento substantiæ secunda substantia dicitur respectu primæ, & in prædicamento quantitatis est magnum & paruum: & in prædicamento qualitatis simile & dissimile. At vero Plato primò docuit hoc

H 5

De quali & qualitate.
CAP. VIII.

Qualitatem verò dico, quæ quales quidem dicuntur. Est autem qualitas ex hisce, quæ multis modis dicitur. Atque vnaquidæ spēs qualitatis, habitus dispositioque vocetur. Differt autem habitus à dispositione: nam magis permanet, atque diuturnior est. Tales sunt ipsæ scientiæ & virtutes. Scientia namque ex eorum numero videtur esse quæ permanent, & cum difficultate dimouentur: etiam si quispiam mediocriter scientiam acquirat, nisi magna mutatio vel à morbo vel à re quapiam aliqua simili fiat: similiter & virtus, ut iustitia, temperantia, & quæcunque tales, haud facile dimoueri mutari ve videntur. Dispositiones autem ex sunt, quæ faciliter dimoueri mutarique possunt, ut caliditas, frigiditas, morbus, & quæ sunt hisce similia. Nam his ipsis homo aliquo modo dispositus, & facile quoque mutatur, ex calido frigidum subiens, & ex valetudine morbum & in cæteris etiam simili modo. Nisi & harum ipsarum aliqua ob diuturnitatem versatam in naturam sit, dimoueri nequeat, aut summa cum difficultate mutari possit: quam quidem hac ratione quispiam habitum iam nuncupauerit.

Patet autem, ea, homines habitus dicere velle, quæ sunt diuturniora, neque dimoueri facile possunt: eos enim qui scientias non admodum tenent, sed eas amittere facile possunt, habitum habere non dicunt: ea licet scientia aliquo modo deterius meliusve dispositos videant. Itaque sic a dispositione habitus differt, ut illa facile dimoueri possit, habitus autem diuturnior sit, & cum difficultate moueatur. Sunt autem habitus quidem dispositiones, dispositiones vero haud necessario habitus sunt. Qui namque habent habitus, ij aliquo modo etiam disponuntur: atqui disponuntur, ij non omnino & habitus habent. Textus. ij. Aliud autem qualitatis genus est, quo ad lucram aliquos, aut ad cursum, aut ad sanitatem, aut ad morbum aptos esse dicimus: & simpliciter ea, quæ per potentiam naturalem im potentiam ve dicuntur. Non enim quicquam horum ex eo dicitur tale, quia aliquo disponitur modo: sed quia naturalem potentiam habet, ut facile quippiam aut faciat, aut non patiat. Ut ad pugilatum cursum ve apti dicuntur ideo, non quasi rerum earum facultatem iam aliquam teneant, sed tantum quia naturalem, aut vim aut imbecillitatem facile aliquid faciendi habent: sic apti

sic apti sanitati, quia vim naturalem haud facile obnoxiam: morbidi contra, quia obnoxiam facile, seu quia vi non facile obnoxia careat, dicitur. Eiusdem generis est & durum ac molle. Durum enim ex eo dicitur, quia potentiam habet ut non facile diuidatur: molle autem ex eo, quia eiusdem habet impotentiam. Textus. iij. Tertium qualitatis est genus, qualitates passiuæ ac passionis, quæ quidem talia sunt: ut dulcedo, amaritudo, & ea quæ sunt generis similis caliditas præterea, frigiditasque, & albedo, atque nigredo. Has igitur qualitates quidem esse, perspicuum esse videtur. Ea namque quæ hæc susceperunt, qualia sanè dicuntur: ut mel ex eo dicitur dulce, quia dulcedinem suscepit: & corpus etiã album, qui suscepit albedinem: similiter & in cæteris res se habere videtur. Qualitates autem passiuæ dicuntur, non ideo quod ea quæ susceperunt, passia aliquid sunt, neque enim mel ex eo, quia passum aliquid est, dulce dicitur: neque cæterorum talium quicquam: similiter & caliditas & frigiditas, non ex eo passiuæ qualitates dicuntur, quia ea quæ susceperunt aliquid passia sunt: sed quia quæque qualitas dicta, passiois in sensibus est efficax. Dulcedo namque passionem quandam in gustu facit, & caliditas in tactu, cæteræque simili modo. Albedo autem & nigredo, cæterique colores, non eodem modo qualitates passiuæ dicuntur, sed quia à passione sunt factæ. Nam quod per passionem mutationes complures colorum fiant, certum est. Pudit enim quempiam, atque erubuit, & timuit quispiam atque palluit. Quare si quispiam etiã natura talium passionem incursum ve aliquid subijt, similem colorum verisimile est illum habere. Quæ namque nunc dum padet dispositio circa corpus emerit, eadem & in naturali constitutione dispositio fieri potest, ut & color natura similis fiat. Quæcunque igitur affectionum talium initium ab aliquibus sumpserunt passionibus, quæ permanent, cum difficultateque dimouentur, passiuæ qualitates dicuntur. Siue enim in naturali constitutione pallor aut nigredo sit orta, qualitas dicitur: nam circa eadem quoque dicimur quales: siue ob diuturnum morbum, aut calorem hæc eadem acciderint, modo non facile dissoluantur, aut per vitam permaneant, qualitates sanè passiuæ & ipsæ dicuntur, cum hisce similiter quales dicamur. Quæ verò ab hisce fiunt quæ facile dissoluantur, passionis dicuntur: non qualitates: non enim per hæc quales dicuntur: neque enim erubescens, ob verecundiam rubeus: neque pallens, ob timorem pallidus appellatur: sed aliquid passus potius dicitur esse, quare passionis hæc res, & non qualitates dicuntur. Simi-

liter & in anima qualitates passiuæ, passionisque dicuntur. Quæ enim in generatione continuo à passionibus quibusdam ipsa quæ sine difficultate dimoueri non possunt, sunt orta, qualitates dicuntur: ut infania, iracundia, & quæ sunt similis generis: quales enim ob hæc ipsa dicuntur: ut iracundi, atque infani. Similiter & quæcunque mentis egressiones non naturales, sed à quibusdam alijs casibus factæ sunt, quæ aut sine difficultate dimoueri non possunt, aut omnino immobili sunt, qualitates itidem & hæc dicuntur: quippe cum hisce quales dicuntur. Quæ verò ab hisce fiunt quæ facile dissoluantur, atque expirant, passionis dicuntur: veluti si turbatus quispiam, iracundior fuerit: non enim iracundus dicitur, qui tali in perturbatione iracundior est: sed potius aliquid passus dicitur esse: quare passionis talia non qualitates dicuntur. Textus. iij. Quartum qualitatis genus est figura, & ea quæ circa vnuquodque est forma: & insuper rectitudo & curuitas, & quicquid est hisce simile: horum enim vnuquoque quale quippiam dicitur. Ex eo namque quia triangulus, aut quadratum quippiam est, quale quid dicitur: & quia rectum idem est aut curuum, forma etiã quæ dicitur quale. Rarum autem & densum, & asperum atque lenè, quale quidem significare quid videbuntur, à qualitatis tamen diuisione remota esse videntur: partium enim potius positionem videtur quædam significare. Etenim densum quidem ex eo quippiam est, quia partes ipsius sibi ipsis propinquæ sunt: rarum autem ex eo, quia à sese distant: lenè etiam est ex eo, quia recte partes sunt sitæ: asperum vero ex eo quia quædam partium eminentes, quædam humiles sunt. Atque forsitan quidè & alius quispiam qualitatis modus videbitur esse: qui tamen maxime dici solent, tot ferè sunt. Ea igitur quæ diximus, sunt qualitates, ut patet. Textus. v. Qualia verò sunt ea, quæ denominatiue ab ipsis, aut aliquo modo dicuntur. In plerisque igitur, quia potius ferè in omnibus, denominatiue dicuntur: ut ab albedine albus, a musica musicus, & a iustitia dicitur iustus, & in cæteris simili modo. Sed in quibusdam ex eo, quia non sunt nomina qualitibus posita, non fit ut ab ipsis denominatiue dicantur ut aptus ad lucram, aut ad cursum, qui quidem naturali potentia talis dicitur, a nulla qualitate dicitur denominatiue. Potentijs enim hisce quibus hi quales dicuntur, non posita nomina, sicut artibus, quibus militares aut cursores ob dispositionem dicuntur, sunt. Militaris enim dicitur ars, & cursoria, atque ab ijs qui disponuntur denominatiue dicuntur. Interdum etiam est positum &

qualitati nomen, non tamen id quod ipsa quale dicitur, nomine illius denominatiue dicitur. A virtute nanque honestus quispiam dicitur, ex eo sanè, quia virtutem habet, sed non denominatiue dicitur à virtute. Nam tamen in multis id ipsum fit. Ea igitur qualia dicuntur, quæ à dictis qualitatibus denominatiue, aut aliquo alio modo dicuntur. Textu. vj. ¶ Atque contrarietas in qualitate esse videtur: iustitiæ nanque contrarium est iniustitia, & albedini nigredo, & cætera eodem modo. Ea etiam quæ ab ipsis qualia dicuntur, contraria esse videtur: vt in iustum iusto, & nigrum albo. Non tamè in omnibus hoc esse videtur: Flauo enim, aut fusco, aut talibus coloribus: quæ quidem sunt qualia nihil est contrarium. ¶ Ad hæc, si contrariorum alterum qualitas est, & reliquum omnino qualitas erit. Hoc autem ita esse patet ex singulis prædicamentis: nam si iustitia cõtrarium est iniustitiæ, atque iustitia qualitas est, est & iniustitia. Nam cæterorum prædicamentorum, neque quantum, neque ad aliquid, neque vbi, neque aliorum quicquam omnino, nisi qualitas iniustitiæ accommodatur. Eadem & in cæteris, quæ sunt in qualitate, contrarijs dici possunt. Textu. vij. ¶ At verò qualia ipsa gradus suscipiunt, ac magis talia minusve dicuntur: album enim aliud alio magis minusve dicitur, & iustum alio magis minusve. Et ipsa etiam in tensionem suscipiunt: fit enim, vt albu albius se euadat. Non tamen omnia, sed plurima conditionem hanc subire videntur. ¶ Nam dubitauerit quispiam, si magis minusve iustitia dici possit, & de dispositionibus etiam cæteris simili modo. Sunt enim qui de talibus contendunt: iustitiam nãque aut iustitia, aut sanitatè sanitate magis minusve dici debere, haud omnino dicunt. Sed aliud sanitatè, iustitiãve, aut grammaticen, aut id genus dispositionem magis, aliud minus habere, concedunt admodum. Attamen ea quæ hinc qualia dicuntur, gradus sine controuersia suscipiunt, magisque talia atque minus dicuntur. Iustior em̄ & sanior alius alio dicitur, & in cæteris simili modo. ¶ Triangulus autem & quadratum, cæteræque figuræ, non videntur talem conditionem subire nam ea quidem quæ trianguli rationem circuli que suscipiunt, trianguli similiter aut circuli sunt omnia. Eorum verò quæ rationem hanc nõ suscipiunt, nihil alio magis minusve tale dicitur: non enim quadratum magis quam altera ex parte longius, circulus est: quippe cum neutri circuli subeat rationem: atque simpliciter, si non subeant propositi rationem, alterum altero magis tale minusve minimè dicitur. Non

ergo omnia qualia gradus suscipiunt, vt magis talia minusve dicantur. Textu. viij. ¶ Eorum igitur quæ dicta sunt neutrum proprium qualitatis esse videtur, si milia autem dissimilia que per qualitates solas dicuntur. Simile enim quippiam cuiuspiam nulla alia profectò ratio esse videtur, quam ea qua quale est. Quare proprium qualitatis erit hoc ipso simile atque dissimile dici. Textu. ix. ¶ Non autè perturbari oportet, si quispiam nos duxerit de qualitate tractãtes complura eorum quæ sunt ad aliquid cum qualitatibus ipsis enumerasse. Habit⁹ enim & dispositiones ad aliquid esse dicimus. Etenim in omnibus ferè talibus genera quidem ad aliquid esse dicuntur, singulariũ verò nihil. Scientia nanque quæ quidem est genus, hoc ipsum quod est alicuius dicitur esse: cuiusdam enim scientia dicitur: singularum verò scientiarum nulla id ipsum quod est alicuius dicitur esse: vt grammatica non dicitur alicuius grammatica, neque musica cuiuspiam musica, nisi generis ratione ad aliquid & ipsa dicantur. Grammatica enim alicuius scientia dicitur, non alicuius grammatica: & musica cuiusdam scientia, non cuiuspiam musica. Quare singulæ non sunt, vt patet ad aliqd: at quales singulis his dicimur: quippe cum & has ipsas habeamus. Sciẽtes em̄ ex eo dicimur, quia singularum aliquas scientiarum habemus. Quare singulæ erunt qualitates, quibus & quales qui eas habent dicuntur. At hæc non sunt ad aliquid, vt diximus. Præterea si quid idem, & quale & ad aliquid sit, in vtrisque ipsum generibus collocari enumerari que, haud absurdum erit.

Quod prædicamentum hoc qualitatis, prædicamento ad aliquid fuisset præferendum id merito supra in dubium reuocatum est: at cur post prædicamentum ad aliquid ante sex vltima prædicamenta collocetur, nulla est ambigendi causa. Cum enim series prædicamentorum ex ordine ad substantiam sumatur, & qualitas sit accidens in hærens substantiæ: sex vero vltima prædicamenta sunt res extrinsecus illi adiacentes, vt esse in loco aut in tempore, &c. manifestum est qualitatem priorem esse illis. ¶ Et præterea, quia substantia corporea suapte natura est primum ens mouens & mobile. Prima autem conditio mouentis & mobilis est quantitas: vt epim cap. de quantitate dictum est, substantia sine quantitate nec agere quicquam potest naturaliter nec pati: ac quam primum est quanta, est mouens & mobile, quod est esse ad aliquid: motus vero ad formam non est nisi per qualitatem. Et hæc ratione quatuor hæc prædicamenta hunc ordinem prædicandi de substantia seruat. Sed quia motus fit per actionem & passionem, tempore & loco, &c. post hæc sequuntur sex vltima. ¶ Quatuor sunt huius capituli membra. Primum est de qualitate in abstracto: aliorum vero de quali in concreto (in scribis nanque hoc prædica

prædicamentum vt notauit Alex.) de qualitate & qualitate: sed tertium membrum est de proprietatibus qualitatibus, atque adeo in postremo determinatur dubitatio quædam. In primo membro secundum numerum specierum qualitatis sunt quatuor textus: in secundo vnus, in tertio iuxta numerum proprietatum sunt tres, & in quarto vnus. Vnde totum caput continet textus nouem.

In primo textu descriptione

qualitatis præmissa, exponitur prima eius species. Ait ergo, Qualitatem vero dico qua quales quidam dicuntur. Boetius vertit, Secundum quam quales esse dicimur. In quo verbo primæ personæ Albertus censet esse mysterium, vt dicimur, dicitur de hominibus in quibus sunt qualitates tam corporeæ quam spirituales. Sed tamen neque in Græco est nisi tertia persona: vt vertit Argyropylus: neque Aristote. mysterium aliud cogitauit: nisi quod qualitas est forma qua res dicuntur quales: ad differentiam substantiæ, qua res dicuntur quid: & quantitas qua res dicuntur quantum: & relationis, qua dicuntur ad aliquid. Et ly qua, designat genus causæ formalis. ¶ Sed dubium est apud Boetium, quod si qualitas definatur per quale, eadem ratione quale definitur per qualitatem, vt infra patebit. Si enim quærenti quid est qualitas, responderet esse id quo res est qualis: eadem ratione quærenti quid est quale, responderet esse id quod habet qualitatem: & sic erit circulus in definitione, quod est vitium. 6 Topico. cap. 3. condemnatum. ¶ Boetius tamen ipse respondet, quod hæc definitio non est quidditatiua & propria: nam generalissima, vt supra dictum est, non habent huiusmodi definitiones: sed est descriptio, quædam quæ datur per notiora quo ad nos: nam vt ait Commentator 1. Phisico. commento. 3. Compositum notius est quam forma, & ideo notius est nobis album, quod videmus perse subsistere, quam non experimur quomodo distinguatur ab albo: & in spiritualibus notior est nobis sapiens, cuius opa cõspicimus, quàm sapientia, cuius entitate solo intellectu attingimus. Et ideo infra describitur quale, per qualitatē: quæ est notior quo ad naturã. ¶ Quod si quis arguat, quod quantitatem quinto Metaphy. non definiuit Aristote. per ordinem ab subiectum: sed per ordinem ad effectum, qui est, secundum quantitatem res diuidi, ergo pariter debuisset qualitatem definire. Respondetur, quod nullus est alius generalis effectus omnium qualitatum, quam asserere substantiam & denominare eam qualem. ¶ Secundo notandum est circa nomen qualitatis, quod quale vt Arist. docet. 5. Meta. tex. 19. multipliciter dicitur. Vno modo omnis differentia tam substantiæ quam aliorum quorumcumque prædicamentorum dicitur qualitas: quia per eam respondetur ad quæstionem factam per, quale. Et est qualitas respectu generis quod contrahit tanquam materia ad esse speciei nõ in prædicabilibus expositum est. Imo vniuersalia prædicamenta substantiæ sunt quodammodo qualitates respectu primæ substantiæ, quia significant quale quid, vt cap. de substantia dictum est. At vero istæ non sunt simpliciter qualitates, sed secundum quid: nam vniuersalia significant quale quid: & differentiæ significant qualitatem substantiæ. Secundo modo adhuc accipitur quale, vt distinguatur contra essentialē. Et isto modo conuenit omni prædicamento accidenti, respectu substantiæ, de qua nomen prædicamentum prædicatur in quale, sed iste modus est generalis & nõ proprius qualitatis. Tertio ergo modo accipitur qualitas vt distinguitur cõtra alia accidentia: & est affectio substantiæ speciale cõstituens prædicamentum: quod non habet aliud peculiare nomen quam qualitas, & isto modo accipitur

Descriptio qualitatis.

Qualitas multipliciter.

quale in definitione, vt sit sensus. Qualitas est qua res simpliciter & proprie dicuntur quales. ¶ Tertio notandum est, quod nominales definitionem hanc intelligunt non solum primæ intentionaliter de rebus: sed etiam secundè intentionaliter de terminis. Sed tamen contextus definitionis non potest terminis adaptari, non enim est terminus album est forma qua dicimur quales, sed certè res quæ est albedo. Nec species qualitatis possunt adaptari terminis, quis enim dicat, quod hoc nomen scientia, est habitus, aut quod hoc nomen calor sit passibilis qualitas: aut quod hoc nomen intellectus, sit potentia: aut quod hoc nomen triangulus, sit figura? Igitur quævis negari non possit, quia termini ponantur in prædicamento: tamen definitiones qualitatis & specierum eius manifestè intelligit Aristote. de rebus. Termini vero sunt in prædicamento tanquam nomina & signa qualitatum. ¶ Præmissa descriptione qualitatis, subdit diuisionem eius in suas species dicens, quod qualitas multipliciter dicitur. Non tamè, multipliciter, idem est quod æquiuocè, sed idem quod generice, vt enim capit. 4. expositum est in genere quodammodo latere æquiuocationes: eo quod continet species inæqualiter perfectas. Sensus ergo est, quod qualitas non est species specialissima, sed est genus: cum enim qualitas dicitur de vniuersali in prædicamento substantiæ & de differentia substantiæ & de quarto prædicamento, tunc dicitur æquiuocè: sed de suis speciebus dicitur tanquam genus. Et prima eius species est habitus & dispositio. ¶ Et differt (inquit) habitus à dispositione, quod habitus magis permanet & est diuturnior quod dispositio. Hæc est secunda particula huius textus (nam quatuor habet particulas) in qua explicat differentiam inter habitum & dispositionem, quæ solum attenditur ex hoc quod habitus est difficile mobilis, dispositio vero facile mobilis. Et id primo explicat exemplis. Scientia inquit & virtutes sunt habitus: eo quod sunt difficile mobiles, scientiæ enim postquam mediocriter acquisitæ sunt, cum difficultate dimouentur, nisi morbo aliquo fortè mania, aut amentia, aut alia id genus obliuione scientiarum incurrat. Cuius autem scientiæ aut virtutes, loquitur formaliter de scientia inesse scientiæ & virtute inesse virtutis, nam propter duos aut tres actus nullus dicitur sciens simpliciter aut studiosus, sed solum dispositus ad scientiam, vt habetur primo Ethic. ca. 7. sed ille dicitur sciens aut studiosus qui habet habitum & facilitatem ad operandum. Dispositiones autem sunt vt calor & frigus, inter quæ facilis est transmutatio: nisi forsitan ob diuturnitatem huiusmodi qualitas verba sit quodammodo in naturam, & in heclicis quibus cõsuetudo caloris & febris ferè naturalis facta est, & in paralyticis, vbi frigiditas magna etiam cum difficultate dimouetur. Cur posuerit exemplum de calore & frigore, quæ ad tertiam potius speciem pertinere videntur, statim in quæstione videbitur. Errore forsitan chalcographi de est in Argyropylo inter exempla dispositionum, sanitas, quod est Græcè & in versione Boetij, addat ergo textui. ¶ In tertia particula quæ incipit, Patet autem, conueniat differentiam hanc ex vsu loquendi hominum, nam ea homines habitus dicere solent, quæ diuturniora sunt, ea vero appellantur dispositiones, qui facile mutantur & transmutantur. ¶ In quarta particula quæ incipit, Sunt autem, addit quod habitus est dispositio, non tamen conuertitur. In quo videtur sibi ipse cõtradecere, nam hæc tunc dispositio nem ex æquo diuidebat, contra habitum, nulla vero est cõtradictio, quia dispositio vno modo est nomen generis ad omnem qualitatem qua homo bene vel male disponitur, siue facile sit, siue difficile mobilis: & hoc modo accipitur hic. Sed alio modo specialius accipitur vt distinguitur contra habitum, & isto modo

Nominales

Habitus & dispositio.

Lug. Do. Sor. I 4 acce-

figura vero dicitur in quantum est terminus quantitatatis. Sed hoc etiam videtur falsum: nam figura in quantum conuenit speciei, pertinet ad pulchritudinem. ¶ Vt ergo ex pharisi Arist. conijcere possumus: figura & forma differunt: quod figura dicit superficiem lineis certis & angulis vel circulo terminatam: ut abstrahit ab hac & ab illa materia, s. vt cadit sub consideratione mathematica: vt triangulus quadrangulus, circulus, &c. nã figura secũdum Euclidem est quæ termino vel terminis clauditur. Et ita Arist. 5. me. tex. 19. hanc speciem qualitatis appellat immobiliã mathematica. 1. figuram vt abstrahit ab entibus naturali mobili: puta ferro, ligno, &c. Forma vero dicit figuram rerum naturalium aut artificialium: vt domus, turris, statua, et si darentur simplicia nomina significatiua naturales figuras. Et ideo subdit Arist. quod etiam rectum & curuum pertinent ad hanc speciem. s. tanquam tertium membrum, quia rectum & curuum cum non dicat aliquid lineis terminatum, nõ dicit figuram, neque perfectã formam, sed sunt forme imperfecte seu partes forme: vt arcus semicirculi est pars circuli. Item conuexũ. &c. Verũ est quod aliquãdo, & figuras appellamus formas, & formas figuras. ¶ Ad confir. respondetur, quod de aspero & leni autor sex principiorum in prædicamento situs videtur contradicere Arist. affirmãs, quod hæc sunt qualitates. Et Albertus illic concordat sententias dicens, quod asperũ & leue, accipitur vno modo vt dicit solã positionem partium inæqualiter vel æqualiter, & sic pertinet ad situm partium, vel in ordine ad locũ, vel inter se ipsas, sicut dicit Arist. in prædicamento quantitatis, quod partes quantitatis habet positionẽ secundũ sursum & deorsum. Secundo modo accipiuntur, vt dicunt figuram ipsam imperfectã sicut rectũ & curuum: & sic sunt in hac quartã specie qualitatis. Et tertio modo adhuc possunt comparari in ordine ad tactũ, in quo asperũ, facit austeritate, & leue, dulcedinẽ: & sic pertinent ad tertiam speciem. Nec propterea idẽ secundũ eandẽ significationẽ ponitur in diuersis prædicamentis: sed penuria nominũ est in causa, vt vnum nomẽ possit accipi secundũ diuersas connotationes.

Numerus rerum & nominũ

huius prædicamenti multo copiosior est quã vt possit ob oculos poni: sed per differẽtias quæ inter has species cõstitutæ sunt de singulari iudicandum est. Atque adeo qualitates supernaturales quauis non cõprehendantur sub rationibus naturalibus, reducuntur tũ ad prædicamẽta: vt gratia ponitur in primã specie qualitatis tanquã habitus: nõ quidem immediate operatiuus: quia non subiectionatur in potentia, sed in essentia dans animæ esse supernaturale: & ideo est sicut sanitas super naturalis. Vel potest considerari tanquam lumẽ, vt pertineat ad tertiam speciem: nam lumen in astris, vbi habet esse permanens, & sicut passibilis: qualitas in aere vero, sicut passio. Et ita lumen gloriæ in beatis est sicut passibilis qualitas: in Paulo vero in raptu, sicut passio. Vel si consideretur ratione subiecti: vt est virtus intellectus ad videndum Deum, in beatis est sicut habitus, & in Paulo, sicut dispositio. Habitus vero infusi vt fides, charitas, &c. omnes sunt habitus operatiui primæ speciei. ¶ In secunda vero specie ponitur character sacramentalis, vt citatur est ex S. Thoma in tertio argumento: quia character baptismi solum dicit potentiam ad suscipienda sacramenta, & character ordinis ad ea ministranda, siue bene, siue male: nam malus Christianus vere suscipit, & malus episcopus vere confert sacramentum. ¶ Ad hanc speciem reducuntur omnia instrumenta, vt gladius, ferra, malleus, &c. hæc enim de se non dicunt formam, sed virtutẽ agendi: quauis hoc

Asperum.

Gratia in 1 specie qualitatis.

Character sacramentalis ad secundam speciem pertinet.

faciant per formam. Et quauis calor & frigus absolute sunt in tertia specie, tamen calor ignis & frigus aque, si considerentur vt virtutes naturales agendi, sunt in secunda specie. ¶ In tertia specie sunt omnia obiecta sensuum vt si dicas acutũ & graue in sono aut in tactu. Et in quarta omnia nomina figurarum & formarum, vt expositum est. ¶ At vero de distinctione qualitatis a substantia nõ existimauimus necessarium esse quæstionem disputare. Conuenit enim inter omnes, primam & tertiam speciem qualitatis distingui a substantia. Vnde nominales dicunt solum prædicamentum & dimidium realiter distingui: puta substantiam & duas species qualitatis. Nihilominus in prædicabilibus, capite de proprio, monstratum est secundam etiam speciem distingui. De quarta vero specie quauis id non sit euident, verisimilius tamen est: quod figura distinguatur a re figurata, maxime si. quantitas distinguatur a re quanta. Dum tamen figuram vnus rei continet, vt statuam vnus lapidis, dicamus simpliciter esse vnã rem: figuram tamen plurius rerum, vt figuram domus, quæ constant ex pluribus lapidibus & lignis, nõ affirmemus esse simpliciter vnã: sed compositam ex figuris partium. Et hæc de primo articulo.

In secundo articulo dicendũ

est de proprietatibus qualitatis. Vñ ad sextum argumentum respondetur, quod contrarietas, vt est proprium qualitatis, accipitur proprie vt distinguitur contra priuatiue & relatiue opposita, vt. s. sunt accidentia mutuo sese expellentia circa idẽ subiectum. ¶ Sed est notandum, quod contrarietas per se primo reperitur in tertia specie qualitatis, vbi sunt quatuor primæ qualitates elementorum s. caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas: quarum duæ primæ sunt principaliter actiue, & duæ secundæ passiuæ. Et ratione istarum contrariantur quæcũque res sint contrariæ. Vt in prædicamento substantiæ ignis cõtrariatur aque ratione caloris: & in prædicamento actionis calefactio: & frigefactio: cõtrariatur ratione terminorum qui sunt qualitates contrariæ. Et generaliter, vt notat Arist. non solum abstracta, sed concreta ipsa sunt contraria ratione abstractorum, vt album nigro, calidum frigidum, &c. Secundo reperitur contrarietas in qualitatibus secundis quæ fiunt ex istis, vt inter albidinem & nigredinem, amarum & dulce, &c. ¶ Sed est secundo notandum, quod contrarietas est maxima distantia, quia est perfecta oppositio: & ideo simpliciter non reperitur nisi inter duo extrema, vt sunt albedo & nigredo, dulcedo & amaritudo. Medij vero colores non contrariantur per se nisi ratione extremorum, vt rubeum non contrariatur viridi, nisi quatenus vnus color participat de albedine, & alius de nigredine. Vnde illi colores qui magis accedunt ad istos extremos magis contrariantur. ¶ In spiritalibus autem est contrarietas per se & proprie: non ratione primarum qualitatum, sed ad similitudinem illarum: nam causæ productiuæ falsi habitus intellectus corrumpunt habitum verum contrarium: & passiones intemperantiæ corrumpunt habitum temperantiæ: & quæ corrumpunt habitum iustitiæ, generant habitum iniustitiæ. Intemperantia enim & iniustitia non dicunt priuationes, sed habitus positiuos. Hinc perspicuum est corollarium Arist. quod si vnũ contrariorum est in prædicamento qualitatis, reliquũ est in eodẽ. Loquitur enim de contrarietate proprie dicta, quæ non est nisi inter positiuas qualitates. Tametsi in priuatiue oppositis quodammodo verum habeat: nam licet priuatio per se non sit in prædicamento (cum non dicat verum ens) tamen reducitur ad genus sui positiuũ: vt cæcitas reducitur ad se

Ad sextum.

Cõtraria.

Ad septimũ ad se

De actione & passione

Cap. IX.



Uscipit & ipsum agere patiuue contrarietate. Calefacere namque & frige facere & calefieri & frigeri, & voluptate & dolore affici, contraria sunt: quare contrarietate suscipiunt. Gradus quoque suscipiunt, vt magis atque minus dicantur. Fit enim vt magis quippiã minusue calefaciat, & itidem calefiat, & doleat magis minusue: quare agere patiuue gradus suscipiunt, vt diximus. De his igitur tota nobis sint dicta. Dictum est autem & de situ esse, in hisce quæ diximus: de ijs quæ sunt ad aliquid, denominationum ipsum a positionibus dici. De ceteris vero, vt de quãdo, de vbi, & de habere: quia sunt manifesta, nihil aliud dicitur quam ea quæ in principio diximus: habere quidem, indutum atque armatum esse significare: vbi vero, in Lycæo esse, & cetera quæcunque de ipsis sunt dicta. De generibus ergo propositis ea quæ sunt dicta, sufficiunt.

Suscipere magis & minus.

Ex vltima prædicamẽ.

ta Aristoteles summa breuitate perstringit. Duas enim tantum enumerat proprietates actionis & passionis: reliqua vero quatuor subsilentio prætermittit (vt inquit) quod & facillima sunt cognita, & non adeo ad vsum necessaria. Nihilominus Gilbertus Porretanus supplementum huius capitulo adiecit quod libellus sex principiorum in scribitur: vnde & ipse author sex principiorum appellatur. Græce scripsit, cuius præter veterem existat elegantissimã translationem Hermolai Barbari. Et Albertus in commento illius inquit, cur appelletur sex principia & nõ potius sex genera: cum Aristotel. decem prædicamenta appellat genera. Non tamen existimo hoc disputatione dignũ: omnia enim decem dicuntur, & genera & principia. Genera quidem quia sunt prima prædicata quidditatuua in qua fit vltima resolutio definitioni. ex parte generis, est enim homo animal rationale: & animal corpus sensibile: & corpus substantia. Et eadem ratione dicuntur prima principia: nam principium est ex quo componitur substantia & definitio rei & in quod fit vltima resolutio. Itaque quodcunque generalissimum est genus, quia est totum continens sub specie: & est principium formale vnde res di manant. Differunt tamen ista sex genera a præcedentibus quatuor: quia reliqua aut sunt substantia aut formaliter in substantia: hæc vero sunt extrinseca quæ circumstant substantiam, vt esse in loco, esse in tempore, esse vestitum, &c.

Prima & potissima quæstio

est hic. An sex vltima prædicamẽta sint relationes: quam partim septimo capite disputauimus. Et quidẽ ante Scotum nullũ dixit quod essent relationes: sed ipse excogitauit relationem intrinsecus aduenientem in locis, quæ illic citauimus: quia opinatus est aliquis esse relationes quæ



Sex prædi. non sunt relationes.

non habent relationem fundandi distincta a subiecto: q̄ illic satis pro captu dialecticorum impugnamus. Mōdo vero ostendere restat quomodo sex prædicamēta nō sunt relationes extrinsecas aduenientes: quia q̄ nō sint extrinsecas aduenientes, Scotus cōcedit. Aut per relationes extrinsecas aduenientes intelliguntur relationes secū dum dicitur: & hoc nō: quia hæc nō sunt vere relatiua vti supra expositum est: relationes vero extrinsecas aduenientes quarū ipse ponit exēplum. s. vno materia ad formā, aut accideris ad subiectū, aut humanitatis ad verbū, sunt relationes secundū esse: nā esse vnitū: nihil aliud est q̄ esse ad aliud: s; autē relatio extrinsecas adueniens sit relatio secundū esse, tūc sequitur q̄ sit in tertio prædicamēto: nā q̄ accides sit ab intrinseco. vel veniat ab extrinseco, non variat formā prædicamēti (sanitas. n. est in prima specie qualitatis siue sit a natura siue a medicina, & forma est in quarta, siue sit naturalis siue artificialis) Quod sit relatio extrinsecas adueniens est in tertio prædicamento, superflua sunt sex vltima: nā prædicamenta sunt impermixta.

Conclusio.

Duæ differētiæ, sex vlt. & ter. præd.

sed est habere taliter vestem: sicut esse album non est esse ad albedinem, sed habere in se albedinem. Hoc est hic attente considerandum: per quod rem vix intellectam, existimo clare esse expositam. ¶ Hinc sequitur corollarium etiam obseruandum, quod querenti quid est esse vestitum, vtrum sit relatio, respondendum est quod non est relatio: sed est esse vestitum, aut habere vestem, aut quod est habitus. Nec vltra tenemur respondere. Ad hoc enim iuuenta est ars prædicamentorum, vt cum peruentū fuerit ad generalissimum, illic cesset interrogatio Vt si queratur quid est Dialectica: respondetur, est scientia: quid est scientia? est habitus: quid est habitus? est qualitas: & qualitas est qua quales esse dicimur. Sed si vltimius queratur an qualitas sit substantia vel quantitas vel relatio? respondetur quod nec hoc nec illud: sed est qualitas, quæ facit per se prædicamentum. Eodem modo si queratur quid est calefactio? Respondetur quod est actio & actio est motus vt ab alio procedens. Itā quod actio nō est magis relatio quam qualitas sit quantitas. Et ita vestitum esse est habitus. Nec Aristoteles audiret interrogantem vltimius quid est habitus, cum sit generalissimum: sed responderet per suas species est vestitum esse, vel armatū esse, &c. & vbi, esse in gymnasio, vel esse in foro, &c. Et est in consideratione huius corollarij homines inciderunt in modum illum inceptum loquendi. Quauis enim relatio non sit distincta a substantia, cum tamen queritur quid est paternitas, respondendum est quod est relatio: & cum queritur quid est linea, respondēdū est quod est quantitas: sed cum postea queritur an relatio vel quā titas sit substantia, vt nunquē negandum est: sed relatio est relatio & quantitas est quantitas.

Corollarium.

His præhabitis facillime intel

liguntur sex vltima prædicamenta. Quorum tractatum Gilbertus exorditur a definitione huius, quod est ratio seu forma: nam prædicamenta dicuntur rationes & formas distinctas. Aut ergo, Ratio siue forma est id quod superuenit composito, simplici cōstans & inuariabili essentia. Forma dicitur simplex & inuariabilis: primo quia quid ditas forme consistit in indiuisibili: sicut quidditas numeri cui si addas aut demas vnitatem, mutatur forma & species, & præterea quia adueniens compositio nō facit maius: si enim aquæ aquam apponas, fit maior: sed si ex albo fiat nigrum non est necesse vt fiat maius. ¶ Descendens subinde ad singlarum definitiones. Actio, inquit, vel factio, est ratio seu forma per quam in materia subiectam denominamur agere vel facere. Passio vero est effectus agentis. ¶ Ad intelligentiam huius definitionis notandum est, quomodo differunt actio & passio & motus: hæc enim tria, materialiter sunt eadem res, formaliter autem differunt: & pertinent ad diuersa prædicamenta: nam motus nec est de prædicamento actionis neque de prædicamento passionis: sed est inter post prædicamenta, & reductiue ponitur in prædicamento termini motus secundum Aristotelem. 3. physic. vt augmentatio reducit ad prædicamentum quantitatis: & alteratio, ad prædicamentum qualitatis. Exempli gratia. Cum ignis calefacit aquam, motus alterationis, qui pro nūc claritatis causa supponitur esse calor qui recipitur in aqua motus inquam ille, id est, calor qui producitur, est actio & est passio, & est motus diuersis relationibus. Et quia ista sunt relatiua secundum dici, non possunt explicari nisi per respectus. Calor ergo ille consideratus in ordine ad finem, scilicet in quantum est in fluxu & fieri & est via ad calorem, est motus: nam illa ratione est actus entis in potentia, quia non in actu & in facto esse. Consideratus vero

Ratio seu forma.

Actio & passio.

Quando

Vbi.

vero in ordine ad agens, scilicet in quantum est aliquid per quod agens immutat aquam superando & vincendo illam est actio: nam est forma & ratio (vt inquit Gilbertus) a qua ignis dicitur agens. Itaque sicut ego dicor vestitus ab extrinseco, puta a veste, ita ignis dicitur agens, non a relatione quæ est in illo, sed ab effectu quo mouet passum. Sed idem calor consideratus in ordine ad subiectum, scilicet vt recipitur in aqua tanquam id per quod aqua mutatur & vincitur ab agente, dicitur passio. Ecce quomodo actio & passio de se non significat relationes, & ideo non sunt relatiua secundum esse: sed quia exprimuntur per relationes, sunt relatiua secundum dici. Nō nego quin relatio effectus ad causam sit relatio realis sed dico, quod actio non significat illam relationem. ¶ Eodem modo sunt explicanda quatuor reliqua prædicamēta. Quando, secundum Gilbertum, est id quod ex adiacentia temporis relinquitur, vt esse hodie, esse heri, &c. Itaque vt homo dicitur vestitus a veste, ita esse nunc, denominatur homo ab hoc tempore in quo est. Et ideo, quando, nec est tempus quod est de prædicamento quantitatis, nec est relatio hominis ad tempus: sed est esse in tempore: sicut esse vestitum neque est vestis neque relatio, sed habere vestem. Hoc modo facile intelliges omnia si recurras ad album: esse enim album nec est albedo nec relatio, sed habere albedinem inharēntem. Ita esse in tempore, est contineri (vt sic dicam) in tali tempore. ¶ Pari modo, vbi (vt ait Gilbertus) est circumscripctio corporis ex circumscriptione loci proueniens. Quod nec est relatio nec locus de prædicamento quantitatis: sed contineri in tali loco, scilicet esse in gymnasio, aut in foro, aut Romæ, &c. quod non potest explicari nisi per respectū. Vbi meminisse opus est illius quod diximus in prædicamento quantitatis. Differt enim locus vt est illius prædicamenti, & vbi est huius, quod locus, vt dicitur quantitatē, non connotat esse Parisijs, aut Salmaticę, aut in Gymnasio, &c. sed solum vltimam superficiem continentis mensurantisque locatum, vt habetur. 4. physic. sed vbi significat esse in hoc aut illo loco: quod explicari non potest nisi in ordine ad aliquod punctum fixum, puta, quod sit in tali altitudine respectu centri terræ (altior enim est aer quam aqua) & in tali longitudine respectu orientis: respectu cuius maiorem longitudinem habet Salmantica quam Roma, aut in tali latitudine respectu poli: propinquior est enim polo Lutetia quam Roma. Sed tamen, vbi, non significat talem respectum: quauis enim per impossibile nullum esset contrarium nec oriens, ego essem Salmantice & alius Romæ. Itaque distare taliter ab oriente, hoc est vere relatiuum secundum esse: sed tamen esse Salmanticę non est relatiuum, quauis explicetur per talem distantiam. ¶ Eodem modo tempus vt est de prædicamento quantitatis solum dicitur mensuram durationis, puta durare per mēsem aut per annum: sed prædicamentū quando, est tali die natum fuisse, tali die fuisse mortuum, &c. ¶ Et ideo hæc prædicamenta non appellantur tempus & locus, sed explicantur per interrogatiua temporis & loci. ¶ Est postremo notandum quod in loco proprie non sunt nisi corpora ratione quantitatis, quæ sunt in loco circumscripctiue, id est, commensuratiue: indiuisibilia vero sunt solum definitiue & non proprie sunt in loco: Et ideo Gilbertus dixit, vbi, esse circumscriptionem corporis quæ prouenit ex circumscriptione loci, id est, est circumscripctio passiuæ quæ est in loco, proueniens a loco circumscribente actiue. Ex quo patet quō homo denominatur esse hic non a relatione, sed extrinsece a loco circumscribente. Quid autem sit esse in loco circumscripctiue aut definitiue, in. 4. physic. ex-

plicatur. Eadem ratione in tempore non sunt nisi illa quorum esse consistit in successione, qualia sunt cuncta corporea quæ sub orbem lunæ continentur, quæ motui cæli subduntur. Sed hic non est locus disputandi quid sit tempus, vsque ad quartum physicorum. ¶ Positio vero est quidam partium situs & generationis ordinatio positio enim accipitur vno modo pro ordinatione partium inter se, quod est de prædicamento quantitatis: vt caput in homine est supra pectus, & pectus supra ventrem. Et alio modo accipitur pro ordinatione partium in ordine ad locum, & hæc peculiariter dicitur situs, vt federe, stare, iacere. At vero prima positio non potest explicari nisi per secundam, non enim caput est sursum respectu pedis nisi quia est in superiori loco. Est verum tamen situs aliquis non a natura, sed ex appetitu animalis, vt iacere & federe, alius est naturalis proueniens a generatione: vt alium situm & positionem habent partes hominis, & alii partes cæterorum animalium, in illis enim caput non est supra pectus, nec pectus supra ventrem sicut in homine. Dico, supra, in ordine ad locum: quia in ordine ad se, caput etiam bruti est supra ventrem: nam in animali illa pars est sursum, qua sumit alimentum, vt docet Aristoteles. 2. de cælo. text. 6. & ita in arbore radix est sursum: sed quia hic est sermo de situ in ordine ad locum, propterea dicit Gilbertus, quod positio est quedam generationis ordinatio, loquens de generatione naturalis, ratione cuius alia est positio naturalis partium hominis in ordine ad locum, & alia partium brutorum. Et per naturalem explicatur illa quæ ex voluntaria aut ex appetitu animalis iacentis aut stantis. ¶ Habitus denique (authore Gilberto) est corporum & eorum quæ circa corpus sunt adiacentia, vt vestitum esse, armatum esse, &c. quod iam expositum est. Non enim adiacentia, dicitur relationem sed habere adiacentem vestem, quod est quasi passio. Capite enim supra proximo diximus, quod habitus, vt est vltimum prædicamentum, est quoddammodo mediū inter primam speciem qualitatis, & vltimum post prædicamentum. Habitus enim primæ speciei qualitatis est id per quod res aliquam modo se habet in se passiuæ per qualitatem sibi inharēntem, habere autem, vt est post prædicamentum, est habere rem taliter vt inter habentem & rem habitam sit sola relatio, vt habere seruum amicū, &c. sed tamen hoc prædicamentum est habere rem non simpliciter per modum passionis, sed quasi. Habet se enī vestis in ordine ad hominem vestitum quasi forma, & homo qui vestitur se habet quasi patiens ab illa.

Situs.

Habitus.

Quodlibet horum sex prædi

camentorum diuidit Gilbertus per species & cuiusque attribuit suas proprietates, vt actio habet genera subalternata quæ sunt factio corporalis transiens, & actio spiritalis immanens. Et vt nunquē habet inferiores species, vt factionis species sunt, naturales quidem, calefacere, comburere, &c. artificiales vero, sciubere, pingere, &c. Actiois autem species sunt intellectio & volitio & sensitio, &c. ¶ Prædicamento actionis attribuit quatuor proprietates, duas quas elicit ex definitione, & duas quas ponit Aristoteles. Prima proprietates est, quod in quocumque modo motus, Nam, vt expositum est, eadem res diuersis rationibus est motus & actio. ¶ Secunda proprietates est, Proprium est actiois passionem inferre, quæ potest intelligi dupliciter. Primo, vt ly inferre, accipitur secundum de intentionali, vt si sensus si actio est, passio est. Secundo modo, vt ly inferre dicat causam realem, & hoc est magis ad mentem Gilberti, nam dictum est, quod

Proprietates actionis.

Proprietates actionis.

Log. Do. So. K passio





DE oppositis autem quot modis opponi soleant deinceps dicendum esse videtur. Opposita nanque modis quatuor opponuntur, aut ut ea quæ sunt ad aliqd, aut ut contraria, aut ut habitus & priuatio,

aut ut affirmatio atque negatio. Atque ut in summa dicam, duplum & dimidium, ut ea quæ sunt ad aliquid: bonum & malum, ut contraria: cæcitas atque visus, ut habitus & priuatio: sedere & non sedere, ut affirmatio atque negatio, opponuntur.

Textus. ij. Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, ea id quod sunt, oppositorum esse, aut aliquo alio modo ad illa dicuntur: ut duplum dimidij, id quod est, alicuius dicitur duplum: & scientia scibili eodem opponitur modo atque ipsa id quod est, scibilis dicitur esse: & scibile etiam id quod est, ad oppositum ipsam inquam scientiam, dicitur: scibile nanque aliqd id scientia, dicitur scibile. Quæ igitur ut ea quæ sunt ad aliquid opponuntur, ipsa id quod sunt aliorum esse, aut aliquo alio modo vicissim dicuntur. Ea vero quæ ut contraria opponuntur, nullo pacto legem hanc subeunt: neque enim bonum mali dicitur bonum, sed contrarium neque album nigri dicitur album, sed contrarium: quare oppositiones hæc differunt.

Textus. iij. Atqui contraria quidem quæ talia sunt, ut ipsorum alterum necessario rebus ipsis insit, in quibus aptum est fieri, aut de quibus prædicatur, ea nullum prorsus medium habent quorum autem alterum inesse non necesse est inter hæc aliquid omnino medium cadit: velut sanitas ac morbus in animalis corpore fieri apta sunt, atque alterum insit animalis in corpore, sanitas inquam aut morbus, necesse est: & de numero par atque impar prædicatur, & alterum par aut impar insit numero necesse est: atque nullum inter hæc, aut inter par & impar, aut inter sanitatem ac morbum, medium cadit. At quorum alterum inesse non est, horum medium est aliquid: ut album & nigrum in corpore aptum est fieri, & non necesse est in corpore alterum horum inesse: non enim omne corpus aut album aut nigrum est. Vitiosum quoque, studiosumque, de homine quidem cæterisque copulibus prædicatur: at non necesse est alterum illis inesse, de quibus hæc prædicari possunt: non enim omnia aut vitiosa sunt

sa sunt, aut studiosa: atque est inter hoc medium sanè: fuscum quidem & flavum, cæterique tales colores, inter album & nigrum: id autem quod neque vitiosum est, neque studiosum, inter vitiosum ac studiosum. In quibusdam igitur media nomen habent: ut fuscum, palidum, rubrum, cæterique tales colores qui media sunt inter album & nigrum: in quibusdam verò nomine quidem non est facile medium assignare, utriusque tamen extremorum negatione ipsum medium definitur: ut id quod neque bonum est neque malum, neque iustum, neque iniustum.

Textus. iij. Priuatio autem atque habitus dicitur quidem circa quippiam idem: ut visus & cæcitas, circa oculum: ut simpliciter autem dicam in quo solet habitus fieri, circa id utrumque ipsorum dicitur. Atque priuatum esse dicimus unam quodque eorum, quæ susceptiva sunt habitus, cum est habitus non quouis modo, sed in eo, vel in quo consuevit esse, vel quâdo illud consuevit ipsum habere. Edentulum enim non ex eo dicimus, quia dentes non habet: & cæcum itidem non ex eo, quia visum non habet: sed quia non habet cum est aptus habere: sunt enim, quæ orta non continuo visum denique habent: at non edentula aut cæca dicuntur. Priuatum autem esse, habituque habere, non est priuatio atque habitus: nam visus quidem est habitus, cæcitas verò priuatio. At habere visum non est visus, neque cæcum esse cæcitas est: etenim cæcitas, est priuatio quædam: cæcum autem esse, est priuatum esse, & non priuatio. Præterea si cæcitas idem esset ac cæcum esse: utraque profecto de eodem prædicarentur: at homo dicitur quidem cæcus: cæcitas autem nullo dicitur pacto. Et ipsa tamen, priuatum inquam esse, habitum quæ habere, perinde ut priuatio atque habitus opponi videntur: modus enim oppositionis idem est. Nam ut cæcitas & visus, sic & cæcum esse ac habere habitum opponuntur.

Textus. v. At enim neque etiam id quod sub affirmatione negationeque est affirmatio est atque negatio. Affirmationem nanque negationemque orationem esse constat: alteram affirmatiuam, alteram negatiuam: at nihil eorum quæ sub affirmationem negationemve cadunt, oratio est, ut patet. Dicuntur tamen & hæc ipsa perinde opinio atque affirmatio negatioque opponuntur: & in his enim idem oppositionis est modus. Nam ut affirmatio, veluti sedet, negationi, ceu non sedet, opponitur: sic & res quæ sub utrunque cadunt, sedere inquam & non sedere, sibi mutuò aduersantur.

Textus. vj. At verò priuationem ac habitum non esse opposita sic, ut ea quæ sunt ad aliquid patet: non enim ipsum id quod est, oppositi dicitur esse: visus enim non est cæcitas visus, neque villo alio ad illam dicitur modo: similiter neque cæcitas visus cæcitas diceretur: sed cæcitas ipsa priuatio quidem dicitur visus: cæcitas autem visus non dicitur, neque visus dicitur cæcitas. Præterea vniuersa quæ sunt ad aliquid, ad ea sanè dicuntur, quæ conuertuntur: quare si cæcitas ex ipsis esset quæ sunt ad aliquid & illud ad quod ipsa dicitur, profecto conuertetur: at non conuertitur: non enim visus cæcitas dicitur visus.

Textus. vij. Atqui neque perinde atque contraria priuationem ac habitum oppositionem subire ex eo perspicuum fore videtur quod contrariorum quæ medio vacant, alterum in his quibus apta sunt esse, aut de quibus prædicatur, in esse semper necesse est, inter enim ea medium nullum cadere diximus, quorum alterum in esse susceptiuo necesse est: ut in sanitate ac morbo, in pari ac impari, intueri licet. Quorum autem est aliquid medium, nunquàm horum alterum omni inesse necessario. Neque enim album aut nigrum, neque calidum, aut frigidum esse, omne quod horum susceptiuum sit, necesse est: nam ut inter hæc medium aliquod cadat, nihil sanè prohibere videtur. Et in super ea diximus medium habere, quorum alterum non necesse est esse in susceptiuo, nisi in hisce in quibus unum inesse natura: ut igni caliditas inesse, & niui albedo. In his enim alterum definitè, non ut utrunvis susceptiuo in esse necesse est. Non enim aut ignem frigidum aut niuem esse nigram contingit. Itaque non omni susceptiuo inesse alterum contingit, sed illis tantum, quibus unum natura inesse, atque unum definitè, non utrunvis. In priuatione autem atque habitu neutrum dictorum est verum: neque enim alterum ipsorum semper inesse necesse est: quæ enim non dùm aptum est visum habere id neque cæcum dicitur, neque visum habere: quare non ex ipsis erunt contrarijs, quæ medijs vacant: sed nec ex ipsis, quæ medium habent: quoniam omni susceptiuo, ipsorum alterum insit necesse est, cum enim est aptum visum habere, tunc aut cæcum aut visum habere dicitur: atque horum alterum non definitè sanè sed utrunvis sine discrimine villo dicitur: at in hisce contrarijs quæ medio non vacant, nunquam fit ut alterum insit omni, sed quibusdam: atque hisce alterum definitè & non utrunvis. Quare patet, neutro modo priuationem & habitum, perinde atque contraria oppositio-

Lo. Do. So, K 2 nem

3. Proprietates.

4. Proprietates.

Proprietates quando.

pasio effectus actionis. Effectus inquam non ita proprie sicut calor est effectus ignis, ignis enim est vere causa caloris, sed tamen actio ut dictum est, non significat causam, sed effectum ut procedit à causa: Nihilominus tamen in calore qui producitur prius natura est esse ab agente, quam recipi in subiecto, & ideo idem motus prius natura est actio quam passio. Vnde passio dicitur relatio actionis, actio vero non est illatio passionis. Tertia proprietas est quam ponit Aristoteles primam putare agere & pati suscipiunt contrarietatem, ut calefactio contrariatur frige factio, quia sunt motus tendentes in terminos contrarios, ut superiori capite expositum est. Quarta denique proprietas est quam Aristoteles ponit secundam, scilicet, quod actio & passio suscipiunt magis & minus. Quod itidem conuenit illis ratione termini ad quem. Illum enim magis calefacit, quod velocius calefacit, id est, quod in tempore æquali plus formæ producit, & illud magis calefit, quod in tempore æquali plus formæ recipit. Quia de causa magis calefacit ignitum ferrum quam carbo, & magis calefit lignum siccum quam viride. Proprietates de quando sunt tres, quarum duæ, & communes sunt quatuor, vltimis prædicamentis, & improprie sunt proprietates, cum potius sint negationes proprietatum, puta nec recipere contraria, nec magis & minus. Esse enim heri non contrariatur huic quod est esse hodie aut esse cras, nam quauis idem non possit esse simul heri & cras, hoc non est propter contrarietatem, sed propter successionem temporis. Et eodem modo nullus est magis heri aut magis hodie quam alius, quauis possit magis durare quam alius. Et eadem ratione esse hic & esse Romæ, non sunt contraria, quia licet repugnet naturaliter mihi esse hic & esse Romæ, hoc non est propter contrarietatem locorum, sed quia rei finitæ repugnat esse in duobus locis discontinuis. Et sursum & deorsum, non sunt contraria, sed relatiue opposita. Neque esse in gymnasio aut in foro recipit magis & minus, quauis vnus possit in gymnasio occupare maiorem aut digniorem locum quam alius. Eodem modo nec sedere aut iacere habet contrarium, nam quauis idem non possit simul iacere & stare naturaliter, hoc non est propter contrarietatem, quia iacere & stare non sunt qualitates actiue nec fluunt ex actiuis, & eadem ratione esse vestitum & armatum non habent contraria. Nec suscipiunt magis & minus. Nullus enim magis, aut minus sedet aut iacet quam alius, licet potest esse quod aliquis quiete magis sedeat quàm alius, & alius non perfecte iaceat sed accumbat. At vero asperum & lenem, recipiunt magis & minus, & rarum & densum, licet quoddammodo sint in hoc prædicamento, sed tamen non recipiunt magis & minus, nisi in quantum habent rationem qualitatum. Tertia proprietas propria de quando, est quod solæ res quæ incipiunt, & desinunt esse sunt in quando, nam res æternæ, ut Deus, quia non mensurantur successionem temporis, non sunt in hoc prædicamento. Et tertiam pariter proprietatem possumus attribuere prædicamento, vbi, quod in hoc prædicamento solum proprie sunt corpora quanta, nam angeli proprie non sunt alicubi. Et eadem subinde erit proprietas situs & positionis, nam indiuisibilia nec habent situm nec positionem. Et eadem etiam erit proprietas habitus, quia habitus, ut est vltimum prædicamentum, solum conuenit corporibus & præsertim animalibus.

nem subire.

Præterea inter contraria quidem, sit modo quod ipsa recipere possit fieri commutatio potest, nisi vnum ipsorum natura ægro ratione subire, & frigidum calidum, & album effici nigrum, ex studioso quoque vitiosus, & è vitioso studiosus euadere potest. Vitiosus si enim moribus præstabilioribus præceptisque instituat, aliquid saltem in probitate incrementi suscipiet. Quod si parum licet incrementi semel susceperit, patet aut penitus illum mutari, aut ingentia incrementa suscipere posse. Semper enim habilis magis ad consequendam ipsam virtutem sumpto paruo etiam incremento fit: quare verisimile est maiora quoque illum incrementa suscipere: quod quidem si semper ita fiat, in contrarium penitus habitum deducatur, nisi tempore fortasse excludatur. In habitu vero priuatione ve fieri non potest, vt commutatio vnquam efficiatur: ex habitu nanque quanquam ad priuationem mutatio fit, ad habitum certe ex priuatione fieri nequit, nõ enim quisquam cæcus factus visum vnquam recuperavit, neque caluus factus comam, neque edentulus vllus dentes emisit.

Textus. viij. Atqui patet, & ea quæ vt affirmatio negatioque opponuntur, nullo dictorum modo oppositionem subire. In his enim solis alterum verum, alterum falsum esse necesse est, semper alterum verum alterum falsum vt sit. Sanitas enim ac morbus contraria sunt, & neutrum ipsorum verum est aut falsum: similiter & duplum & dimidium relatiue quidem opponuntur, neutrum tamen verum est aut falsum: cæcitas etiam atque visus, habitus quidem & priuatio sunt: vt patet: at neutrum verum est, aut falsum. Omnino autem nihil eorum, quæ nulla cum complexione dicuntur, verum est aut falsum.

At vniuersa quæ dicta sunt, sine complexione dicuntur. Et quidem id ipsum in hisce contrarijs maximè accidere videbitur, quæ cum complexione dicuntur: valere enim Socratem & ægrotare Socratem: contraria sunt. At neque in hisce necessarium est, alterum verum, falsum alterum esse: nam si existat quidem Socrates, alterum verum, alterum falsum erit: si verò non existat, ambo falsa erunt vt patet. Si enim Socrates omnino non sit, neutrum erit verum, neque ægrotare ipsum, neque valere. In priuatione quoque ac habitu si Socrates omnino non sit, neutrum verum erit: si sit, non semper alterum erit verum alterum falsum. Visum enim habere Socratem, & cæcum Socratem esse, vt habitus atque priuatio oppo-

nuntur: & si sit Socrates, non necesse est alterum verum, alterum falsum esse. Quo enim tempore nondum est aptus habere, vtrunque est falsum. Sin omnino non sit, falsum etiam erit vtrunque, & visum ipsum habere, & cæcum esse. In affirmatione verò negatione ve, semper siue sit siue non sit, alterum erit falsum, alterum verum. Horum enim, ægrotare inquam Socratem, & non ægrotare Socratem, siue sit siue non sit Socrates, alterum verum, alterum falsum esse patet. Si enim non sit, ægrotare illum est falsum, non ægrotare verum: quare hisce solis hoc competit, alterum inquam ipsorum verum esse, alterum falsum, quæ vt affirmatio atque negatio opponuntur.

Textus. ix. At vero malum quidem bono necessariò contrarium est: quod quidem esse, patet inductione. Morbus enim sanitati, & iniustitia iniustitia, & fortitudini timiditas aduersatur, & in cæteris simili modo. At malo interdum bonum, interdum malum contrarium est: defectui enim, qui quidem est malum, exuperatio, quæ quidem & ipsa malum est, contrarium est: similiter & mediocritas, quæ quidem est bonum, vtrique aduersatur, vt patet. In paucis tamen id ipsum esse videtur, sed in plurimis malo bonum semper contrarium est. Præterea non necessarium est, si contrariorum alterum sit, & reliquum esse. Nam si omnes sunt sani, sanitas quidem erit: morbus verò non erit: similiter si sint omnia alba, albedo quidem erit, nigredo verò non erit. Præterea si Socratem valere contrarium est huic Socratem ægrotare (fieri verò non potest vt ambo simul eidem insint) impossibile est si contrarium alterum sit, & reliquum etiam esse. Nam si stat valere Socratem, ægrotare Socratem stare non potest. Patet etiam, & circa idem aut specie aut genere contraria fieri solere, vt morbum quidem & sanitatem in animalis corpore, albedinem autem & nigredinem in corpore absolute, iustitiam verò & iniustitiam in hominis anima. Contraria in super omnia, aut eodem in genere, aut contrarijs in generibus esse, aut ipsa genera esse necesse est: nam album quidem & nigrum eodem in genere sunt: calor enim ipsorum est genus: iustitia vero ac iniustitia, sub generibus contrarijs collocantur: alterius enim virtus, alterius vitium est genus, vt patet, at bonum & malum non sunt in genere, sed aliquorum ipsa genera sunt.

In hoc

Postprædicamentum.

IN hoc decimo capite incipit tertia pars principalis huius libri quæ est postprædicamentorum. Enimvero quemadmodum antepædicamenta sunt præambula illa, ad notitiam prædicamentorum præuia ita postprædicamentum est proprietas & conditio quæ aut omnibus aut quibusdam prædicamentis competit. Et ideo dicitur postprædicamentum, quia consequitur naturam prædicamenti. Tameñ Andronicus (vt Boetius refert) negauerit postprædicamenta hæc composita fuisse ab Aristotele, at reuera ordo ipse & eloquutio ostendit eiusdem esse authoris postprædicamenta, cuius sunt prædicamenta: atque adeo totum librum esse Aristotelis opus. Atqui postprædicamenta sunt numero quinque putã oppositio, prius, simul, motus, & habere. Quorum tria priora generales sunt conditiones omnium prædicamentorum: nam & inter se omnia oppositionem habent, cum sint primo diuersa: & item ordinem naturæ est enim substantia prior quantitate & quantitas prior alijs, &c. sed omnia sunt simul tempore. Et præterea in singulis est oppositio priuatiua inter differentias diuisivas generis: vt corporeum & incorporeum in substantia continuum & discretum, in quantitate. Atque in tertio prædicamento est oppositio relatiua: & in quarto oppositio contraria: & in singulis, genus est prius natura quam species: & sunt simul tempore. Motus vero si proprie accipiatur consequitur tria tantum prædicamenta (authore Aristotel. 5. Phisic.) scilicet quantitatem, qualitatem & vbi. Mutatio vero, scilicet generatio consequitur substantiam. Consequitur inquam, id est, est conditio: vt proprio loco explicabitur: Sed habere proprie conuenit substantiæ, vt habere seruum, habere quantitatem, habere animam.

Caput hoc decimū quod est

primum postprædicamentorum diuiditur in tria principalia membra. In primo proponit prius quatuor esse oppositionum genera: & mox singulorum exempla subiungit. Quocirca primum membrum quinque habet textus. In secundo membro comparat inuicem quatuor hæc genera oppositionum: quod secundum tres comparationes tres continet textus. In tertio qui vnicus est textus, specialiter exponit naturam contrariorum. Vnde totum caput per nouem textus distributum est. ¶ Opposita inquit modis quatuor opponi dicuntur, scilicet aut relatiue, aut cõtrarie, aut priuatiue, aut cõtradictorie: vt duplū & subduplū bonum & malum, cæcitas & visus, sedere & non sedere. ¶ Sufficientia huius diuisionis hinc sumitur. Oppositio aut est inter ens & simpliciter non ens, & illa est cõtradictio aut inter ens & non ens in subiecto apto nato. & illa est priuatiua oppositio: aut inter ens & ens, quæ mutuo se respiciunt, & illa est relatiua oppositio. ¶ Quo fit vt si ordo consideretur in ratione non entis & oppositionis, tunc maxima oppositio est cõtradictio: quia vnum extremum ex ratione sua nihil participat de ente: proxima est priuatio, quæ parum participat de ente, scilicet aptitudinem in subiecto: tertia est contrarietas, quæ est inter qualitates positivas eiusdem generis simpliciter se expellentes: & vltima est relatiua, cuius extrema respectu diuersorum conueniunt eidem: vt duplum & subduplum. Si autem considerentur secundum quod participant magis de entitate & minus de oppositione, tunc habent se ordine e conuerso vt ordinantur ab Aristotele. ¶ An vero oppositio æquiuoce dicatur de his

Quatuor genera oppositiorum.

quatuor generibus, parum refert. Crediderim tamen, quod saltem de primis tribus generibus vniuoce dicitur nam oppositio id solum dicit quod impossibile simul existendi in eodem subiecto: quod certe vniuoce conuenit omnibus. Relatiue vero opposita non sunt simpliciter relatiua: sed secundum quid, id est, respectu eiusdem. Est etenim idẽ duplum & subduplū respectu diuersorum.

¶ In secundo textu qui incipit. Quæ igitur, sequitur ex eodem plurim relatiue oppositionis. Ait enim ea relatiue opposita, quæ id ipsum quod sunt, oppositorum dicuntur: & ponit vnum exemplum de relatiuis secundum esse, vt duplum quod est subduplū duplum, & alterum de relatiuis secundum dici, vt scientia quæ est rei scibilis scientia. Et ad maiorem explicationem subiungit, quod contrarie opposita non habent eandem legem, enim nõ bonū dicitur mali bonum, sed mali contrarium: nec album dicitur nigri album, sed nigri contrarium. ¶ Hic tamen est dubium: primum quia hic non videtur definire Aristotel. quid est oppositio relatiua, sed quid est relatio: nam illa est explicatio definitionis relatiuorum, vt supra dictum est. Et præterea: quia hic videtur insinuare, quod relatiuum opponitur alteri correlatiuo ad quod refertur: & tamen supra capitul. 7. dixit, quod est contrarietas in relatiuis: non tamen inter relatiuum & correlatiuum: sed inter relatiuum & oppositam qualitatem: puta inter scientiam & ignorantiam: & inter virtutem & vitium. Et tertio, quia simile refert ad simile, & tñ nõ habet oppositionem ad simile, sed ad dissimile: & propinquū, nõ opponit propinquo, ad quod refertur, sed distanti. ¶ Ad secundum vnde alia pendet: respondetur, quod relatiua secundum dici possunt considerari secundum naturam suam, videlicet puta in quantum sunt qualitates, & isto modo vere contrariantur: non quidem suis correlatiuis, sed qualitatibus contrarijs. Et hoc docuit Aristotel. capitulo. 7. Alio modo considerantur in quantum relatiua: & isto modo opponitur relatiue illis ad quæ referuntur, Ratio enim oppositionis relatiue est contra se poni: eo enim quod pater est filij pater, nõ potest idem esse pater & filius respectu eiusdem. Et ideo Aristotel. exprimens naturam relatiuorum, exprimit eorum oppositionem. Est enim differentia relatiuorum & contrariorum (vt ait Aristotel.) quod relatiuum ad idem refertur sub proprio nomine, & in ratione oppositionis, vt duplum est duplum ad subduplum, & oppositum ad subduplum: imo idem est. Contrarium vero non refertur ad idem cui opponitur, est nã que album nigri contrarium: sed non nigri album. Et per hoc soluantur secundum & primum argumentum.

Relatio opposita.

Cõtrarie opposita.

¶ Ad tertium vero respondetur, quod proprie oppositio relatiua est in relatiuis disquarantia, vt duplū subduplum, maius minus, &c. In relatiuis vero æquiparantia, vt simile, propinquum, &c. non est adeo manifesta oppositio relatiua: simile enim & dissimile, aut propinquum & distans, non sunt relatiue opposita: quia simile non est dissimili simile, sed simili simile: at vero sunt quodammodo contrarie opposita. ¶ In. 3. text. qui incipit, Atqui contraria, & habet duas particulas, ponit exemplū duplicis generis contrariorum. Etenim, quia hic non tractat de contrarijs phisicè, vt. 1. o. metaphisicè, text. 1. 3. sed solum dialecticè, non ponit exactam definitionem contrariorum quam illic ponit (est enim cõtrarietas maxima distantia inter duo extrema quæ circa idem subiectum mutuo se expellunt) sed exemplis explicat hęc naturam contrariorum. Ait enim quod illa contraria quorum alterum necessario inest cuiusque proprio subiecto, illa inquit sunt contraria inter quæ nullum est medium: sed illa quorum non est necesse vt alterum insit, Logi. Do. Soto. K 3 sunt

sunt contraria inter quæ est aliquod medium. Ponit exemplum vnum in naturalibus, & aliud in mathematicis. Animal enim (quod est proprium subiectum sanitatis) necesse est aut sanitate inesse, aut ægrotudinem: quia inter sanitatem & ægrotudinem non est medium. Et eadem ratione numerus omnis aut par est, aut impar: quia nullum est medium. At vero corpori (quod est proprium subiectum albedinis) non est necesse aut albedinem inesse, aut nigredinem: quia potest habere medium colorem. Eodem modo vitiosum atque studiosum, quod dicitur de homine & de alijs multis (alludit ad intelligentias, quæ sunt studiosæ: & ad dæmone quorum secundum Platonicos erant aliqui prauis.) Eorum (inquit) non est necesse alterum inesse: nam est medium inter studiosum & vitiosum. Enimvero studiosus non dicitur quis propter actum virtutis, nec prauus propter solum actum malum: sed vtrunque dicitur habitum: & potest esse aliquis in quo nondum genitus est habitus aut virtutis, aut vitij, vt paulo post vsus rationis: nam ante vsus rationis neutrius est homo, capax. Ad intelligentiam huius considerandum est, quod tamen dicitur hic ex contrarijs inter quæ non est medium alterum de necessitate in esse, intelligitur in subiecto proprio: nam angeli aut cæli nec sunt calidi nec frigidi, quia subiectum huius accidentis est corpus corruptibile. Et item lapis nec est sanus formaliter nec infirmus, quia proprium subiectum sanitatis est animal. In secunda particula textus subiungit quod in quibusdam media nomen habent, vt inter album & nigrum, est fuscum, pallidum, rubrum, &c. In alijs vero non est facile nomen assignare: sed medium exprimitur per negationem vtriusque extremi, vt medium inter iustum & iniustum sit illud quod neque habet habitum iustitiæ, neque habitum iniustitiæ. Et rationem huius possumus assignare, quia in aliquibus mediis est aliquid posituum participans naturam vtriusque extremi, vt pallidum dicitur qualitate participatam naturam albedinis & naturam nigredinis, & tepidum, participat naturam caloris & frigoris. Et hæc habet nomina: sed tantum inter studiosum & prauum, non est medijs habitus positius, sed est negatio vtriusque: & ideo non habet nomen. In text. 4. qui incipit, Priuatio autem (& continet etiam duas particulas) explicatur priuatiue opposita. Ait enim quod priuatio & habitus sunt circa quippiam idem. In versione Boetij habetur, circa idem ordine. Attamen Græce non est illa particula ordine. Vbi notandum est, quod priuatio vt habetur, 5. metaphysicis, text. 2. 7. accipitur tribus modis improprie, & quarto modo proprie. Primo modo est carentia illius quod natum est haberi: sed non in tali subiecto, vt planta improprie dicitur cæca. Secundo modo est carentia alicuius quod natum est haberi in tali subiecto secundum genus, non tamen secundum speciem, vt talpa simpliciter non est cæcus: quia visus quauis potest esse in animali, quod est genus talpæ, non tamen in illa specie. Et ideo dicitur animal cæcum. Tertio modo est carentia alicuius quod natum est haberi in tali subiecto secundum speciem, non tamen secundum talem circumstantiam. Videlicet secundum tempus, canis ante nonum diem non dicitur propriissime cæcus, quia licet sit aptus videre, non tamen in tali tempore. Secundum locum, quia nox proprie non est tenebræ in cauernis: nox enim est carentia luminis solis in hemispherio nato recipere illud: & cauerna non est locus aptus recipere lumen. Aut secundum partem, quia homo non dicitur edaculus eo quod in manu non habeat dentes. Aut in ordine ad aliud: quia homo non dicitur paruus, licet non sit tam magnus sicut mons: sed si non habet iustam staturam homi-

Priuatiue opposita.

nis. Quarto ergo modo accipitur proprie pro carentia alicuius in subiecto apto nato secundum omnes dictas circumstantias, puta tempore & loco, &c. Et hoc est quod subdit Aristoteles in litera. In secunda vero particula quæ incipit, Priuatum autem dicitur quod priuatum esse, non est priuatio: sicut habitum habere non est habitus. Quod probat dupliciter. Primo quia vnum est concretum, & aliud abstractum. Et præterea quia non verificantur de eodem homo enim (inquit) est cæcus, sed tantum homo non est cæcitas, quia homo est priuatus visu, sed non est priuatio. Hoc attente considerandum esset ab illis qui passim concedunt abstracta verificari de concretis, dicentes, quod cæcitas est homo, & tenebræ est aer carens lumine & sedens est sensio, & alia id genus quæ philosophi non audirent. Concludit tandem philosophus, quod quemadmodum abstracta, puta visus & cæcitas opponuntur priuatiue, ita & concreta, scilicet cæcus & videns. In 5. text. qui incipit. At enim ponit exemplum de oppositione contradictoria: de qua duo affirmat. Primum quod affirmatio & negatio solum dicitur de signis, puta in voce, scripto aut mente, significatum autem propositionis vt sedere vel non sedere a parte rei, non sunt affirmatiues aut negationes, quia affirmatio est oratio & res ipsa non est oratio. Quod nos ita affirmamus & exposuimus in principio huius libri: vbi diximus quod quauis respicitur tanquam obiecta conceptum, tamen res non sunt propositiones. Secundo dicit Aristoteles quod sicut affirmatio & negatio quæ sunt orationes opponuntur contradictorie, ita & significata earum, puta Petrum sedere & Petrum non sedere. Et propterea contradictio dicitur inter ens & non ens: quia etiam Petro non existente, verum est Petrum non sedere.

In textu sexto qui incipit, At

Prima comparatio.

vero, incipit secundum membrum principale huius capituli in quo sunt tres comparationes inter ista genera oppositionum. Vbi considerandum est, quod quatuor extrema comparationis sex modis possunt comparari, scilicet primum ad secundum & ad tertium & ad quartum, & præterea secundum ad tertium & ad quartum, & tandem tertium ad quartum. Sed tamen prima comparatio tam facta est superius inter relative opposita & contrarie opposita, & ideo sequitur hic secunda inter relative opposita & priuatiue opposita. Ait enim quod priuatiue opposita non sunt relative opposita. Quod probat dupliciter. Primo, quia esse visus non est ad cæcitatem, est enim semper obseruandum, quod esse vnius referri ad aliud est, quod propria denominatio exprimitur cum obliquo alterius, vt pater est filij pater. Visus autem non est cæcitas visus, neque cæcitas est visus cæcitas, sed visus priuatio. Ad tollendam amphibologiam de ly visus, quod est nominatiuus & genitiuus. Boetius vertit visio, & visionis, quauis visio non sit nomen potentie. Translatio Argyropyli quæ modo venit à Germania corrigitur vt hic habetur, text. enim habet cæcitas, loco de ly cæcitis. At quia dixerat Aristoteles cæcitate esse visionis priuationem: ne quis suspicaretur idem esse visionis esse priuationem, & visionis esse cæcitate, & per consequens cæcitate dici relative, subiungit secundam rationem ad probandum, quod cæcitas non dicitur relative ad visum, alius enim visus etiam econuerso diceretur relative ad cæcitate, quod tamen est falsum, quia visus non est cæcitas visus. In text. 7. qui incipit. Atqui nec perinde, comparat priuatiue opposita ad contrarie opposita, dicitur, quod neque priuatiue opposita sunt contrarie opposita,

Priuatiue opposita.

Comparatio.

posita. Quod probat dupliciter. Et prima probatio stat in hoc. Duo genera contrariorum supra distincta sunt. Alia enim sunt contraria quorum nullum est medium, in quibus subinde necesse est alterum extremum inesse proprio subiecto, vt sanitas & ægrotudo: alia vero sunt quorum est aliquod medium, vt album & nigrum, quorum non est necesse alterum inesse. At vero restringit nunc secundum genus, dicens, quod eorum quæ medium habent non necesse est alterum inesse, nisi forsitan alterum sit accidens proprium & naturale, vt calor inest igni & niui albedo. Emendauimus hic textum Argyropyli modo vulgatum: qui vbi debebat habere. Et insuper ea diximus medium habere transulit. Medio vacare, id est, carere. Quæ litera contradicebat & veritati, & textui præcedenti: eorum enim quæ medio carent, necesse est alterum inesse. Qui error inde forsitan emanauit, quod in Græco habetur, anamefon, quod si esset vnicum nomē compositum, idem esset quod absque medio: sed vbi sunt duæ partes, idem est quod secundum medium. Argyropyli forte legit primo modo, cum tamen lecturus esset secundo modo. Ad propositum ergo vt redeamus: priuatiue oppositorum (ait Aristoteles) non est semper necesse alterum inesse: nam catulus ante nonum diem nec est videns, nec cæcus, vt paulo ante dicebamus, ergo non sunt contraria primi generis, puta inter quæ non est medium. Rursus homini necesse est alterum inesse: & id non prouenit eo quod visus sit necessarium accidens hominis: neque cæcitas (quia homo est indifferens ad vtrum liber) ergo non sunt contraria secundi generis vel quorum est medium. In secunda particula quæ incipit. Præterea affert secundam rationem. In contrarijs inquit possibile est fieri mutationem in differenter ab vno ad aliud & econuerso (nisi vnum sit accidens proprium quod non corrumpitur nisi corrupto subiecto) sed in priuatiue oppositis, licet ab habitu in priuationem possibile sit transitus, tamen a priuatione in habitum naturaliter impossibile est regressus: sit enim ex vidente cæcus non tamen ex cæco videns. Rationem huius scite exponit S. Thom. 8. metaphysicis. lect. 4. supra text. 1. 4. vbi hoc tractat Aristoteles. Ait nanque, quod cum ly ex, dicat ordinem, sunt quidem naturales ordines qui naturaliter peruertunt non possunt. Atqui naturalis ordo priuationis, quæ dicitur naturale corruptionem est, vt ex perfecto fiat corruptio: tamen ex corruptione non fiat perfectum immediate, nisi certis transmutationibus medijs. Exempli gratia. Vinum corrumpitur in acetum: sed acetum non potest reuerti in vinum: nisi forsitan fundatur prope vitem, cuius humor actione naturali digeratur in vuas. Item ex homine fit cadauer: sed tamen ex cadauere nunquam fiet homo, nisi resolutum in terram conuertatur in fructus, qui bus homo partus generet seme, & inde alium hominem. Cum ergo cæcitas sit corruptio visus, non potest ex cæcitate fieri visus, sicut ex frigido calidum, & ex calido frigidum. Tenebræ vero licet sint priuatio luminis, habent tamen immediatam ordinem ad aerem, sicut lumen. Potest enim tenebra esse vbi non præcesserit lumen. Et ideo mutuum est transitus, & à lumine in tenebras, & à tenebris in lumen. Dixerim cæcitate non esse nisi priuationem visus præcedentis: intelligo aut præcedentis in re, aut qui naturaliter debuisset præcedere: vt est in cæco à natiuitate. In text. 8. qui incipit. At qui patet, comparatur contradictorie opposita ad tres præcedentes oppositiones. Ait enim hoc esse proprium huius oppositionis, quod in vniuersum de quocunque, siue sit, siue non sit, necesse est aut affirmationem veram esse, aut negationem: quod nullis aliorum oppositorum competit. Et id quidem pri-

mo probat si accipiuntur in complexe. Sanitas enim aut ægrotudo: aut visus, aut cæcitas aut duplum aut dimidium cum sint in complexa, nec vera nec falsa sunt. Secundo id probat si accipiuntur in complexe, vbi maior erat apparentia, ait enim quod horum contrariorum quæ complexa sunt, puta Socratem esse sanum, & Socratem languere, Socrate quidem existente alterum inesse: sed Socrate non existente neutrum est verum. Et idem est de his, Socrate habere visum, Socratem esse cæcum. Sed tamen si dicas Socratem esse sanum & Socratem non esse sanum, de necessitate alterum est verum: etiam si Socrates non sit. Et hac de causa affirmatio & negatio de eodem habetur, tamquam primum principium per se notum. In text. 9. qui incipit. At vero malum, &c. sequitur tertium membrum huius capituli peculiare de contrarijs: quod in aliquibus codicibus Græcis habetur tanquam caput distinctum: in quocumque ponuntur conditiones proprie contrariorum. Prima est, Bono ex necessitate contrariatur malum: malo autem non solum bonum, sed etiam malum contrariatur. Non est sensus prioris partis, quod omne bonum habet contrarium: nam cælum non habet contrarium: nec propriè lumen quod est qualitas eius. Nec est sensus quod ex duobus contrarijs si vnum est bonum, alterum non est bonum: nam calor est bonum ignis, & frigus bonum aque. Sed sensus est, quod si bono sub ratione boni aliquid contrariatur, contrarium eius necessario habet rationem mali respectu illius cuius est bonum. Calor enim & frigus simpliciter loquendo nec habent rationem boni nec mali, sed si calor accipiatur in quantum conueniens igni, tunc frigus est malum ignis: & si calor conuenit filii hominis, frigus contrarium est malum eius. Et vtrunque extremum virtutis eo est malum, quia virtus cui contrariatur est bona. Sed tamen prodigalitas contrariatur auaritiæ, & vtrunque est malum. Et ratio huius est, quia bonum consistat ex integra causa, malum autem ex quocumque defectu. Quod si hinc inferas idem contrariari duobus diversis: vt prodigalitate, liberalitati & auaritiæ: quod est contra Arist. 1. 0. metaphysicis, text. 1. 4. vbi ait quod vnum tantum vni contrariatur. Respondetur, quod illud intelligitur de perfecta contrarietate: vnum tamen extremum imperfectè contrariatur medio, in quantum participat aliud extremum: vt album contrariatur rubro, in quantum participat aliquid nigri. Secunda conditio contrariorum est quod non est necesse si vnum sit reliquum esse: non enim sequitur, si album est, nigrum est: quia possunt omnia esse alba. Intelligitur de consequentia logica: quia naturaliter si elementum ignis est, & contrarium elementum est, puta aqua: vt. 2. de celo, text. 1. 8. enuntiat Aristoteles. Tercia conditio est, quod duo contraria non possunt esse simul in eodem subiecto. Et quarta est, quod contraria semper sunt circa idem subiectum: idem (inquam) specie aut genere, vt si proprium subiectum sanitatis est animal, idem est etiam proprium subiectum ægrotudinis: lapis enim quia non potest esse sanus nec potest esse infirmus. Et si calor non potest esse nisi in corpore corruptibili, nec frigus esse potest nisi in corpore corruptibili. Quinta & postrema conditio est. Omnia contraria aut sunt sub eodem genere, vt album & nigrum sub genere caloris: aut sub contrarijs generibus, vt iustitia & iniustitia, quorum primum est sub genere virtutis, & alterum sub genere vitij: aut sunt ipsa contraria genera, vt bonum & malum: quæ dicitur genera improprie tanquam transcendemia vniuersalia omnibus contrarijs: nam omnium contrarium alterum habet rationem boni respectu alicuius subiecti, respectu cuius alterum habet rationem mali.

Logi. Do. Soto. R 4 De



De Modis prioris. Cap. XI.

PRius quippiam alio quatuor dicitur modis. Primo quidem & propriissimè tempore, quo pacto quippiam antiqui⁹ aliquo & vetustius dici solet: quia nã que plus est tẽporis, ideo antiquius atque vetustius dicitur. Secundo vero, id quod non cõuertitur essendi consequentia: quo pacto vnũ duobus est prius: nã si sint duo, & vnum continuò sequitur esse: at si vnũ sit, nõ necessario sequitur duo esse. Quare hoc posito, non conuertitur consequentia, vt illud sit. Prius autem id esse videtur quod essendi cõsequentia non conuertitur. Tertio modo, ordine quodam dicitur prius, vt in scientijs, atque orationibus intueri licet. In demonstratiuis enim scientijs, prius est nimirum atque posterius ordine: elemẽta namque designationibus ordine priora sunt, quippe cum principia priora sint ordine conclusionibus contemplandis: & in grammatice syllabis priora sunt elementa, in orationibus etiam exordium simili modo narrationem ordine antecedit. Præterea id quod est præstabilius honorabiliusue, prius natura esse videtur. Vulgus etiã eos qui sunt honorabilius, quosque magis amat, vocare priores consueuerunt, quanquam hic modus penè omnium alienissimus esse videtur. Tot igitur ferè sunt modi prioris, qui dici solent. ¶ Videbitur autẽ & vltra iã dictos, alius quidam esse prioris modus: eorũ enim quæ essendi consequentia cõuertuntur, alterum quod est causa quo uis modo vt alterũ sit, prius natura nõ incongruẽ dici potest: atque esse quædam illa, patet. Esse em̄ hominẽ, ad orationẽ d̄ ipso verã, essendi cõsequentia sanè cõuertit: nã si sit hõ, vera est ea oratio, qua hõ dicitur esse: & ecõtra hõ profecto est, si vera est ea oratio: quia hominẽ dicimus esse. Atque oratio quidẽ vera, vt res sint nullo pacto est causa: res tñ aliqua ex parte vt sit oratio vera, causa esse videt. Ex eo nã; quæ res est, aut nõ est, oratio vera dicitur aut falsa: quare fit vt quinq; modis ipsum prius dicat, vt patet.

De Modis simul. Cap. XII.

Simul autẽ ea simpliciter præprijsimeque dicuntur quorum generatio est tempore in eodem: neutrum em̄ ipso rũ prius, aut posterius est. Atque hæc tempore simul dicuntur: natura verò ea dicitur

simul, quæ essendi quidem consequentia cum cõuertuntur, neutrum tñ vt sit alterũ causa est: vt in duplo dimidioque; intueri licet: hæc em̄ conuertuntur. Nã si duplũ est dimidium est: & si dimidiũ est, duplũ est: neutrum tamen est causa vt alterum sit. Ea præterea quæ eiusdẽ gñis diuisione sibi opponuntur, simul esse dicuntur natura. Dicuntur autẽ eiusdẽ gñis diuisione opposita sibi quæ in eadem sunt diuisione: qualia sunt, volatile, gressibile, atque in aquis degens hæc enim sub eodem genere contra se sunt diuifa: quippe cum animal in hæc, vt patet, distribuatur, nihilque horum aut posterius aut prius sit, sed natura talia simul esse videantur. Diuidi etiã vnunquodque taliũ in species rursus pot, vt volatile, terreste, aquaticum: quæ quidẽ & ipsa simul natura erunt: quæ sub eodẽ genere collocata, in eadẽ sunt diuisione. Genus tãtũ spe prius est semper: nõ em̄ in cõsequentia sit ab illo cõuersio. Nã si volatile, est animal est: at si aial est nõ necesse est volatile esse: simul igitur dicitur natura, ea quæ in essendi quidẽ cõsequentia cõuertuntur: nullo tãtũ pacto alterũ causa est vt alterũ sit: & ea quæ sub eodẽ gñe collocata, contra se sunt diuifa. Absolute autem simul sunt ea quorum generatio eodem in tempore est, vt prius est dictum.

Apud undecimum

Modis prioris, caputque duodecimum de modis simul, atque prius inquit alterum altero quatuor dicitur modis. Modos eos solum intelligit quæ

sunt vulgares & manifesti. Vt prius tempore est id cuius generatio fuit in tempore præcedenti: & prius subsistentia id quod non dicitur subsistenti consequentia id est id quod inferatur ab alio, sed non infert aliud, vt vnum prius est duobus: nam duos fuit per diuisionem vnus. Et tertio modo dicitur aliquid prius ordine. Et quarto modo prius dignitate. ¶ At vero præter quatuor illos vulgatos modos addit quintũ modũ prioris natura. Ait. n. quod id dicitur prius natura alio quod licet cõuertat essendi consequentia est nihilominus cã alteri, vt esse hominẽ, prius natura est quod oratio sit vera. ¶ Definitio hæc occultatissime est cõsideranda quippe ex cuius incõsideratiõ: multa in philosophia, & in theologia cõmeta finguntur & sustinẽtur. Hoc inquam accurate animaduertendũ est, quod prius natura non est prioritas in quo. Quod est dicere nõ est explicãda per ly, in sed per ly quia. Exẽpli gratia. Sol est prius natura lumine suo quod est coeum illi, sed si quis inde inferat, quod in aliquo priori est sol in quo nõ est lumẽ fallacia est. At enim Arist. quod prius natura subsistenti cõsequentia dicitur cũ posteriori. Et sic nõ datur quod sit in aliquo priori in quo nõ sit aliud, sed nihil aliud est sole esse priorẽ natura quã hæc causalem esse verã, quia sol est, lumẽ est, & nõ ecõuerso: sicut prius natura est hominẽ esse quam esse risibilem: & tamẽ in nullo priori est hõ, in quo nõ sit risibile: cõceditur verum tñ: quod est prius natura propter causalem: nam quia homo est, risibile est, & nõ quia risibile est, hõ est. Accomodatissimum exẽplũ est Arist. Si

Nota.

in eodem

in eodem instati quo creatus est Adam, esset creata propositio, homo est, prius natura fuisse Adam esse quam veritas propositionis: nam eo veritas est quia significatum est, & tamen nulla fuisse prioritas in quo. ¶ Et a fortiori prioritas originis in diuinis nõ dicitur proprietate in quo. In nullo enim priori intelligitur pater in quo non intelligatur filius. Nec inter patrem & filium est prioritas natura: nam pater non est causa filij: sed pater eo solum dicitur prior origine: quia filius est a patre, & non econuerso: quæ proinde vocatur prioritas a quo.

In capite duodecimo subdun

tur tres modi simul. Ea enim sunt simul tempore quorum generatio est in eodem tempore a se quata, vt subiectum & propria eius accidentia. Simul natura sunt quæ conuertuntur essendi consequentia & neutrum est alterius causa. vt relationes dupli & subdupli: patris & filij, & c. Nam quãuis res quæ est pater sit causa rei quæ est filius, tamen esse patrem, non est prius quam alium esse filium nec est causa. Et quãuis vnitas sit prior binario, tamen vnum non prius subduplum quã binarius sit duplus. Tertio modo aliqua dicuntur simul, quæ ex æquo in media te diuidunt idem genus vt terreste aquaticum, volatile, diuidentia genus animalis sunt simul natura: quia nullum est causa aliorum. Distinxit istum modum a secundo, eo quod in priori exemplo nullum est nobilius alio, vt relatio dupli non est nobilior relatione subdupli: in his vero vnũ est præstantius alio vt terreste præstantius est alij, & ideo posset quis credere, quod non sint simul natura postquam non est æqualitas dignitatis: cum ea. 1. 1. dixisset illud esse prius quarto modo, quod est nobilius. Dicit ergo modo, quod non obstat quin differentie diuidentes genus simpliciter sint simul: quia esse nobilius non sufficit vt simpliciter dicatur prius. Genus vero est prius specie postquam non conuertitur subsistenti cõsequentia. Sequitur enim, si homo est animal est, & non econuerso, unde genus est prius specie, sicut vnitas est prior binario. Reliqua de priori, & simul, latius disserit Aristote, 5. Metaphy. tex. 16.

De Speciebus motus. Cap. xiiij.

Motus species sunt sex: generatio, corruptio, accretio, decretio, alteratio, & ea mutatio quæ loco accommodatur. Atque ceteri quidẽ motus, vt patet, diuersi sunt: non enim corruptio est generatio, neque accretio est decretio: neque ea mutatio, quæ loco accommodatur, ceterique motus similiter: de alteratiõ vero dubitatio quædam existit, ne forsitan necesse sit id quod alteratur, aliquo reliquorũ motu alterari. Hoc autẽ verũ nõ est. Fere enim omnibus in passionibus, aut plurimis, nos accidit alterari: nullo motu ceterorũ cõicante, neque. n. incrementa, neque decrementa suscipere necesse est id quod passioẽ mouetur. Et simili in ceteris nõ: quare alteratio diuersus est a ceteris motus: nã si esset idem, cõtinuo id quod alteratur crescere aut decretere, aut aliquo alio moueri ceterorũ motu oporteret: at nõ est profecto necessariũ. Similiter & id quod augeatur, aut aliquo alio motu mouetur, alterari oporteret:

at sunt quædam quæ augentur, nõ alterantur autẽ. Quadratũ enim gnomone circũposito creuit quidẽ, at nõ est alteratũ. Similiter & in ceteris rebus huiusmodi sit. Quare diuersi sunt hi motus oẽs, vt diximus. Simpliciter autẽ motus quidẽ cõtrarius quieti est, singulis autẽ singuli aduertatur, gnationi quidẽ corruptio, accretioi vero decretio, & mutationi accommodate loco quies in loco: & maxime vt vñ ea mutatio, quæ contrariũ ad locum itur, vt ei motu quo sursum itur motus quo deorsum itur, & ecõuerso opponitur. At reliquo assignatorũ motu quid nõ cõtrariũ sit, nõ est facile assignare: nihil autẽ ipsi cõtrariũ esse vñ nisi quispiã. & in hoc quietẽ in qualitate dicat opponi ei mutationi quæ ad qualitatẽ est, mutationẽque eã quæ est ad qualitatẽ cõtrariã perinde atque in mutatiõ loco accommodata: quietẽ in loco: & mutationẽ qua ad cõtrariũ locum itur, cõtraria diximus esse. Alterationẽ namque mutationem esse in qualitate constat: quare motu in qualitate, quies in qualitate opponit: aut ea mutatio, qua ad qualitatẽ cõtrariã itur: quo pacto album quidẽ iam fieri, & nigrũ quippiam fieri, inter te opponuntur. Alterantur enim hæc, atque in qualitatibus contrarios termines mutatio sit.

De modis habere. Cap. xiiij

Habere pluribus modis, aut vt habitũ dispositionẽque, vel aliquam aliam qualitatẽ dicitur: scientiã enim habere aliquam dicimus, & virtutẽ, aut vt quantum, velut eam quam quispiã magnitudinem habet: nam cubitorum trium vel quatuor habere magnitudinem dicitur, aut vt ea quæ circa corpus ponuntur: vt vestem tunicã & gladium, & similia: aut in parte, velut in manum annulum, aut vt partem, vt manum vel pedem, aut in vā, vt modium habere triticum dicimus, aut dolium vinum: hæc enim habere vt in vase dicuntur: aut possessionem, habere enim dicimus domum, fundumve. Dicitur & vir vxorem, & vxor virum habere: qui quidem remotissimus cõm habedi modus esse videtur: nihil. n. aliud dicẽdo virũ habere vxorẽ significamus, quã virũ vna cũ vxore habitare. Forsitan & alij quidã habẽdi modi esse videbunt, sed quæ dici solent, oẽs fere sunt nũc a nobis enumerati.

In capite tertriodeci-

Imo enarrantur sex species motus. Sunt enim quatuor termini motus, scilicet, substantia, cuius est generatio & corruptio. Tamẽ generatio non sit proprie motus: cum inductio formæ substantialis non fiat successiue: sed est mutatio quædam vt habetur tertio & quinto Phylicorum. Et præterea quantitas: ad quam est augmentatio & di-

Sex species motus.

K 5 minutio.



Dubium.

minutio. Et est qualitas, ad quam est alteratio: & ubi, ad quod est motus localis. Disputat mox Aristot. dubitationem, an alteratio sit motus distinctus ab alijs: sicut generatio distinguitur a corruptione: & augmentatio, a diminutione: & motus localis ab vtrifque. Neque hoc querit quia res sit dubia: potuisset enim id statim probare ratione termini motus: qui vt modo dicebamus alius est in alteratione quam in alijs motibus. Sed querit hoc propter aliquos antiquos qui putabant alterationem non esse motum distinctum: propterea q̄ videbant generationem & augmentationem viuientium non fieri nisi per alterationem. Quo circa solum vtimur aduersus eos experientia: quia stat (inquit) frequenter aliquid alterari, quãdo non moueatur alia specie motus. Vt fere in omnibus inquit passionibus aut plurimis contingit: tam animæ, vt in amore, odio, & concupiscentia, quã corporis: quia stat aliquem calefieri & nigrescere ad solem, quando non alio motu moueatur. At tamen, in plurimis: quia si istæ passionibus multum crescunt, subsequuntur alij motus. Vt in metu mouetur sanguis ad cor. & in verecundia mouetur ad faciem. Et in corporalibus per calefactionem rare fit cera: & per nutritionem augetur viuens. At quia posset quis dubitare, q̄ saltem omnis augmentatio sit alteratio: quia viuentia non augentur nisi per alterationem cibi: & cera, per calefactionem. Respondet, quod aliquid potest augeri sine alteratione. Et ponit solum exemplum in mathematicis, quæ abstrahunt a motu: nam in naturalibus non potest esse augmentatio sine alteratione. Et est exemplum de quadrato, cui si addas gnomonem, augetur sine mutatione figuræ. Gnomon est supplementum quod additur costis quadrati, taliter, vt figura quadrati non varietur: sed maneat æquilaterum sicut antea. ¶ In secunda parte textus docet Aristot. q̄ omnis motus habet duo contraria. Generaliter enim omni motui contrariatur quies: & præterea peculiariter quicunque motus contrariatur oppositæ sibi formæ. Exempli gratia. Motus localis entis naturalis contrariatur quieti in loco suo naturali: sed & motus sursum, contrariatur motui deorsum. Item generatio contrariatur huic quod est, generatum esse: qui est terminus motus: & præterea cõtrariatur corruptioni. Et augmentatio contrariatur huic quod est augmentatum esse, & deinde diminutioni. Atque adeo calefactio contrariatur huic quod est calefactum esse: & rursus

frigidationi. Attamen inter motum & suam quietem non proprie est cõtrarietas, sed priuatiua oppositio. Quies enim se habet positue vt habitus, vt motus vt priuatio: motus namque quia est via ad terminum, quodammodo est priuatio termini. Et hac de causa motus per se non ponitur in prædicamento: quia quauis non sit tam diminutum ens, quã ens rationis: tamen neque omnino dicitur perfectam formam, sed viam ad formam. Et ideo reponitur inter post prædicamenta: & motus quisque reducitur ad prædicamentum sui termini: vt generatio, ad substantiam: augmentatio ad quantitatem: alteratio, ad qualitatem: & motus localis, ad prædicamentum, ubi.

Caput deniq; quartum decimum & postremum explicat plures modos huius quod est habere. At qui vt in prædicamento qualitatis, & in prædicamento ubi, annotauimus ex Aristot. 5. meta. tex. 2 5. habitus vno modo accipitur pro qualitate inhærente qua quis aequaliter se habet: & hæc est species qualitatis. Et alio modo pro re adiacente alicui per modum quasi actionis aut passionis: & hoc est vnum ex sex vltimis prædicamentis. Et tertio modo accipitur generalissime pro eo quod est habere: siue per inhærentiam, siue per adiacentiam, siue per solam relationem. ¶ Et modos vniuersos eodem. 5. Meta. tex. 2 8. reducit Aristotel. ad quatuor. Primovna res dicitur habere aliam quam trahit ad suam dispositionem & naturã: vt febris, habet infirmum & tyrannus, ciuitatem: & homo vestem quæ conformatur ad figuram habentis. Secundo modo res habet aliam sicut subiectum formam: vt substantia habet quantitatem vel qualitatem. Et tertio modo sicut continens habet contentum: vt dolium habet vinum: & quarto modo sicut aliquid per violentiam tenet aliud ne moueatur suo motu naturali aut libero: sicut columna habent trabem quam sustinent: & vincula habent hominem. Quintum modum addit hic Aristot. quem vocat remotissimum omnium. Sicut homo dicitur habere amicum aut uxorem per solam relationem, quia habitant simul, aut quacunque alia relatione, quis habeat aliam rem, & dicitur iste modus remotissimus habendi: quia non magis vnus amicus habet alium quã alius primum. Dicimur denique habere Deum habere legem, habere gratiam, habere merita: habere sceleritatem æternam.

Modi habere.

Gnomon.

Omnis motus habet duo contraria.

Finitur liber Prædicamentorum.

Commentarij Fratris Dominici Soto Segouienfis, ordinis Prædicatorum: artium ac sacræ Theologiae Professoris in libros Posteriorum. Aristotelis.



Dialecticam satis

constat circa intellectus operam versari. Vnde rationalis dicitur non solum, vt reliquæ artes, eo q̄ a ratione proficiscitur, sed peculiariter ab obiecto. Veluti morales scientie nuncupantur, quæ moribus nos instituunt: & naturales, quæ rerum perferuntur naturas. Atqui intellectus, quatenus intellectus est, duplex est operatio, vt. 3. de anima. text. 2 1. Aristoteles auctor est: nempe & simplicium apprehensio, & ex his compositio atque diuisio. At vero quatenus ratio est, tertiam sortitur operationem: quam proinde rationationem appellant. De priori in prædicamentis sermo habitus est. Secundum tradit Aristoteles in libris Perihermenias: quorum commentarios non admodum diximus necessarios: eo q̄ in Summularum tractatibus abunde res illa a nobis versata est. Quod si Aristotelis ad litteram expositionem desideras, extat S. Thomæ luculentissima. Tertiam demum operationem libris quatuor pertractauit Aristoteles. Enimvero syllogismus, instar compositi naturalis ex duplici principio constat, scilicet formali, quod est illationis dispositio in modo & figurâ: & materiali, quæ sunt propositiones ex quibus extruitur. De principio formali differuit in libris Priorum: quorum expositionem eo missam nos facimus, quod in quinto libro Summularum de arte syllogistica satis superque diximus. At vero materialia principia in triplici sunt differentia. Id namque quod in operibus experimur naturæ, in operibus etiam rationis vsu ventre competentum est (quod Sanct. Thom. in hoc Proœmio adnotauit.) Quædam enim sunt quæ ex necessitate agunt, ita vt deficere non possint: quales sunt cœlestes orbes, qui a motu cessare nequeunt. Alia vero sunt quæ vt plurimum quidem regulariter & secundum naturam operantur, delinunt tamen nonnunquam: vt viuientium femina quæ frequentius perfectos naturalesque partus edunt: quandoque tamen pariunt monstra. Hunc admodum in operibus rationis sunt aliqua principia necessaria, quæ ex necessitate signunt scientiam: quædam vero probabilia quæ vt plurimum vera generant iudicia: sed alia sunt sophisticata quæ cum sint vero similia, in errorem tamen nos inducunt. De principijs primi generis est huius libri tractatio: de secundis extant libri Topicorum atq; ad eadem de tertijs libri Elenchorum. Quo fit vt inter libros vniuersos dialecticæ iste sit materia & obiecto dignissimus: nam simplicium apprehensio atque enuntiatio ad syllogismum ordinatur: & inter syllogismos ille qui generat scientiam præstantissimus est: quia intellectus nulla alia cognitione quæscit, quoad scientiam adipiscatur, quæ est certum & euidens rei iudicium. At vero, vt est omnium finis, ita est omnium abditissimus & obscurissimus. Enimvero Aristoteles, cum in alijs plerisque, tum præsertim in hoc opere (quod & Themistius confitetur) consulo visus est obscuritatem affectasse: adeo vt cum in

Tria opera intellectus.

Principia syllogismi.

Hic liber finis est dialecticæ.

hunc vsum editum fuerit, vt ad alias scientias viam sterneret atque pararet, inuium ipsum ac propemodum inaccessibile habeatur. Quo factum est, vt huius ætatis dialectici, litteram intentionem que Aristotelis post habentes, materiam potius notitiarum huc accerant, quam libros posteriorum exponant. Dabimus ergo (Deo dante) operam pro viribus & ingenio nostro, vt opus quod & longum est, & obscurum, sed tamen cognitum per necessarium, neque profus in explicatum maneat, neque rursus ad fastidium vsque procedat.

Titulus libri sic habet Græce

Analytica hystera. Quod ad litteram latine sonat, Resolutiua posteriora. Vt suppleatur substantiuum biblia, id est libri: nam Græce, biblia est plurale neutrum: sicut volumina. Latine. Mos namque græcorum est denominationem libri facere ab eius materia: & libri Topici, id est, locales dicuntur, quia tractant de locis: & libri Ethici, id est, morales: quia tractant de moribus. Et ita libri Analytici id est resolutiui aut resolutorij, quia tractant de resolutione. Quapropter latini (potius ad sensum quam ad verbum) transferunt de resolutione posteriori, seu resolutionum posteriorum libri. ¶ Vbi adnotandum est, quod proprie resolutio est examinatio qua iudicium sumitur de aliqua re, an legitima sit & perfecta secundum suam naturam. Et dicitur resolutio, quia talis examinatio non fit nisi resoluendo rem vsque ad prima principia ex quibus composita est. Atqui vt syllogismus sit legitimus & perfectus, necessarioque & euidenter concludens, duo habere debet legitima principia, scilicet, & illationis formã euidentem & materiam, i. præmissas necessarias & itidẽ euidentes. Et quia forma dignior est & prius sese oculis ostendit quam materia, prima resolutio est ratione formę, scilicet iudicare an habeat dispositionem figuræ necessario concludentem: quod semel constituto, secunda examinatio est pendere necessitatem permissarum. De priori resolutione differunt libri duo priorum: nempe qui docent quẽuis datum syllogismum imperfectum aut ineuidentem ad aliquem illorum quatuor euidentium primæ figuræ resolvere: qui immediate regulantur per prima principia quæ sunt, dici de omni & dici de nullo, vt li. 5. Summularum latissime est intueri. De secunda in posteriori resolutione tractat duo isti libri qui nobis in manibus sunt. ¶ Vbi adnotandum est, quod natura curusque rei quæ definitione quidditatiua exponitur, causa est omnium passionum quæ de tali re sunt demonstrabiles: est tñ causa ordinis quodam, vt priores passionibus sint posteriorum causa. Et quia vt hic tex. 5. meminit Aristot. scire est causas rei cognoscere, non prius scimus aliquam conclusionem, quam seriem causarum illius cognoscamus vsque ad definitionem, quæ est omnium prima radix. Exempli gratia: quia hõ est animal rationale, i. discursiuum: statim scit q̄ nõ simul cognoscat oia, sed prius effectum quam causam, & inde secundo sequitur q̄ sit admiratiuus (nam admiratio prouenit eo quod quis ignoret causam alicuius effectus)

Titulus lib.

Resolutio.

Intensio. Resoluere. Syllogis. re- so. & demõ. Subiectum libri. Necessitas. effectus) & inde tertio sublequitur qd sit risibilis. Si ergo fiat hæc demonstratio. Omne animal admiratum est risibile, omnis homo est animal admiratum: ergo omnis homo est risibilis, est quidem necessaria & evidens ratio formæ: sed est inevidens ratione materiæ: quia nec demonstrat causam admirationis, quam maior significat: nec cur homo sit admiratius: quæ est minor. Intentio ergo Aristotel. in hoc libro est docere quo modo resoluat utraque in suam causam, scilicet minor sic, omne animal quod prius cognoscit effectum quam causam est admiratum: omnis homo est tale animal: ergo. Et rursus hæc minor sic per definitionem, omne animal rationale prius cognoscit effectum quam causam: omnis homo est animal rationale: ergo. Et maior resoluitur sic: omne animal cui potest esse repentinum gaudium est risibile: sed omni animali admiratio offertur repentinum gaudium (nam illud est repentinum cuius causa ignoratur) ergo omne tale est risibile. Quod si forte demonstratio procedat a causa remota, tunc applicanda est illa per causas intermedias ad conclusionem. Et id vocat inferius Aristoteles, quoniam illius est causa. Ut data hac demonstratione, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: quia esse animal rationale non est immediata causa risibilitatis, sed esse admiratum: debet ergo prius ex definitione demonstrari admiratum, & inde risibile. Ex his quæ dicta sunt sequuntur corollaria quæ rem perspicacius elucidant. Sequitur enim primo, quod resolueri non est solum rem in partes dividere & solvere: sed compositionem usque ad prima eius elementa dissolvere, ut eius natura manifeste perpendatur. Quæ admodum a cõpõte naturali compositum resoluitur usque ad materiam primam: & Aristot. 1. Priorum dicit, terminum esse in quem resoluitur propositio, nam intentio dialectici in subiecto & predicato sistit, sed tamen grammatici orationem in dictiones resolvunt, & dictiones in syllabas: ac demum syllabas in literas, quæ sunt prima elementa. Secundo sequitur, quod non est idem syllogismus demonstratiuus (quæ Græci apud dicticon, appellat) & resolutorius, quæ vocat, Analyticõ: nam syllogismus demonstratiuus est quicunque procedit evidenter ex duabus præmissis necessariis: sed resolutorius est ille qui soluit principia, scilicet, consequentiam vel præmissas in sua prima principia. Ut cum syllogismus imperfectus in sexta arte traditam, 3. libro Summit, reducitur ad perfectum inferendo ex præmissis imperfectis præmissas perfectas, & inde propriam conclusionem: ex qua rursus infertur conclusio imperfecti. Totus ille discursus dicitur syllogismus resolutorius prior resolutione. Atque syllogismus, quem paulo ante faciebamus resoluente præmissas in alias priores usque ad definitionem, appellatur resolutorius posterior resolutione. Tertio sequitur quænam sit subiectum huius libri. Dubitari enim potest, sit ne syllogismus resolutorius, an vero demonstratio, an potius scientia. Apparet tamen ex dictis proximam subiectum huius libri est syllogismus resolutorius. Constat namque ex titulo libri: sane qui est de resolutione: sed quia resolutio ordinatur ad examinandam & docendam naturam demonstrationis, parum refert si dicamus demonstrationem esse subiectum. Scientia vero potius est finis libri quam subiectum: est enim proprius finis & effectus demonstrationis generare scientiam. Quarto sequitur quænam fuerit huius artis necessitas. Enimvero cum natura hominis, quia est rationalis, sit res non simul, sed successivè cognoscere, necessaria fuit illa ars qua causas rei ignotas per prius nota investigaret. Quo sit ut angelus

qui, cum sit a materia separat, rem quancunque & omnes eius causas simul & sine discursu cognoscit, arte hac resolutoria nõ indigeat, neque in naturalium cognitione errare potest. Atqui ut hoc obiter dixerim, hæc causa est cur philosophis huius temporis ars hæc posterioristica pene ignota sit: quia ars exercitio & comparatur & custoditur: hac tamen ætate minima philosophis cura est rerum causas per vestigare: suas proinde doctrinas claras & faciles existimantes, quia res in superficie tractantes causas non perscrutantur: ubi ut ratio sciendi, ita & difficultas & labor consistit. Atque adeo propterea S. Tho. obscuritatis redarguunt, quod intelligens, scire esse rem per causas cognoscere, univèrsam contendit ad primas causas revocare. Quinto demum colligitur ordo huius libri ad reliquos Dialecticæ. Sequitur enim libros Prædicamentorum & Perihermenias qui tractant de partibus syllogismi, & libros priorum: præcedit tamẽ libros Topicorum & Elenchorum, ut patet in codice Græco. Et ratio huius ordinis est non solum dignitas obiecti, quæ demonstratio generans scientiam dignior est syllogismo generante aut opinionem aut errorem, sed etiam quia doctrina posterioristica est iudicativa, Iudicium enim non sumimus de re nisi per rationes necessarias: nam quemadmodum architectus, ut Philoponus ait, utitur amussi & perpendiculari ad iudicandum, an lapis rectus sit, & paries directus, ita dialecticus & quicunque philosophus utitur prioristica resolutione & posterioristica ad iudicandum de alijs quibuscunque argumentationibus. Qua de causa Stoici solos dialecticos appellabant sapientes, id est, de rerum univèrsitate iudicantes. Modus procedendi huius libri doctrinalis est: procedit enim definitio quid sit demonstratio, & ostendendo ex quibus principijs constet, quousque habeat effectus per comparationem ad alios modos sciendi. Sed solet hic esse dubium, utrum hic liber demonstratiue procedat: nam cum doceat facere omnem demonstrationem, id docere non potest per aliam demonstrationem, quæ iam esset illa demonstratio antequam doceretur quid esset demonstratio, vel illa esset docenda per aliam: & sic iretur in infinitum. Respondetur tamen, quod definitione & exemplis, scilicet, construendo demonstrationem docet Aristot. quid sit demonstratio, de qua postea demonstrat, & generat scientiam. Quemadmodum de syllogismo dialectico demonstrat, quod generat opinionem: & de sophistico, demonstrat, quod tacit apparentiam. Est enim dialectica quo ad omnes suas partes vere scientia, ut secunda quæstione præcedenti monstratum est.

De præcognitis. Cap. I.



MNIS DOCTRINA, omnisque disciplina, intellectuiva præexistente a cognitione fit. Id, si omnes quo fiant pacto consideremus, manifestum profecto fiet. Mathematica nãq; scientiæ illo comparantur modo, cæterarumque artium unaquæque. Sane circa orationes quoque, siue illæ per ratiocinationes, siue per inductionem fiunt, servari modus idem solet: in utrisque namque per antea nota doctrina

Ordo.

Modus procedendi.


Cõtrarietas

na nimirum sit: quippe cum in altera tanquam a cognoscentibus propositiones accipiantur: in altera per singulare iam notum ipsum univèrsale ostendatur. Simili profecto modo & oratoriæ rationes suadent: aut enim exemplis, quod est inductio: aut enthymematibus, quod quidem ratiocinatio est: facultas ipsa solet oratoria suadere.

Textus. ij. Dupliciter autem prænosse necesse est: quædam enim esse, quædam quid dictu significent, quædam utroque modo antea percipiamus oportet, veluti de quovis quidem affirmationem aut negationem dici verum esse: triangulum autẽ hoc significare, unitatem utroque modo, & quid significent, & etiam esse: non enim unumquodque istorum simili nobis modo manifestum est.

Textus. iij. Fit autẽ, ut quæ cognoscimus, eorum quædam prius etiam cognoverimus. Quorundam vero cognitionem simul accipiamus, veluti quæcunque sunt sub univèrsali, quorum quidam habetur cognitio: nam omnem triangulum tres duabus rectis æquos habere, antea sciimus: at id quod est in hexedra

Magis & minus.



triangulum esse, simul ut eo inducti sumus agnovimus. Hoc enim pacto nonnullas discimus rerum, & non per medium extremum cognoscimus, scilicet, quæcunque singulares rerum formæ sunt, & de subiecto nullo dicuntur.

Textus. iij. Antea vero quam facta inductio vel ratiocinatio sit, partim fortasse noscitur, partim nescire dicendum est: quod enim non sciuit an esset simpliciter, id modo aliquo nempe duobus rectis æquales habere, scire simpliciter licet: at patet, quod hoc quidem pacto sciri: scit enim univèrsaliter, simpliciter vero nõ scit, quod quidem ni ita sit ea profecto quæ in Menone hæsitatio est, usu veniet: antea enim nihil quisquam discet, aut ea quæ scit discet. Non enim ita respondendum est, qualiter solvere quidem nituntur: omnemne dualitatem parem esse scire: annuente vero dualitatem ei quandam offert, quam quidem esse non putabat. ita neq; parem esse putabat: solvunt enim non omnem se scire, dicentes esse parem dua-

litate, sedeam, quam esse dualitatem sciunt. Et tamen sciunt quidem id, cuius demonstrationem tenent, ceperuntque: at non eius omnis quod ipsi aut triangulum aut numerum esse sciunt, sed trianguli & numeri simpliciter omnis demonstrationem ceperunt. Nulla enim huiusmodi propositi sumitur, quem tuscis numerum, aut quam tuscis recti lineam figuram, sed absolute quodlibet sumitur. Sed nihil ut arbitrator obstat, si id quod dicit quid, partim quidem norit, partim vero ignorat. Non enim absurdum est, hoc, id quod tenet, addiscat aliquo modo: sed si hoc pacto, eaque ratione qua discit, eodem modo teneat.

LIBER iste Græce in Divisio.

duos divisus est partiales libros. In priorum namque agitur de demonstratione & principijs eius intrinsecis, & de eius passionibus. Et in secundo agitur de medio demonstrationis, quæ est definitio: & de extrinsecis principijs, quæ sunt principia prima & per se nota. At vero neuter liber subdividitur aut in capita, aut in textus: aut quavis alia partitio: sed perpetuo sermonis contextu scriptus est. Quæ confusio (ut Themistiuss ait) ad libri obscuritatem accedit. Tra ductores autem sunt qui per capita eos partiontur. Sed quia commentator Averrois comentarios suos per textus distinxit, in usum abijce textus a commentis denominare. Ut dicatur textus commenti primi, aut secundi. Tametsi non opus est nominare commentum: sed satis est uti solemus, citare textum primum, textum secundum, &c. Continet ergo liber hic primus capitula viginti septem, textus vero quadraginta quatuor. Et quia divisiones illæ & subdivisiones S. Thom. usque ad minima (quanquam textus profecto lucis plurimum afferant) iam modo non sunt adeo grata, in sex principalia membra visus nobis est primus liber distribuendus. In primo enim cap. quod quatuor textus habet, iacet primum fundamentum, scilicet, scientiam omnem fieri ex alijs præcognitis. In duobus sequentibus, quæ singulos habent textus, explicatur quid sit scire & quid demonstratio. In octo sequentibus capitulis, viginti quinq; textus cõtinëtibus (nempe usque ad undecimum caput inclusive) arguitur de principijs intrinsecis demonstrationis, qualia esse oporteat. In tribus sequentibus usque ad quartum decimum, in quibus tantum sunt duo textus inferitur sermo de ignorantia quæ scientiæ contraria est. In quinque sequentibus capitulis usque ad decimum nonum quæ quinque textus comprehendunt, ostenditur quod demonstrationis resolutio nõ procedit in infinitum. In reliquis vero octo usque ad finem, in quibus sex textus habentur, fit comparatio inter demonstrationes, mox, inter scientias, & deinde inter scientiam & alios habitus.

Ad evidentiam primi capituli

notandum est primo, quæcum materia huius libri sit demonstratio, necessarium fuit primum oim præsupponere demonstrationem esse: duæ nãq; sunt quonones de re aliqua in complexu significata, ut videbimus in secundo huius l. an est, & quid est: & prima est an est. Secundo notandum est, quod ante Aristotelem duo fuerunt extremi errores nega-



Heracli. & Plato.

tium necessariam esse demonstrationem. Cum enim de monstratio sit propter scientiam, & necessitas medij sumatur ex necessitate finis: fit ut necessitate scientiae necessitate venemur demonstrationis. Heraclitus ergo & Cratylus quorum meminit Aristot. 4. Metaphy. tex. 12. negantes scientiam haberi posse de rebus, tollebat subin de necessitate demonstrationis. Plato vero per oppositum extremum asserat quidem esse scientiam: tamen negabat eam de nouo acquiri. Erat enim in eius opinione ideas separatas esse & principia essendi rerum, & principia cognoscendi: ut tum albi saepe, tum expresse. 1. metaphy. tex. 4.4. & infra meminit Aristote. Exempli gratia. Homo (secundum Plato.) cum generat hominem, solum disponit materiam: sed idea hominis inducit formam plenam omnibus speciebus intelligibilibus ad omnes scientias: ad modum quo Sanct. Thom. dicit angelos creatos esse cum omnibus speciebus rerum quas possunt naturaliter cognoscere: quia illas nequeunt a rebus accipere. At quia anima infunditur in materiam non potest exire in actum, nisi per exercitium tollantur impedimenta. Vnde colligebat nostrum discere nihil aliud esse, quam quoddam seminifia. Sunt quidam neoterici qui aliter explicant opinionem Platonis: nempe quod fuerit in illa deceptione Pythagorae de migratione animae a corpore in corpus, scilicet, quod anima ex terra corpore iterum reuertitur in aliud corpus. At qui cum separata est a corpore, multa addidit: quae immeritopost ea corpori, quodammodo obhaerescit: quorum per exercitium recordatur. At re vera haec nunquam fuit opinio Platonis. Imo in Menone (quem dialogum isti citat) refert illam opinionem tanquam Pindari & aliorum poetarum. Et opinio Platonis fuisse, quod ideae sunt principia cognitionis, sicut sunt principia rerum modo quo exposuimus, est compertissimum apud Aristotelem libro citato. text. 48. & alibi frequentissime. Et apud Sanctum Thom. 1. quae. 84. artico. 4. Imo idea hoc sonat, & forma & exemplar faciendi & cognoscendi res: ut ait August. libr. 83. quaestionum, & Sanct. Thom. 1. par. quae. 2. 15. Aristot. ergo more suo statim primo verbo, velut agens naturale, euellit duos istos extremos errores, ut propriam sententiam inferat. Asserit enim & scientiam esse aduersus. Heraclitum, & eam de nouo gigni aduersus Platonem. Et ideo proponit: Omnis doctrina & omnis disciplina ex praesistenti sit cognitione. Itaque sicut esse rerum non fit ab idea, ut dicebat Plato: neque ex nihilo: sed ex virtute seminali ita scientia fit ex aliquo prius cognito, quod se habet ut semen scientiae. At vero non dicit tantum particulariter. Omnis scientia: sed ab vniuersalibus inchoans, Omnis doctrina & disciplina, id est, omne iudicium intellectuum ex praesistenti sit cognitione. Neque vero ait, omnem doctrinam ex praesistenti doctrina fieri: neque omnem cognitionem ex praesistenti cognitione, alias abire esset in infinitum aut in doctrinis aut in cognitionibus: quod constat esse falsum, cum exterior sensatio ex nulla priori fiat. Sed ait, quod omnis doctrina sit ex priori cognitione. Vbi notandum est, quod doctrina & disciplina (ut Philoponus & S. Th. aiunt) iudem habitus sunt sola ratione differentes. Ut enim motus idem ut procedit ab agente, est actio: & ut recipitur in passio, est passio: ita ideae habitus quatenus a doctore gignitur, est doctrina: inquam vero a discipulo suscipitur, est disciplina. Nec denique ait, quod omnis doctrina fiat ex praesistenti cognitione naturali, aut acquisita: sed generaliter aut ex hac aut ex illa. Sensus igitur est. Omne iudicium intellectualem aut industria inuentum, aut doctore acquisitum,

Doctrina & disciplina.

Sensus conclusionis.

fit ex priori cognitione: siue illa prior sit doctrina acquisita, siue aliud iudicium naturaliter instum. Probat Aristotel. conclusionem tribus exemplis: nam tres sunt gradus certitudinis. Primus est scientiarum mathematicarum quae euidenter demonstrant: & in his praesupponuntur aliqua propositiones lumine naturali notae: vide licet, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam duci: quod sensu percipitur cui adijcitur alia, scilicet, super lineam datam triangulum constitui: & ita paulatim tanquam ex naturaliter notis, quae sunt velut semina naturalia: acquiruntur scientia, quam vocat Aristoteles doctrinam. Secundus gradus est in discursibus dialecticis quae hic vocantur orationes. Procedunt enim dialecticus aut syllogismus, aut inductione. Ad cuius euidentiam notandum est, quod syllogismus dialecticus est ille qui non est demonstratiuus: sed ex probabilibus generat opinionem. Et ideo dialecticus non retulit praemissas in prima principia per se nota: sed supponit aliquas praemissas, quas respondens quia credit esse veras, admitit: & ideo dicit Aristot. quod in altera scilicet, in rationatione dialectica ostenditur conclusio ex propositionibus quae tanquam a cognoscentibus accipiuntur, id est, quas arguentes accipiunt a respondentibus, quas respondentes dant ac si essent sibi iam demonstratae, cum tamen non sint. Boetius vertit quod haec. I. rationationes dialecticorum sunt incipientes tanquam a notis: quae litera non sonat Graece sicut litera Argyropyli. Exempli gratia. Rusticus putat pisces respirare, propterea quod videntur aquam immittere & emittere. Volens ergo probare, quod non respirant, suppono illam, quod sola animantia habentia pulmonem respirant. Ille nescit hoc esse verum, sed auctoritate mea vel aliqua facili persuasione admittit. Illud admittere est dare mihi quasi gratis, quia non est conuictus demonstratione. Illam ego accipiens formo syllogismus dialecticum. Omne animal quod respirat habet pulmonem, pisces non habet pulmonem, ergo non respirat. Si vero negat minorem, tunc inductione id probado sensum. Hic piscis non habet pulmonem, & hic non habet pulmonem, & hic &c. ergo nullus habet pulmonem. Et hoc est quod subiungitur in textu, in altera, scilicet in inductione ex cognitione singularium concluditur vniuersale. Vbi id quod secundo libro Summarum diximus hic adnotandum est, videlicet quod inductio non est consequentia euidenter concludens. Et ideo non est necesse subsumere, & sic de singularis, vel isti pisces sunt omnes pisces: alias profecto esset petitio principij, & tam ignotum esset antecedens sicut consequens. Sed inductio est quando ex singularibus quae experimur concludimus vniuersale, eo quod eadem videatur esse ratio de omnibus. Qua de causa non ponitur hic ab Aristotele in primo gradu certitudinis, sed inter orationes dialecticas quae faciunt probabilitatem. In finis gradus certitudinis est in rhetoricis suasionibus, quae non faciunt semper certam opinionem, sed solum coniecturam & persuasionem. Quae etiam ex praecognitis procedunt ad conclusiones. Et sicut dialecticus utitur syllogismo & inductione, ita rhetoricus utitur enthymemate & exemplo. Enthymema enim dicitur ab enthymos, id est, in animo, quasi quod in animo reseruetur maior praemissa: ut haec mulier ornat se praeter voluntatem mariti, ergo est adultera. Et in hoc differt a syllogismo, quia syllogismus exprimeret maiorem. Omnis mulier quae truat se praeter voluntatem mariti est adultera. Et ideo dicit Aristot. & enthymema est ratio cinatio, vel (ut Graece habetur) est syllogismus. Boetius vertit vere est syllogismus, cum tamen Graece non sit particula vere. Solliciti sunt hic, etiam antiqui expositores, quomodo

Tres gradus certitudinis.

Syllogismus.

Inductio.

Enthymema.

Exemplum

Tex. 2.

quomodo entymema sit syllogismus. Themistius enim ait, quod est quodammodo, id est, imperfecte syllogismus: & Sanctus Thom. quod est truncatus syllogismus: & Paulus Venetus ait, quod entymema est syllogismus solum causaliter, quia ex entymemate fit syllogismus addita maiore. Attamen videtur Aristote. nihil aliud intendere, nisi quod idem est apud rhetores entymema, quod apud dialecticos est syllogismus. Veluti quod apud dialecticos est inductio, apud rhetores est exemplum. Itaque neque entymema simpliciter est syllogismus, sed syllogismus rhetoricus, neque exemplum simpliciter est inductio, sed quodammodo inductio rhetorica. Vnde de exemplum in hoc differt ab inductio, quod inductio ex singularibus omnibus quae sentimus numeratis inferat probabiliter vniuersalem. Exemplum vero non inferat vniuersalem, sed ex vno singulari, aut pluribus inferat illud singulare de quo est quaestio. Vbi quis arguat: Iudas, quia locules habebat per auaritiam vendidit Christum: ergo hic sacerdos pecuniae cupidus periculum est ne spiritus illa vendat. Et ideo rhetoricus non generat scientiam: quia tantum intendit persuadere conclusionem singularem. Demonstrator vero & dialecticus concludunt in vniuersali. Potuisset Aristot. conclusionem in artibus etiam mechanicis ostendere. Exempli gratia. Faber ferrarius sine arte naturaliter scit quod ferrum potest scindere corium, lignum, & lapidem: sed ex illa praecognita cognitione inuenit vel ad discit artem faciendi ferram ad secandum lignum & cultrum ad secandum corium, & excusorium ad dolandum lapidem. Item faber lignarius sine arte scit quod ferrum secat lignum: sed per artem discit secare apte ad faciendam arcam vel scianum. In textu secundo (dupliciter autem) postquam dictum est scientiam fieri ex praecognitis, pergit Aristot. explicare quae sunt illa quae opus est praecognoscere ante notitiam conclusionis: & de quibus oportet illa praecognoscere. At enim duo esse quae praenoscere oportet. scilicet, an res sit, & quid nomen significet. Tria tamen sunt de quibus aliquod istorum debemus praecognoscere. De principio enim oportet praecognoscere an sit. 1. quod verum sit: de passione vero, quod significet: sed de subiecto utroque & illud esse, & quid sit. Ad cuius intelligentiam notandum est primo, quod subiectum demonstrationis est id de quo passio demonstratur: quod in prima figura est minor extremitas. Passio vero est quae de subiecto demonstratur: quae est illic maior extremitas, principium autem est vtraque praemissa. Exempli gratia in hac demonstratione: Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: homo est subiectum, & risibile est passio: & vtraque praemissa est principium. Notandum est secundo circa exemplum Aristotelis, quod vna inter alias causas obscuritatis huius libri est, quod exempla, quae debent esse velut splendor doctrinae, sunt apud eum obscura: eo quod sunt ex mathematicis accersita. Quod factum est: quia propriissima & certissima demonstrationes, de quibus hic agitur, in solis mathematicis reperiuntur. Nomine vnitatis intelligit hic subiectum: & nomine trianguli intelligit passionem: & per affirmationem aut negationem de quolibet dicit, intelligit principium. Quae exempla non posuit, intendens quod vna demonstratio possit confici ex his terminis (quod nonnullis id putantes confundit) sed quia figura est passio quantitatis: & triangulus est prima figura, nomine trianguli generaliter intelligit quancunque passionem. Et quia subiectum est id quod ponitur in definitione passionis (aquilitas enim est nasi curuitas) & vnitatis est id per quod definitur omnis species quantitatis) ternarius enim est numerus ex tribus vnitatibus compositus: & triangu-

lus figura trium linearum aut angulorum: & quadrangulus figura quatuor linearum. & c. ea ratione nomine vnitatis (quae est primum subiectum in mathematicis) intelligit generaliter quodcumque subiectum: & quia primum principium per se notum est quodlibet esse vel non esse, per hoc significauit generaliter quodcumque principium. Vtatur ergo nos alio clariori exemplo de homine & risibili. Tertio notandum est, quod ut in principio secundi libri ait Aristote. cum interrogare sit propter scire, tot sunt scita de aliqua re, quot sunt interrogationes: quae sunt numero quatuor. Ea enim quae interrogamus aut sunt incompleta, aut complexa. De incompleto interrogamus an sit, & quid sit, scilicet, an sit & quid sit homo. De complexo vero, an hoc sit illud: puta an homo sit risibilis: & propter quod sit illud, scilicet, quae de causa sit risibilis. Et quia scientias commodius denominare non possumus quam nominibus interrogationem: prima scientia appellatur, an est: secunda quod est, tertia quia est, id est, quod hoc est illud (quaestio enim quia non querit causam: sed an hoc sit illud.) Et quarta propter quod est, id est, propter quid hoc est illud. Quarto notandum est, quod demonstratio duobus modis vltima demonstratur, scilicet hoc esse illud, & propter quid, hoc est illud: sit de demonstratio a priori. In hac enim demonstratione, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis, demonstratur: & quod homo est risibilis, & quod est risibilis propter hoc quod est animal rationale. Et hinc colligitur ut alia quo scita praesupponantur: non enim demonstramus nomen esse, aut quid homo sit: imo id supponimus. Et hoc est quod dicit Aristote. quod de vnitatis scilicet de subiecto, praesupponimus an sit & quid sit. At vero de passione non supponimus an sit: quia esse passionis est in se subiecto: & hoc est quod demonstramus. Nec proprie de illa supponimus quid sit: quia passio non habet proprie definitionem quidditativam: cum non definitur per aliquid intrinsecum, sed per suum subiectum. Quidditativam autem accidens proprie habet definitionem quidditativam: ut habetur. 7. Metaphy. text. 1. & 15. Praesupponendum tamen est quid nominis illius, id est quid significet: si enim nescirem quid risibile significat non interrogarem an homo sit risibilis. Et hoc est quod dicit Aristot. quod de triangulo oportet praenoscere quid est quod dicitur. Praemissa vero quia est aliquid complexum, non habet proprie definitionem, nec quid rei, nec quid nominis: & ideo de praemissa non praesupponit quid sit, sed praesupponitur verum esse. Et hoc est praesupponere de principio an sit, sicut enim an sit subiectum, est scire, quod est, ita an sit principium est scire quod est verum. Proportionabiliter potuisset Aristot. exempla ponere suo modo in syllogismo dialectico & persuasionem rhetoricam, sed quia intentio huius libri est solum de demonstratione ab alijs super sedet. Quod si quis arguat. Inter praecognita vnum esse praenoscere bonitatem consequentis: & per consequens sunt plura praecognita. Respondetur, quod haec praecognitio pertinet ad libros priorum, hic tamen solum est sermo de praecognitis posterioribus quae pertinent ad principia naturalia, scilicet ad praemissas. In tertio textu (Fit autem) postquam dixerat Aristot. quae sunt necessaria praecognita, subdit quo ordine praenoscantur. Et inter praecognitos subiecti & passionis nullum conuenit ordine (impertinens enim est quod illorum cognoscatur prius) sed inter praecognitos praemissarum. Cum enim dixerat de principio praenoscere oportere verum esse, & principia sint duo scilicet maior propositio & minor: & prioritas, ut dictum est in post praedicatione, alia sit prior, alia naturae, dicitur quae maior

Text. 3

q; maior propositio vniuersalis potest prius tempore cognosci quam conclusio, minor vero cognita maiori, non potest cognosci prius tempore, sed solum prius natura, quam conclusio. Exempli gratia, quod omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus reëtis, potest quis cognoscere per annum qualem cognoscat hunc triangulum habere tres, &c. attamen si cognita illa maiori, quis cognoscat huc triangulum esse triangulum, nõ stat quin simul tempore cognoscat hunc habere tres angulos æquales duobus reëtis: cognoscitur tamen minor prius natura quam conclusio, postquam est causa conclusionis. In greco habetur sic. Triangulus qui est in semicirculo est triangulus, vt vertit Boetius. Argyropylos tamẽ vertit. Triangulus qui est in hexedra. Idem tamen pollet, nam hexedra est sella trium pedum ad modum semicirculi concua ad mouendum dorsum: vt est intueri in figura textus, si eam consideres esse planam sedis in quo sedetur. Quæ sella olim studentibus, modo tonforibus est in vsu. Et forsitan alludit ad triangulum descriptum in sede absconditum a sedente (vt ait Com.) quem respondens non videt. Vel forte Aristote, nihil cogitauit de hexedra, sed more mathematico posuit exemplum in triangulo semicirculi.


Regula posterioristica

Ex hoc textu elicitur illa regula posterioristica. Cognita maiori & minori simul tempore cognoscitur conclusio. Addit in calce textus, quod nonnullas res, id est, singularia quæ continentur sub aliquo vniuersali, hoc modo cognoscimus, & nõ per aliud medium entremum quod est dicere. Cognito aliquo prædicato conuenire subiecto vniuersali, statim cognoscimus conuenire cuicumque singulari subsumpto sub illo, sine aliquo alio medio. In textu quarto (Antea vero) postquam dixerat aliqua esse prænotanda ante notitiam conclusionis, ad dit quod & ipsam etiam conclusionem antequam demonstretur quodammodo cognoscimus: nõ simpliciter & in particulari, sed secundum quid & in vniuersali. Sed quia textus est subobscurus notandum est, quod Plato in Menone: qui est dialogus nuncupatus ab vna persona dialogi, quæ ita appellatur, vbi tractat de virtute & scientia: vtrum doctrina & exercitio acquirantur, an vero sit naturalis. In illo inquam dialogo explicat mentem suam, quod nostrum scire est quoddam reminisci. Et introducit Menonem dubitantem quod homo neque inquirat id quod sciat, quia illius nulla inquisitioe opus est: neque id quod nesciat: nam illud licet inueniat, non cognoscat. In vanum enim quis querit hominem (quod est exemplum Commentatoris) quem de facie non nouit: nam licet fuerit illi obuius non cognoscat eum. Et hæc appellatur hic ab Aristotele Menonis hæsitatio seu ambiguitas: vt Boetius transfert. Ad quam dubitationem Plato introducit Socratem respondentem, quod homo inquirat id quod sciat, cuius fuerat oblitus. Et quia locus celebris est: neque tamen hic vnquam expositus, citra tædium paucis sententiam referam, quæ illic multis & intricatis verbis habetur. Probat Socrates quod nostrum scire sit quoddam reminisci alio exemplo, sed hoc est facilius. Ostendo. V. g. rustico quadratum hoc æquilaterum.

Text. 4.

Menonis ambiguitas

A cuius quælibet costa sit pedalis, atque adeo tota perispheria quadrupedalis. Interrogo rusticum, si alia quadratorum linea duplæ ad istas describantur in quadratum, quam proportionem illud habebit ad istud. Profecto ignarus Geometriæ respondebit, quod si costæ erunt duplæ, quadratum subinde erit tantum modo duplum. Tunc rursus proferam quadratum. B. cuius exteriores costæ sunt duplæ, & interrogabo, quælibet exterior costarum, B.



quâ proportionem habet ad costam quadrati. A. respondit duplum. Rursus inferam, ergo tota perispheria quadrati. B. quæ est octo pedum, est dupla ad perispheriam quadrati. A. Quod itidem cõcedet. Tunc diuiso quadrato. B. ad modum crucis in quatuor æqualia quadrata, interrogabo de quolibet illorum an sit æquale quadrato. A. Et id pariter concedet: quia ad oculum est manifestum. Mox interrogabo, quam proportionem ergo habet quadratum. B. ad quadratum. A. Respondebit, quod est quadruplum: atque adeo, quod ex costis duplis fit quadratum quadruplum: contra illud quod antea dixerat. Cum ergo ille rusticus qui prius responderat falsum, paulatim postea sine aliquo doctore respondendo ad interrogata, tandem respondit veritatem: signum est (inquit Socrates) quod id antea naturaliter sciebat, sed fuerat oblitus. Huic ambiguitati intendit hic Aristote. aliter respondere, scilicet, quod non inquirimus, nec addiscimus id quod simpliciter sciebamur, nec id quod nullo modo sciebamur: sed id quod simpliciter nesciebamur, sciebamur tamen in vniuersali, & tanquam in virtute. Itaque ille rusticus sciens naturaliter quid est costam esse duplam, & quadratum esse quadruplum, sciebat in vniuersali & in virtute quæ ex costis duplis fit quadruplum: sed id simpliciter non sciebat. Et eodem modo qui scit hanc vniuersalem. Omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus reëtis, scit in vniuersali quemcunque singulari triangulum habere tres. Et hoc quod dicit: quod nisi per hanc distinctionem respondeamus, cõtinget Menonis ambiguitas, scilicet quod inquirimus ea quæ sciebamur, aut ea quæ nullo modo sciebamur. Itaque quod Aristote. nouit in rebus naturalibus, id & in scientijs docuit contingere, Anaxagoras enim dicebat nullam formam rerum naturalium de nouo generari: sed omnes prius latitare in materia. Et idem sentit Plato de scientijs Aristote. vero intellexit formas de nouo generari: sed præexistere solum in potentia materiæ & in virtute seminali agentis: sicut rosa in hyeme est in virtute agentis, & in vere in re. Et idem astruit de scientijs, videlicet, quod ante exercitum & doctrinam sunt quædam dignitates naturaliter cognitæ, tãquã lumina & semina scientiarum: vnde postea per doctrinam generantur scientiæ. Et eodem modo in conclusionibus vniuersalibus virtualiter sciuntur singularia. In secunda particula textus, (Non enim ita respondendum est) excludit modum quo alij philosophi respondebant ad dubitationem Menonis. Respondebant enim quod inquirimus ea quæ nullo modo sciebamur. Aduersus quos Platonis discipuli replicabant interrogando an scirent omnem dualitatem esse numerum parem. Quod illi concedebant tanquam naturaliter notum. Quibus mox ostendebant duo minuta pugno clausa interrogantes an scirent illud quod in pugno latebat esse dualitatem parem. Respondebant illud se nescire. Tunc Platonici arguebant. Scitis omnem dualitatem esse parem, dualitas pugillo clausa est dualitas: ergo scitis hanc dualitatem esse parem. Negabant maiorem dicentes, quod nemo scit simpliciter omnem dualitatem esse parem: sed omnem dualitatem quam scit esse dualitatem. Hanc ergo responsionem impugnat hic Aristot. probans quod illa vniuersalis simpliciter est scita. Ea enim (inquit) scimus quorum demonstrationem habemus: at qui in demonstratione non subsumimus cum aliqua limitatione, sed simpliciter. V. g. omnis numerus diuisibilis in duo

Anaxagor.

in duo æqualia est partem omnis dualitas est numerus diuisibilis in duo æqualia: ergo omnis dualitas est par. Concludit ergo tandem Aristot. quod nihil inconuenit respondere ad ambiguitatem Menonis, quod inquirimus & discimus id quod non sciebamur simpliciter, sed in vniuersali: est tamen inconueniens dicere, quod inquirimus & addiscimus id quod nullo modo sciebamur, nec in re, nec virtutem: nam tunc doctrina & disciplina non fieret ex præexistenti cognitione. Sicut absurdum esset dicere in lumine naturali, quod forma naturales sunt ex nihilo. Et ita artificiose virtualiter intendit concludere in calce capituli conclusionem quam in fronte proposuerat.

Quæstio prima. Vtrum quatuor omnes textus huius capituli verum habeant.

Aduersus partem affirmatiuam arguitur primo. Scientia intelligentiarum, angelorum, nõ fit ex præexistenti cognitione (nam de essentia Dei, id est, manifestissimã, cuius scientia in illo sit eius essentia) ergo non omnis cognitio fit ex præexistenti cognitione. Probat autem. Angeli cum non sint rationales, non discurrunt ex notis ignota inuestigantes. Et id confir. de Prophetis & Apostolis qui reuelationes immediate susceperunt: & de Adam qui in sua creatione fuit scientijs plenus. Et tunc omnes istæ scientiæ possunt appellari doctrinæ: nam angeli inferiores illuminantur & docentur a superioribus, vt author est Dionysius in de cœlesti Hierarchia: & Adã & prophetæ & apostoli edocti sunt in Deo: ergo non omnis doctrina fit ex præexistenti cognitione. Secundo arguitur. Doctrina vt dictum est, est iudicium inuentione aut doctore acquisitum. Tunc autem nomine cognitionis intelligitur generaliter quæcũque notitia tã iudicatiua quã apprehensiuæ: & hoc nõ, nõ ly ex, in conclusione Aristot. dicit genus causæ efficiētis (sicuti assensus præmissarum generant assensum conclusionis) & tã notitia apprehensiuæ isto mō nõ generat assensum conclusionis, sed solum in gñe causæ materialis intrat eius cõpositione. Aut nomine cognitionis intelligitur solū habitus iudicatus vt est mēs philosophi, & tunc sequeretur, quod esset processus in infinitum: nõ omnis habitus iudicatus, etiã naturalis est doctrina quã natura magistra docti sumus: ergo quocunque iudicio dato ille debet fieri ex alio priori: quod etiam esset doctrina quæ deberet fieri ex alia, & per consequens esset processus in infinitum. Et confir. primo. Si omnis doctrina fit ex præexistenti cognitione, & non solum vera scientia, vt ait Aristot. sed etiã fides & opinio, quæ generantur ex autoritate, aut syllogismo dialectico, aut exemplo rhetorico, sequitur quod opinio debet generari ex alia priori opinione & illa ex alia. Tunc quæro primũ opinio an generatur ex iudicio naturali per se noto: & hoc non quia iudicium euidentis non potest generare opinionem: aut generatur ex alia opinione, & sic illa non erat prima: sed erit processus in infinitum in opinio generatione. Et idem arguitur de fide, quia iudicium euidentis non potest generare fidem ineuidentem: & per consequens omnis fides generatur ex alia priori: & sic in infinitum. V. g. si habeo fidem dictis Petri, est quia credo eum esse veracem: quod autem credo eum esse vera

cem: est ex alia priori fide, & sic in infinitum. Et confir. secundo. Doctrina & disciplina non potest esse nisi, in intellectu: ergo superflue additum est intellectiua. Tercio contra secundum textum arguitur. Quando Aristot. dicit, quod de subiecto oportet prænotasse quid sit, aut intelligit solū a definitione quid nominis, aut de definitione quid rei: nõ primum, quia manifestum est in demonstratione a priori mediũ esse definitione quid rei, & per consequens illam esse vnũ de præcognitis. Aut intelligit de definitione quid rei: & tunc sic arguitur. Sequeretur inde, quod omnis scientia deberet præsupponere de suo subiecto quid est: consequens est contra ipsũmet Aristot. nam scientia huius libri est a demonstratione: & tamẽ hic definit quid sit demonstratio. Et confir. primo quod de subiecto non oportet prænotasse quid sit. Scientiæ, vt dictum est, q. 1. de vniuersalibus, sunt de rebus in vniuersali abstrahentes ab his & nunc: & ideo vt infra videbimus dicuntur esse de rebus perpetuis: ergo scientia non supponit de subiecto quid sit, imo est scientia de rosa in hyeme quando rosa non est. Et confir. secundo. Tota scientia quæ est de vno subiecto non præsupponit de omnibus principijs quod sit vera: ergo conclusio Aristote. non habet vniuersaliter verũ. Probat autem antecedens. Scientia de homine non præsupponit veritatem horum principiorum. Omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale: imo demonstrat illa: ergo. Quarto principaliter arguitur contra tertium textum. Quædam modum stat scire maiorem prius tempore quã conclusionem, ita stat scire minorem: ergo male Aristot. dixit, quod nõ stat scire minorem prius tempore. Probat autem: quia stat doctorem prius docere minorem quã maiorem, videlicet in semicirculo posse fieri triangulum, quã omnem triangulum habere tres, &c. Quod si dicas Aristot. nõ negare quin possit minor sciri ante conclusionem, quando scitur ante maiorem: sed solū docere, quod non stat ambas simul præmissas sciri quin simul tempore sciat conclusio. Arguitur sic aliter. Intellectus humanus qui agit per cõuertionem ad phantasmã corporale, & per consequens successiue non potest in eodem instanti formare omnes tres propositiones: ergo habitus assensibus præmissarum transibit aliud quod tempus antequã formetur propositio apprehensiuæ conclusionis: & per consequens antequã producat iudicium. Et confir. Intellectus saltẽ in via. S. Th. nõ potest simul plura intelligere, vt patet prima. p. q. 85. art. 4. ergo nõ stat simul assentire præmissis & conclusioni. Quinto principaliter arguitur. Intellectus omnis creatus est finitæ a cõuitalis. Detur ergo quod possit tãtũ habere. v. g. decem notitias & aliunde habeat alias, ita vt notitiæ apprehensiuæ & iudicatiuæ præmissarum cõpleant denarium numerum, tunc cognita maiori & minori nullatenus cognoscitur conclusio, quia intellectus non est potens formare nouũ iudicium (supponatur enim causas cõseruatiuas aliarum notitiarum ad producendum iudicium conclusionis) ergo conclusio Aristot. nõ est vbiq; vera. Sexto principaliter arguitur idem. Detur casus quo quis habeat erroneũ dissentium huius conclusionis, omnis triangulus habet tres angulos æquales duobus reëtis, & adducatur demonstratio, ita vt in hoc instanti incipiat assentire præmissis & cõsequentiæ: in eodẽ instanti nõ assentit cõclusioni, ergo regula falsa. Probat autem. Assensus conclusionis non stat simul cũ cõtrario eius dissentiu, nec in instanti potuit corrumpi dissentius, quippe qui aliquo mō resisteret contrario corruptenti: ergo stat assensus præmissarum & consequentiæ cum dissentiu conclusionis. Et confir. Sit casus quo Geometra hæc sciens vniuersale, quæcũque sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se, conspiciat tria

Log. Do. So. L corpora

corpora. a. b. e. quorum. b. est maius quam. a. & c. maius quam. b. ita ut excessus inter. b. & a. & inter. c. & b. non sit perceptibilis sensu: excessus vero inter. a. & c. casu sensibilis, & aduertit ante has solas propositiones. Quæcunque sunt æqualia vni tertio, sunt æqualia inter se. a. & c. sunt æqualia vni tertio puta. b. quarum maior cognoscitur intellectu, & minor sensu. & incipiat nunc aduertere ad conclusionem. a. & c. sunt æqualia inter se. Tunc iste habet assensum maioris & minoris, & non cõclusionis: quia ad sensum videt. a. & c. non esse æqualia: ergo cõclusio Arist. falsa. ¶ Septimo principaliter arguitur. Si cognitio principijs statim cognosceretur conclusio, sequeretur quod homo naturaliter sine aliquo doctore posset acquirere omnes scientias, per hoc solum quod animaduertit ad principia naturalia. V. g. cognito quod a quolibet puncto in quodlibet punctum ducitur linea, statim cognosceret quod super quolibet lineam posset triangulus constructi, & ita per applicationem posset cognoscere omnes conclusiones Euclidis, quarum secunda sequitur ex prima, & tertia ex secunda, & ita consequenter: quod esset incidere in opinionem Platonis, scilicet nostrum scire esse quoddam remanescit, ut paulo ante monstrauimus in illo rustico. Et confitetur, quod saltem quicumque scit aliquam vniuersalem non solum virtualiter, sed simpliciter, scit etiam quæcunque singularem contra quartum textum. Sequitur bene. Scio omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, sed triangulus semicirculi est triangulus: ergo scio triangulum semicirculi esse triangulum. Et idem probabitur de quocunque alio triangulo quem nunquam negat. ¶ In contrarium pro parte affirmatiua sufficit auctoritas Aristotelis.

Quemadmodum in prædicabilibus & prædicamentis, ita & hic intendimus post expositionem literæ maiora dubia per quæstiones disputare.

Dubia inquam, ea tantummodo quæ ad rem pertinent vt singula argumenta singulas intelligas esse quæstiuunculas. Congerunt enim hic doctores huius temporis de notitijs multa, quæ partim ex libro terminorum accessita sunt, partim vero ad libros de anima potius pertinent, præter alia quæ de Theologia multa submouentur, à quibus proinde abstinendum nobis est. Tantum abest, vt mentionem de intricatis & sophisticis & commentis quæ hic indigne commiscantur, faciamus. Prima vero hæc quæstio non potest non esse longiuscula: nempe quæ operis materia aperienda nobis est. ¶ Ad quæstionem ergo affirmatiua est responsio. Vnde ad primum argumentum, licet nonnulli contendat scientiam angelorum fieri præexistenti cognitione, eo quod inferiores à superioribus illuminentur, illud tamen & falsum est, & præter intentionem Arist. Ratio enim cur doctrinæ & discipline nostre hiant ex præexistenti cognitione est (vt in prologo dictum est) propria natura nostra, qui cum simus rationales non possumus res, nisi successiue & discursu quodam cognoscere, & ideo ex notis ad ignota procedimus Angeli vero quantum ad cognitionem naturalem non indigent discursu, & ideo simul recipiunt totam cognitionem cuiuscunque rei. Vnde in prima sui creatione creati sunt cum omnibus speciebus eorum quæ naturaliter cognoscere possunt Itaque sicut nec esse receperunt ex alio sed à Deo per creationem: ita nec cognitionem acquirunt ex alia cognitione sed ab actore nature. Reuelationes vero supernaturales inferiores angeli recipiunt à superioribus. At nequæ illa recipiunt ex præexistenti cognitione quæ sit in recipientibus sed immediate recipiunt illam à superiori angelo. Eadem ratione propheta & apostoli non receperunt cog-

nitionem & fidem ex præexistenti cognitione sed immediate à Deo. Pariter Adam quando creatus est. Arist. ergo solum loquitur de cognitionibus naturalibus hominum pro isto statu. At vero si ex reuelata cognitione rationem ad alias conclusiones, illa erit scientia. Veluti theologia procedens ex fide reuelata tanquam ex principijs, est vere scientia, vt ait S. Th. 1. q. 1. ar. 2. Quemadmodum Adam ex scientijs infusus postea potuit nouas cognitiones acquirere, iuuante experientia.

Circa secundum argumentum

notandum est primo: duplicem esse notitiam vt partim primo libro Summularum, & latius in libris de anima est videre. scilicet sensitiuam & intellectuam. Atqui sensitiuam alia est exterior alicuius quinque sensuum exteriorum, & alia est interior in sensu communi: qui cum sit velut exteriorum centrum, format notitias quasi rerum presentium vt patet in somniantibus. Alia vero est notitia intellectiua quam intellectus possibilis format in seipso, informatus prius speciebus intelligibilibus, quæ virtute intellectus agentis abstractæ sunt à phantasmatibus, & receptæ in intellectu possibili. Rursus notitia intellectiua alia est apprehensiua & alia iudicatiua. Et apprehensiua alia simplex, & alia complexa. Exempli gratia. Prius intellectus apprehendit res simplicibus notitijs, quales sunt, ly homo & ly risibile, ex quibus postmodum format propositionem quæ apprehendit hominem esse risibilem, & inde format iudicium quo iudicat hoc esse verum. Quod quidem iudicium est simplex qualitas, præsupponens notitiam apprehensiua. Et solum iudicium est actus scientie aut fidei aut opinionis, & ex illo solo generatur habitus qui est scientia, aut fides aut opinio, propositio namque apprehensiua non dicitur scientia, fides, neque opinio. Nec locus est hic pluribus hæc verbis tractandi. ¶ Ad rem ergo descendendo, ordo cognitionis in nobis est, vt prima omnium notitia sit sensitiuam exterior, nam cognitio nostra pro isto statu incipit assensu, mox sequitur notitia sensitiuam interior, deinde generantur simplices apprehensiones intellectuæ, ex quibus statim componitur propositio apprehensiua, quam demum subsequitur iudicium. At vero quantum hic ordo verus sit, tñ nihil spectat ad intentionem Arist. in hoc loco. Non enim dixit quod omnis cognitio fiat ex priori cognitione, aut quod omnis doctrina fieret ex priori doctrina, aut quod omne iudicium fieret ex priori iudicio, esset enim tunc processus in infinitum, vt in textu notauimus, sed solum dixit quod omnis doctrina & disciplina sit ex præexistenti cognitione. ¶ Sunt veritatem qui nomine cognitionis intelligunt quancunque notitiam siue iudicatiua siue apprehensiua. Et tunc distinguunt quod ly ex, capitur quadrupliciter vt est videre apud Paulum Venetum. Vno modo dicit terminum à quo, alio modo dicit habitudinem partis cõponentis, & tertio modo dicit causam efficientem. Et his tribus modis (vt aiunt) cõclusio fit ex præexistenti cognitione, nam fit ex præmissis. i. post cognitionem præmissarum vt dies fit ex nocte, & conclusio componitur ex notitijs apprehensiujs, & assensus conclusionis generatur effectiue ex assensu præmissarum. Quarto modo, ly ex, dicit habitudinem subiecti, sicut ex ferro fit forma gladij, & isto modo scientia non fit ex præexistenti cognitione, quia non recipitur vna cognitio in alia. ¶ Attamen quicquid sit de huiusmodi acceptionibus huius præpositionis ex, tamen Aristoteles nullo modo accepit nisi in genere causæ efficientis. Quod. n. ait omnem doctrinam fieri ex præexistenti cognitione, exponit in subsequentibus per hoc quod assensus conclusionis fit ex assensibus præmissarum, & assen-

Ad secundum Multiplex notitia.

Ordo cognoscendi.

Cognitio.

& illi assensus naturales sunt postea lumen ad alios assensus acquirendos. Et ideo Arist. non diceret, quod talis assensus naturalis fieret proprie ex præexistenti cognitione. ¶ Vnde ad formam argumenti negatur, quod assensus naturales appellentur doctrinæ ab Arist. Neque natura est proprie magistra, nisi per metaphoram. Eadem ratione neque cognitiones quæ habentur per sensum, vt hic ignis est calidus, aut Luna eclipsatur, sunt scientiæ, nec fiunt ex prioribus. ¶ Hinc sequitur quæ sit præter intentionem Arist. disputare de notitijs, an omne iudicium fiat ex notitijs apprehensiujs: & omnis intellectuam fiat ex sensitiuam, aut sensitiuam interior fiat ex exteriori. ¶ De materia primæ confirmationis amplius futurus est sermo cap. 26. text. 44. vbi Arist. ponit differentiam inter scientiam & opinionem: sed quantum ad locum attinet præsentem negat, quod in opinionibus sit processus in infinitum: sed perueniendum est ad primam opinionem quæ generatur ex assensu euidenti lumine naturali per consequentiam ineuidentem. Exempli gratia. Per inductionem ex singularibus quæ sentimus inferitur vniuersalis: ne euidenter tamen. scilicet hic piscis non respirat & hic piscis non respirat: ergo nullus respirat. Et in rhetoricis iste habet ense nudum sanguine conspersum prope cadaver: ergo occidit hominem, antecedens est euidentem & consequens est opinio propter ineuidentem consequentiam. Itæ hæc sphaera tangit planum indiuisibiliter: ergo datur puncto indiuisibile: & per consequens quæritur distinguatur a re quæta: vt arguebamus in cap. de quantitate, antecedens est euidentem & consequens est opinio. Cum enim ad generandum scientiam requiratur euidentia vtriusque principij scilicet, præmissarum & consequentiæ, quodcunque illorum sit euidentem generabitur opinio. ¶ De generatione fidei maior est difficultas an requiratur pia affectio quod cap. 26. disputabimus: sed interim proportionabiliter dicimus vt de opinione, videlicet, quod fides quantum sit assensus ineuidentem, generatur tamen ex euidenti. Euidentem enim est in lumine naturali adhibendam esse fidem homini sapienti qui non leuiter loquitur quantum non sit euidentem verum esse id quod dicit. Et ita dicemus euidentem esse, quod dicta Christi erant credibilia, nihilominus quod essent vera non erat euidentem, & ideo ex hoc assensu euidentem, hoc est credibile, sequitur hic assensus fidei, quod hoc iste dicit est verum. Sed de hoc latius in loco citato. ¶ Ad Intellectiuam secundam confirmationem respondetur, quod forte nullo alio mysterio additum est ab Arist. intellectuam, nisi ad exprimendam quomodo in solo intellectu est proprie doctrina & disciplina: quia potentiæ quæ sunt non discuntur, & ideo earum cognitiones non sunt doctrinæ. Et hæc est solutio Sancti Thomæ. Alij nihilominus dicunt, quod ponitur intellectuam ad excludendum cognitionem sensitiuam brutorum: quæ quodammodo potest esse disciplina vt ait Arist. loco citato in argumento. Sed profecto melior est prima solutio: nam eo modo imperfecto quo iudicia imperfecta brutorum possunt dici disciplinæ, eodem modo etiam fiunt ex præexistenti cognitione naturali bruti: vt patet in his qui docent canes saltare: & ideo in hoc non differt disciplina intellectuam a sensitiuam. Potest tertio modo dici, quod cum intentionem Arist. solum erat hic tractare de scientia intellectuam, addidit, intellectuam, quasi sensitiuam cognitio nihil ad propositum pertinet.

Fides & opinio quomodo generantur.

Intellectiua

Ad tertiam.

Circa tertium argumentum.

notandum est primo, quod Themistius, cui Aegidius & Paulus & fere expositores subscribunt, censet Aristotelem intendere, quod tam de passione quam de subiecto Log. Do. So. L. 2 solum

assensus præmissarum ex alijs assensibus vsque ad propositiones per se notas. At manifestum est assensum seu iudicium non fieri ex priori assensu, nisi in genere causæ efficientis, vnde secundo Phys. text. 89. præmissas respectu cõclusionis reducit ad genus causæ efficientis. ¶ Ex quo sequitur, non profus re attingere, qui dicunt assensus præmissarum tantum concurrere tanquam dispositiones in genere causæ materialis, & solum intellectus producere assensum cõclusionis. Quinimo sicut calor est virtus ignis ad calefaciendum, ita assensus præmissarum sunt virtus & lumen intellectus, quibus ipse tanquam causa principalis producit assensum cõclusionis. ¶ Et secundo arguitur, quod ly ex, non possit hic dicere circumstantiam termini a quo: nam terminus à quo secundum Arist. est priuatio illius quod generatur aut cõtrarium eius: sicut homo fit ex non homine, aut album ex nigro, & dies ex nocte. Itaque terminus à quo non stat cum termino ad quem. Præmissæ autemstant simul cum cõclusionem, & omnis cognitio ex qua fit alia stat simul cum ipsa: sed potius hoc modo dicendum esset, quod doctrina sit ex ignorantia. ¶ Et tertio arguit, quod nec dicit habitudinem partis cõponentis. Doctrina & disciplina non dicitur propositionem apprehensiua, sed iudicatiua, iudicatiua vero non cõponitur ex notitijs apprehensiujs. ¶ Igitur pro solutione argumenti notandum est secundo quod nomine doctrinæ & disciplinæ intelligitur omnis habitus verus iudicatiuus acquisitus: vt circa textum expositum sit est. Dupliciter autem naturaliter acquiritur habitus. Vno modo per inuentionem, sicut homines propter admirationem philosophari caperunt: vt habetur. 1. meta. ca. 2. Et alio modo doctoris vsu ad scripturam quæ locum habet doctoris: quem admodum. n. natura arte medici adiuta, causa est sanitatis, ita & intellectus opus doctoris directus, generat scientias. Etenim sicut medicina non est quæ principaliter sanat, sed natura: ita nec doctor est qui generat scientiam, sed intellectus. Vnde vt nature viribus destituta, nihil potest ars medici: ita vbi non est ingenium, superuacanea est doctoris opera. ¶ Aegidius putat nomine doctrinæ intelligi habitum inuentionem acquisitum: nempe quo homo potest dicere alios: nomine vero disciplinæ intelligi habitum à doctore productum. At vero doctrina certe non debet accipi a diuine sed passiuæ pro habitu qui est in discipulo à doctore. Et ideo dicendum est, aut quod utroque nomine eundem habitum intelligit Arist. diuersis respectibus, vt circa textum diximus: aut quod nomen disciplinæ accipitur latius quàm nomen doctrinæ. scilicet pro omni habitu quocunque acquisito siue à doctore siue per inuentionem.

Doctrina dupliciter acquiritur.

Sensus Ari.

Angelorum cognitio.

hant ex præexistenti cognitione est (vt in prologo dictum est) propria natura nostra, qui cum simus rationales non possumus res, nisi successiue & discursu quodam cognoscere, & ideo ex notis ad ignota procedimus Angeli vero quantum ad cognitionem naturalem non indigent discursu, & ideo simul recipiunt totam cognitionem cuiuscunque rei. Vnde in prima sui creatione creati sunt cum omnibus speciebus eorum quæ naturaliter cognoscere possunt Itaque sicut nec esse receperunt ex alio sed à Deo per creationem: ita nec cognitionem acquirunt ex alia cognitione sed ab actore nature. Reuelationes vero supernaturales inferiores angeli recipiunt à superioribus. At nequæ illa recipiunt ex præexistenti cognitione quæ sit in recipientibus sed immediate recipiunt illam à superiori angelo. Eadem ratione propheta & apostoli non receperunt cog-



Definitio enim quid nominis & quid rei differunt, quia definitio quid nominis solum explicat significationes nominis. i. quid nomen significat. Definitio vero quid rei explicat naturam rei significat. Dicunt ergo quæ ante notitiã concludendi solum oportet prænotari quid significat, ly homo & quid ly risibile. ¶ Hoc tamen si uniuersaliter intelligatur manifeste est falsum: nã in demonstratione, propter quid, medium debet esse definitio quidditatiua & per consequens talis demonstratio præsupponit quid est subiecti. Et confir. quia talis demonstratio reddit causam cõclusionis: vt ratio quare homo est risibilis est, quia est animal rationale. Vnde S. Thom. prima parte, q. 1. ar. 7. citat hunc locum ad probandum quod scientia præsupponit quid est de suo subiecto. Et ideo sciendum est, quod Aristotel. causa breuitatis unico verbo, i. quid est quod dicitur, intelligit quid subiecti & passionis proportionabiliter quatenus utrunque habet definitionem. At subiectum habet definitionem quid rei, passio vero non, vt dictum est in expositione tex. ¶ Sed notandum est secundo quod ex hoc textu male intellecto ortu habuit error per aliud extremum: qui fere dialecticos & philosophos huius temporis tenet. Existimant enim quod omnis scientia præsupponit quid est de suo subiecto: taliter quod ad nullam scientiam pertinet constituere definitionem quidditatiua sui subiecti: quod re vera falsum esse probat tertium argumentum. Definit enim hic Arist. quid demonstratio: quod est subiectum huius libri. Et secundo de anima definit quid est anima. Et mathematici qui tractant de lineis & punctis, &c. definiunt quid est punctus & quid linea. Et philosophus naturalis definit quid est motus: vt patet in tertio Physicorum. ¶ Nec valet solutio si quis dicat, quod philosophus naturalis & mathematicus definit suum subiectum, non inquam philosophus sed inquam metaphysicus: eo quod metaphysicus tractat de ratione entis in communi. Hæc inquam responsio non satisfacit: quia statim Arist. cap. sequenti docet aliquas esse dignitates communes omni scientiã, vt, quod dicitur est vel non est: alias vero esse positiones peculiare cuiuscunque scientiã, inter quas ponit definitionem proprii subiecti. Vbi docet proprium esse cuiuscunque scientiã, insituere definitionem proprii subiecti. Et ratione id cõfirmatur: nã scientia cuiuscunque rei intendit manifestare eius naturã, ergo ad vnamquamque scientiam pertinet definire suum proprium subiectum eo modo quo habere potest de definitionem. ¶ Quod ideo addiderim, quod metaphysicẽ subiectum, scilicet, & subiectum Theologiã, puta Deus, definitiones non habent quidditatiuas vt cap. 4. Prædicamentorum ostensum est. ¶ Igitur tertio notandum est, quod aliud est loqui de particulari demonstratione, & aliud est loqui de tota scientia vnius subiecti, qualis est scientia de anima, aut Dialectica, aut Geometria, &c. Si loquamur de demonstratione, tunc in demonstratione quia est, puta quæ procedit ab effectu ad causam, vt infra videbimus, non præsupponitur definitio subiecti: quia in illa accipitur per medio effectus subiecti: vt omne illud quod purgat cholera est calidum: scamonea purgat cholera: ergo. Et ita habemus scientias multas particulares de astris ignorantes definitionem illorum. Scimus enim vnde proveniat eclipsis Lunę, & quomodo moueat mare, & quomodo Sol sit causa generationum inferiorum, antequam sciamus definitionem Lunę aut Solis. At vero in demonstratione propter quid præsupponitur de subiecto quid nominis & quid rei, vt omne animal rationale est risibile, &c. Et hoc solum est quod hic intendit Arist. ¶ Si autem loquamur de tota scientia vnius subiecti, tunc

dicendum est, quod scientia supponit quid est subiecti, Scientia cõ ad hunc sensum quod non potest demonstrare definitio stituit quid nem: non tamen adhuc sensum, quod ad ipsam non per est subiecti tineat statuere de finitionem quidditatiua subiecti. Exempli gratia. Geometria habet duas partes, quarum prima præparat principia scientiã statuendo definitiones lineæ & puncti, & principia & dignitates quæ nõ demonstrantur. Secunda pars scientiã est, quæ per huiusmodi principia demonstrat passiones de subiecto. Et ita scientia de anima non demonstrat suam definitionem, sed supponit illam: nihilominus ad illam pertinet definire quid est anima. Et ita hic Aristot. non demonstrat definitionem demonstrationis, sed constituit & supponit illam. Et per hæc patet solutio tertij argumenti. Et hoc est quod ait Aristotel. 1. Topic. cap. 2. scilicet quod scientia nulla probat sua principia: sed supponit ea. ¶ Ad confir. respondetur, quod scientia & demonstratio nõ supponit de subiecto quod sit actualiter, vt probat argumentum: sed supponit de suo subiecto quod sit, id est, quod sit verum ens, puta habens esse in causis naturalibus: nã de chimera nõ habetur scientia, quia cum nõ sit in causis naturalibus: non habet veram quidditatem. Et hæc de causa vt dictum sumus in secundo libro, questio an est, præsupponit questionem quid est: nam sola vera entia habent veras quidditates: & vera entia dicuntur quæ habent esse in causis naturalibus. Et ante creationem rerũ de entibus quæ nunc sunt naturalia potuit esse scientia: quia licet non essent tunc actu, erant tamen in potentia naturaliter: non quod prima productione possent naturaliter produci, sed quia erant aliquando producibilia per causas naturales. ¶ Hinc sequitur, quod non bene exponitur de subiecto præcognosci an sit, per hoc quod est subiectum supponere. Primo quia nullo homine existente est vera demonstratio & vera scientia de homine. Et præterea quia licet demonstratio instrumentaliter fiat per terminos & propositiones, tamen scientia quæ generatur principaliter est de rebus: vt in toto processu videbimus: & ideo de re significata per subiectum prænotari oportet, quod sit in rerum natura modo exposito. Quod si quis arguat Aristotelem quarto Physico. demonstrare aliquas conclusiones de vacuo, licet vacuum non sit in rerum natura. Respondetur primo, quod scientia de vacuo non est simpliciter scientia, sed ex suppositione scilicet, si esset vacuum. Et secundo quia per locum repletum, per modum priuationis cognoscimus vacuum. ¶ Ad secundam confirmationem respondetur quod principiorum scientiã alia sunt extrinseca & communia, quæ non demonstrantur in scientia, sed supponuntur, & de his loquitur Aristotel. in textu, vnde ponit exemplũ, vt quod liber est, vel non est. Alia vero sunt extrinseca in quibus affirmantur passio de definitione aut definitio de subiecto: & hæc non omnis scientia supponit, sed aliqua demonstrat, & alia aliquo modo explicat, vt in subsequentibus videbitur.

Ad quartum principale bene

responditur est, quod Aristotel. non negat quia possit minor aliquando cognosci ante conclusionem: nempe quã quod cognoscitur ante maiorem: imo posset quis formare demonstrationem hoc modo: Triangulus in semicirculo est triangulus, & omnis triangulus habet tres æquales, &c. ergo. Et tunc singularis cognosceretur prius tempore: et uniuersalis simul conclusione. Sed regula Aristotel. solum est, quod non stat ambas simul præmissas cognoscere quin naturaliter simul tempore cognoscatur conclusio. ¶ At vero ad replicam argumenti respondetur,

An est subiecti.

Ad quartũ principale.

spondetur, quod neque vult Aristoteli, quod in eodem instanti quo formatur minor necessario formetur conclusio, sed intelligit quod si quis habet formam totam cõsequentiam ex propositionibus apprehensiuis, & habet assensum consequentiã, de quo hic non fit mentio: tunc quam primum quis habet assensum maioris & minoris, illi assensus generabunt assensum conclusionis tanquam causæ naturales. An vero assensus producat in instanti, videbitur in sexto argumento. ¶ Ex quo sequitur, quod si rusticus ex extremitatibus nescit formare conclusionem, poterit assentire præmissis sine conclusione, quia nescit applicare causam ad effectum. Et eadem ratione si Deus concurrat ad assensum præmissarum, & nolit cõcurrere ad assensum conclusionis, deficit regula Aristotel. quæ solum intelligitur naturaliter. ¶ Confirmationem quarti argumenti formauimus, vt ostenderemus quam gratis doctores huius temporis tot verba multiplicent aduersus Sanct. Thom. dicentem quod non possunt plura simul intelligere per modum plurium. Quã sententiam sic fere neoterici intelligunt: videlicet quod intellectus nullo modo potest habere plures notitias plurium rerum non facientes vnam propositionem aut vnũ syllogismum. Itaque possum videre plures homines simul cum pluribus lignis, & lapidibus, & rebus omnibus quæ sunt coram me: & tamen non possum illa per plures simplices notitias intelligere. Imo sunt Thomistæ qui hoc manibus ambabus tenent. At vero in primis S. Thom. vt est videre loco citato, prima parte quæstio. 85. nihil aliud vult dicere, nisi quod expresse dicit Aristotel. 2. Topic. cap. 4. vbi ait, quod contingit simul plura scire: cogitare vero non nisi vnum. Et præterea nec Aristotel. nec Sanct. Thom. fuerunt tam inopes ingenij, vt negarent nos posse simul habere plures notitias intellectiuarum rerum singularium, quarum habemus sensitivas vt isti putant: quod re vera esset negare experientiam. Et ideo non opus est plura verba prodigere ad hoc impugnandum. Sensus ergo & Aristotelis & Sanct. Thom. est manifestissimus: quem nemo negare potest. Scire enim apud Aristotelem non dicitur actum, sed habitum: qui enim dormit, sciens est: sed actus scientiã apud ipsũ vocatur intelligere, vel potius considerare aut cogitare. Ait ergo Aristoteles, quod habitus scientiã, etiam in esse perfecto, nihil verat esse simul plures & diuersos in eodem intellectu: sed tamen actu considerare & cogitare plura per modum plurium, non potest homo perfecte id facere: nam pluribus intentus minor est ad singula sensus. Itaque possum cogitare simul & considerare diuersa obiecta per diuersas notitias, imperfecte tamen, quia cogitatio vnius remittit cogitationem alterius. Quando vero illa cogitantur per modum vnius, cogitatio vnius non impedit cogitationem alterius. Cum enim considero hominem esse animal, aut hominem currere, cogitatio subiecti non remittit notitiã prædicati. ¶ Vnde ad confirmationem respondetur, quod assensus præmissarum, etiam perfecti non impediunt quin simul perfecte assentiamus conclusioni, quia omnes cognitiones eiusdem demonstrationis se habent per modum vnius, & ordinantur ad eandem rem cognoscendam. Si tamen essent assensus actuales diuersi, qui non ordinarentur ad vnum possent quidem esse simul, sed tamen essent remissi: & quãto essent plures, essent remissiores, & tot possent esse, vt plures non posset intellectus habere.

Plura intelligere.

Ad quintũ principale.

Per hæc patet via ad respondendum quinto argumento principali de capacitate in-

tellectus: de qua multo etiam plura consumunt hic dialectici verba, quam pro rei dignitate est necessarium, au videlicet capacitas intellectus, terminetur vel ad numerum notitiarum, vel ad intentionem, vel ad vtrunque. Ad quod breuiter respondetur, quod capacitas intellectus est limitata quo ad vtrunque. Enimvero, vt est doctrina Sanct. Thom. 1. parte quæstione. 86. articulo. 2. intellectus noster est tantum infinitus in potentia & non in actu. Quod est dicere, Potest quidem successiue notitias in infinitũ recipere, post aliã, quæ est perpetuus: sed tamen simul non potest quemcunque numerum notitiarum habere. Veluti continuum diuisibile est in semper diuisibilia, tamen nõ possunt esse infinita actu diuisa. Et ratio est, quia potentia sequitur essentialitẽ, & ideo cum solus Deus habeat infinitam essentialitẽ, solus ipse habet infinitam potentiam. Et Confirma. experientia. Exprimur enim quod quanto ad plura se intellectus diuertit, tanto remissius intelligit singula iuxta illud. Pluribus intentus minor est ad singula sensus, ergo ad tot obiecta potest aduertere, vt ad plura non possit. Quod fit vt terminetur ad numerum. ¶ Et hinc sequitur quod etiam intellectus sit limitatus quo ad intentionem. Cognitio enim actualis est actualis actio & aduertentia intellectus, sed intellectus, quia est creatura, est finita actiuitatis, ergo tam intense potest aduertere ad vnũ obiectum, vt nisi illam intentionem remittat, non possit ad aliud aduertere. ¶ At vero sunt qui putant se demonstrare, quod virtus intellectus non terminatur quo ad intentionem, hoc argumento. Si terminaretur virtus intellectus quo ad intentionem, maxime esset quia ad maiorem intentionem notitiã semper requiritur maior aduertentia & maior conatus intellectus, sed stat quod per meliorem applicationem obiecti dato quod intellectus non magis aduertat, intendatur notitiã, item si obiectum album fiat intentus, intendatur eius notitiã sine noua aduertentia intellectus, ergo virtus intellectus non terminatur quo ad intentionem, postquam mere passiuè, se habendo potest intendi eius notitiã. ¶ Ad hoc nihilominus primum omnium dicimus, quod isti mere gratis fingunt sine aliqua autoritate aut ratione, quod aduertentia & conamen intellectus sit quid distinctum a productione notitiã. Cum tamen certissimum sit, quod nihil aliud est intellectu conari aut aduertere, quam notitiã producere. Et probatur manifeste, quia ante productionem notitiã nulla est actio notitiã, & per consequens nulla est applicatio nec conatus. Sicut applicatio aut conatus voluntatis ad volendum nihil aliud est quam producere volitionem. In corporalibus enim potest homo ligatus optare & conari ad motum, quando nõ mouetur & potest quis conari mouere magnum lapidem, quando non moueat eum, quia illud conari est impellere corpus, sed tamen intellectu fingi non potest quid sit conari nisi intelligere. Voluntas enim est quæ suo actu mouet & applicat omnes potentias ad agenda, sed potentias reliquas applicatas nihil aliud est conari, quam agere suos actus. Sicut visum applicatum per voluntatem ad obiectum nihil aliud est conari, quam producere visionem. Et ideo dicendum est, quod quanta est intentio notitiã tantus est conatus & applicatio potentiã, nec maior nec minor. ¶ Vnde ad argumentum illorum respondetur, quod quouiscunque obiectum melius applicatur aut illuminatur aut intenditur, intellectu tunc dem melius applicatur & conatur per hoc quod intentionem producit notitiã. Et intellectus maioris virtutis ad producendum æqualem notitiã cum intellectu minoris virtutis esse conatur, & ad producendum intentionem magis conatur. Log. Do. So. L; tur.

Capacitã intellectus.

Aduertentia & conatus.

Notitia pro- ducitur in instanti.

Limitatio.

Notitia pro- ducitur in instanti.

Ad septimum principale.

Ad septimum argumentum negatur sequela...

contineri sub vniuersali. Et ad argumentum negatur illi consequentia...


DE MODIS SCIEN- di, & demonstratione.

Cap. II.



CIRE autem vnã quã- que rem simpliciter, sed non vt sophista...

Textus. 5



Lóg.Do.Sot. L 4 mon-

Ad sextum principale.

Sextum argumentum petit an assensus aut quæcunque notitia producat...



monstrationem habere. Causa etiam notiora que ac priora sint oportet: causa quidem, quia tum scimus, cum causam cognoscimus: priora vero si quidem & causa sunt, & antea cognita, non illi solum modo quod quid significent, sed altero etiam quo quod sint scimus.

gis, id est, dilectum atque amatum, ob quod amamus atque diligimus. Quare si ob prima scimus credimus, & illa sane scimus ac credimus magis: quoniam ob illa & ipsa scimus posteriora.

Postquam in superiori capite constitutum est demonstratione esse, quod respondet quaestioni an est, prosequitur hic Aristoteles determinare quid est demonstratio.

Scire dupliciter.

dem simpliciter non est cognoscere. Ait ergo Aristoteles quod accipit hic scire solum per se & simpliciter. Vnde scire hoc modo inquit tunc arbitramur, cum causam ob quam res est, illius causam esse, & fieri non posse, ut aliter se habeat, cognoscere arbitramur.

Tres particulae definitionis.

Secundo Topico Cap. 2. nominibus utendum est ut plures. Quod adnotare debent qui rerum definitiones per libito suo confingunt contra naturam definiendi.

Definitio demonstrata.

Definitio 2. demonstrata. Particu. 2.

Ex veris. Particu. 3.

rum, vbi dicitur: Omnis homo est Deus, Christus est homo: ergo Christus est Deus. Respondetur, quod quantum ita sit quod haec sit bona consequentia, tamen praemissa falsa non est causa veritatis conclusionis: non enim quia omnis homo est Deus, Christus est Deus. Et in demonstratione non solum ex praemissis sequitur conclusio in sensu conditionali: sed etiam in causali, scilicet, quia praemissa sunt vera, conclusio est vera. Maiorem, videlicet quod conclusio cuius est scientia debet esse vera, probat quia quod non est, inquit, non scitur. Non intelligit, quod non est, id est, quod non existit: nam habemus scientiam de rosa in hyme quando non est. Nominale propterea exponuntur secundum intentionem, id est, falsum non scitur. Attamen quantum hoc sit verum, tamen Aristotelem de rebus loquitur tanquam de objectis scientiae: & ideo non dixit, quod non est verum, non scitur, sed quod non est. Sensus ergo est, quod id quod rebus ipsis non conuenit, sciri non potest: nam ab eo quod res est, propositio est vera. Et ponit exemplum, quod cum diameter non sit commensurabilis costae, non potest de illo haberi scientia. Diameter non esse commensurabilem costae, non est hic locus pluribus verbis explicandi: sed est sensus quod excessus quo diameter excedit costam quadratae quilaterae (nam de illo solo intelligitur) non est aliqua pars aliquota costae, id est, nec est medietas, nec tertia, nec quarta, nec aliqua pars denominata ab aliquo certo numero: ubi id quod diametri ad costam nec est proportio dupla, nec tripla, nec sesquialtera, nec sesquitercia, nec aliquo numero denominata: sed est medietas duplex quod hic nemo fit anxius intelligere. **¶** Secunda particula erat (Primis medioque vacantibus) quam modo exponit per hoc quod est (Primis & indemonstrabilibus) eo nanque principium est primum, quia medio caret: & eadem ratione est indemonstrabile. **¶** Vbi proinde adnotandum est, quod propositio immediata (quod nomen a translatione Boetij omnes usurpant) non dicitur propterea quod contineat causam proximam conclusionis: puta inter quam & conclusionem non mediet alia causa, vt habere pulmonem est causa immediata respirandi: Sed dicitur immediata, quia caret aname per quod possit demonstrari: quae Graece dicitur anamefa. Quod ubique Argyropylos appellat principium medio vacans, id est, carens. **¶** Sed est secundo notandum, quod non est necessarium omnem demonstrationem formaliter procedere ex indemonstrabilibus: alias secunda passio nunquam demonstraretur per priorem: cum prior etiam sit demonstrabilis per definitionem. Attamen vt ille qui habet demonstrationem vere sciat conclusionem, necesse est quod sit praemissas (si quae sint demonstrabiles) vere sciat resolueret per alias demonstrationes vsque ad prima principia. Atque vt ille qui habet decimam demonstrationem Euclidis, vere sciat illam conclusionem necesse est vt sciat praecedentes omnes demonstrationes saltem habitualiter. Et hoc est quod ait Aristoteles, quia non sciet qui demonstrationem horum, scilicet, praemissarum, non habet. Cuius rationem subdit, quia scire non per accidens ea quorum est demonstratio, est demonstrationem habere. Ait, ea quorum est demonstratio: quia dignitates quarum non sunt demonstrationes, vere sine demonstratione ne scimus. Et ait, non secundum accidens, quia illa quorum est demonstratio possumus, per accidens scire sine demonstratione, vt supra dictum est, cum scimus hominem per hoc quod scimus venientem. Est ergo sensus Aristoteles, quod si non scimus conclusionem nisi scimus demonstrationes praemissarum, & demonstrationes non procedunt in infinitum, sed deuenitur ad aliqua immediata

principia quae carent medio, necesse est omnium demonstrationem aut formaliter aut saltem virtualiter procedere ex primis & immediatis. Et hoc est quod ait. **¶** Topi. capit. 1. Demonstratio est ex primis, aut ex his quae ex primis fidem acceperunt. **¶** Tertia particula erat. (Ex prioribus) sed quia esse priora & notiora conuenit principij eo quod sunt causae, explicat primo quintam particulam: dicens, quod praemissae debent importare causam conclusionis: nam vt dictum est, tunc rem scimus cum causam eius cognoscimus. Cum aut demonstrationem procedere ex causis, non solum intelligit veras causas quae distinguuntur ab effectu: vt interpositio terrae est causa eclipsis lunae, & definitio est causa passionis: sed rationes etiam formales, licet nullo modo distinguantur ab illis cuius sunt rationes, nec propriae sint causae: sicut immutabilitas est ratio aeternitatis in Deo, vbi proprie nec est causa nec effectus: & immaterialitas est ratio immortalitatis animae: & in Mathematicis demonstratio procedit ex causis. **¶** rationibus formalibus. **¶** Et subdit quod si praemissae sunt causa conclusionis, inde fit vt sint priorae (quae erat tertia particula definitionis) nam vt ait in postpredicamentis, cap. de Priori. & 3. Meta. tex. 16. quicquid est causa alterius, est eo prius saltem natura: & per consequens si praemissae sunt causae cognitionis conclusionis, debent esse prius cognitae quam conclusio, vt ex notis ad ignota procedamus. **¶** Exponit deinde quomodo praemissae debent esse prius notae: quia non solum debent esse notae quantum ad significationem, sed quantum ad id quod sunt, scilicet, verae. **¶** Ad cuius euidenciam notandum est, quod si fieri ad sciendum aliquam rem non sufficit scire id quod est causa, nisi sciamus illud esse causam talis rei: ita e conuerso, nec sufficit scire illud esse causam talis rei, nisi sciamus illud esse verum. **¶** Exempli gratia. Vt sciamus eclipsis lunae non satis est scire quod terra est interponibilis inter solem & lunam, nisi sciamus illud esse causam eclipsis. Sed tamen nec rursus sufficit, quod conditionaliter sciamus, si terra interponitur inter solem & lunam, eam eclipsari: sed requiritur quod sciamus terram esse in rei veritate interponibilem: alias esset scientia secundum quid, puta ex suppositione. Et hoc est quod dicit Summulista, Ad veritatem causalis non satis esse bonitatem consequentiae (quod sufficit ad veritatem conditionalis) sed praeterea exigi veritatem antecedentis. Et ideo syllogismi dialectici non generant proprie scientiam, quia procedunt ex admissis a respondente: siue sint vera siue non. Et in naturalibus vt quis sciat in particulari pisces non respirare, non satis est scire quod si non habent pulmonem non respirant: sed necesse est scire, quod non habent pulmonem: alias solum esset scire secundum quid & in vniuersali. Et hoc est quod dicit hic Aristoteles, quod praemissae sunt prius notae quam conclusio: non solum quantum ad quid nominis, scilicet, quid significant, sed quantum ad questionem an est, puta quod sint verae: vt dictum est superius text. 2. **¶** In quarta particula textus (Dupluciter autem) quia dixerat principia debere esse priora conclusioni, distinguit dupluciter esse aliquid prius alio, vno modo quo ad naturam, & altero modo quo ad nos. Illa sunt, inquit, priora quo ad nos, quae sensui sunt propinquiora, vt singularia. Illa vero sunt priora quo ad naturam, quae sunt a sensibus remotiora, vt vniuersalia. Et quae sunt priora quo ad naturam, sunt priora simpliciter: nam id conuenit alicui simpliciter, quod conuenit secundum naturam. Priora vero quo ad nos sunt secundum quid priora, id est, vt cadunt in cognitione nostra. **¶** Sed sunt hic dubia quatuor. Primum offert se statim aduersus Aristotelem qui sibi ipse videtur contrarius:

Ex causis.

Ex prioribus.

Priora dupluciter. Quarta particula.

Dubium. 1.

Diameter.

Ex immediatis.

Dubium. 2.

Dubium. 3.

Demonstratio propter quod & quia.

trarius: nam primo. **¶** Physic. text. 2. ait notiora quo ad nos esse vniuersalia, & notiora naturae esse singularia, hic vero dicit contrarium. Respondetur vt respondet Sanctus Thomae, quod singulare vno modo accipitur simpliciter pro illo quod cadit sub sensu, vt distinguitur contra simpliciter vniuersale, quod solo intellectu percipitur per abstractionem a conditionibus singularibus. Et isto modo dicit hic singulare esse nobis notiora: quia cognitio nostra pro isto statu incipit a sensu vniuersalia vero sunt notiora naturae. Nam illa sunt notiora naturae, quae a natura sunt simpliciter intentata (loquimur enim de natura ac si ageret per cognitionem, sicut artifex) artifex autem prius cognoscit finem ad quem, deinde ordinat media: & ita natura prius intendit speciem conseruare, & ad illum finem producit singularem quae de per accidens cadunt in intentione naturae: sicut de per accidens cadit sub intentione artificis hic vel ille lapis ad construendam domum: nam hoc vel illo indifferenter posset vti. Nec opus est hic accipere naturam pro natura naturante (vt aliqui dicunt) puta pro Deo, qui est author naturae, sed pro ipsa natura rei ac si ipsa cognosceret & produceret se, vt ait Albertus. Alio modo accipitur singulare non simpliciter, sed respectu magis vniuersalis: quomodo species dicitur singulare, seu particulare respectu generis. Et isto modo dicit primo Physic. quod magis particulare est notius naturae: & simpliciter, quia in intentione naturae principalior finis est species quam genus, prius enim intendit hominem aut equum, & c. quam animal. Sed in cognitione nostra prius sunt magis vniuersalia quae illic vocat Aristoteles, magis confusa. Nam licet cognitio nostra incipiat a sensu, & per consequens prius percipiat res singulares vt sunt in materia sensibili, tamen de illis prius format singulare vagum magis commune, quam minus commune. Itaque sensus non percipit nisi hoc animal quod videt, sed prius cum videt a remotis cognoscit hoc effens, mox per motum hoc esse animal, deinde per figuram hoc esse hominem, & tamen de facie hunc esse Socratem. Vnde licet sensus non formet notitiam, nisi singularis in supponendo tamen prius format singulares, vagas vniuersaliores in significando. **¶** Et per hoc soluit secundum dubium quod est hoc. Illic enim dicit innam nobis esse viam a natura vt ex notioribus nobis procedamus: vnde videtur sequi quod debemus procedere a singularibus ad vniuersalia: hic vero, vt videbimus statim cap. 4. dicit quod demonstratio simpliciter non est nisi ex vniuersalibus. Respondetur tamen, quod illic solum dicit, quod in acquisitione scientiarum debemus procedere prius ex principijs vniuersalioribus (sicut prius de re visa formamus, hoc ens, quam hoc animal, aut hic homo) vt prius in genere debemus tractare de ente naturali, & de materia & forma in communi, & de motu in communi, quae sunt notiora, quam de ceteris in particulari, aut de anima, aut de generatione, & c. sed tamen cum hoc stat, quod omnis scientia debet tractare de rebus abstractando a conditionibus singularibus: nam tractat de rebus vt sunt perpetuae. Et hoc est quod dicit hic: videlicet quod omnis demonstratio debet procedere ex vniuersalibus. Quare sensus non facit demonstrationes nec habet scientias: sed solus intellectus cuius est abstractere a singularibus. **¶** At tertium est hic maius dubium, Si omnis demonstratio, vt proxime dixerat Aristoteles, debet procedere ex causis, vt quid ingreditur terminum de prioribus quo ad nos? nam priora quo ad nos sunt effectus: vt eclipsis lunae quam nos sentiamus est effectus interpositionis terrae: quare ex prioribus quo ad nos nulla potest fieri demonstratio. Respondetur, quod hic incipit inquirere Aristoteles, diuisionem demonstrationis

propter quid & quia est, quam cap. 1 o. tex. 3 o. est explicaturus. **¶** Vbi adnotandum est, quod causa duplex est. Alia est causa rei, puta vt res sit: alia est causa veritatis, puta causa assensus conclusionis. Et differt hoc modo inter demonstrationem propter quid, & quia est, quod in demonstratione propter quid, causa veritatis conclusionis: iuxta illud, 2. Meta. tex. 4. eadem est causa efficiendi & cognoscendi: sed in demonstratione, quia causa cognoscendi, scilicet, causa veritatis conclusionis, non sunt causae rei quo ad esse: sed potius effectus. Et ideo omnis demonstratio procedit quidem ex prioribus. **¶** In demonstratione propter quid, ex prioribus quo ad naturam: & demonstratio quia est, ex prioribus quo ad nos. Item omnis demonstratio procedit ex causis cognoscendi, id est, ex causis productiuis assensus conclusionis. Sed tamen non omnis procedit ex causis efficiendi: sed sola demonstratio propter quid, vt si dicas, omne animal respirans habet pulmonem: homo est animal respirans: ergo praemissa sunt causae assensus conclusionis, sed tamen respirare non est causa, sed effectus pulmonis. Quamobrem demonstratio, quia non facit simpliciter scire: quia non reddit causam rei quod requiritur ad simpliciter cognoscendum rem. **¶** Hoc postea dilatabit inferius Aristoteles, manifestans, quod demonstratio propter quid potest procedere ex genere causa efficiens formalis & finalis. **¶** Quartum dubium est circa id quod ait Aristoteles, scilicet, quod priora quo ad naturam & priora quo ad nos opponuntur. Primo quia non videtur qua oppositio ne opponantur. Et propterea quia Comentator. 1. Physic. com. 2. ait, quod in mathematicis eadem sunt priora quo ad naturam & priora nobis in naturalibus opponuntur relative: sicut causa efficiens & effectus: nam effectus sunt prioriores nobis, & causa prioriores naturae. Sed tamen quia Mathematica scientia abstractum, non solum a singularibus sicut reliquae scientiae: sed a materia sensibili (in quo differunt a scientiis naturalibus) tractant enim non de triangulo aut circulo lapidis vel argenti vel ligni: sed de triangulo, abstractando a quacunque materia vnde fit, vt in illis non distinguitur prius quo ad nos, & quo ad naturam: (nam priora quo ad nos sunt sensibilia) sed causa formalis per quas demonstrant Mathematici sunt prioriores naturae & etiam in cognitione nostra. Prius enim suapte natura intellectu percipimus, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam duci, deinde lineam recte cadentem super lineam rectam angulos vtrinque aequales constituere, & ita consequenter ordine ipso natura procedit etiam cognitio nostra. **¶** At vero quia principia prima non videntur esse principia propria rei, cum tamen demonstratio debeat procedere ex proprijs, hoc saluat statim Aristoteles, dicens, quod principium primum est principium proprium. **¶** Sed arguitur hoc esse falsum. Dicens enim primum principium intrinsecum, demonstrationis illud in quo prima passio affirmatur de definitione: vt omne animal rationale est discursiuum: vnde deuenit quod prius cognoscatur causam quam effectum & inde quod sit admiratum, & inde tandem quod sit risibile. Vbi apparet, quod illud principium quod est primum immediatum, est remotum respectu vltimae passionis, puta risibilitatis, ergo videtur quod non sit propria causa illius, nam idem videtur esse causa propria, & causa proxima est. Rursum tamen Aristoteles, quod principium immediatum quantum quoniam sit remotum respectu secundae vel tertiae passionis, nihilominus est proprium principium eius, nam vt ipse docet secundo Metaph. tex. 6. quod est primum in vnaquaque re, est posterorum propria causa. Vt in genere

Dubium. 4.

Primum principium.

Principium immediatum.



in genere calidiorum ignis calefacit ferrum: & ferrum, aqua: & aqua, manum: caloris ergo manus, ignis est pro...

Dubium, 5.

Quinta particula.

Propositio immediata.

mirationum: ergo. Et pariter ubi definitio predicatur de individuo est mediata: quia Petrus non est animal rationale nisi quia est homo: & ideo, Petrus est animal rationale, demonstratur per medium, homo, scilicet omnis homo est animal rationale, Petrus est homo, ergo.

Enuntiatio.

Propositio dialectica.

Demonstratio.

Et pro-

Et propositio (inquit) differendi, id est, dialectica est que utraque partem accipit, id est, indifferenter affirmatiuam vel negatiuam, veram vel falsam, dummodo sit probabilis. Demonstratiua vero est illa solum que determinate est vera: nam ex duabus contradictorijs necesse est alteram esse veram.

Cotradictio

6. Particula

Dignitas.

Positio.

natura sua, sed nobis etiam sunt per se nota: quia termini eorum sunt omnibus noti. Exempli gratia. Hanc propositio, quodlibet est vel non est, est per se nota ex natura suarum esse aut non esse immediate conuenit cuiusque rei: & est per se nota nobis: quia termini, id est, extrema illius propositionis sunt omnibus notissima: quod enim primo de vnaquaque re cognoscimus: est esse aut non esse, & ideo hanc appellatur dignitas: quia digna est cui apprehensae omnes ita ut ex terminis assentiant sine doctore.

7. Particula

Ex notiori

specie. In septima ex postrema particula huius capituli

Posteriorum Primus.

(Com autem credere. &c.) Aristo. tandem probat quartam particulam definitionis, ex notioribus. Et artificiosè intèdit duas probationes: probat enim præmissas esse notiores conclusionem: primo, quia sunt causæ: secundo: quia sunt priores. Ait enim, quod si rem, id est, conclusio nem scimus propter demonstrationem, hæc vero est: quia sunt ea ex quibus extruitur. hoc est. Demonstratio vero eo est scientiam generans, quia præmissæ ex quibus procedit sunt veræ, necesse est, nõ solum illas præmissas esse notas in veritate verum esse notiores quam sit conclusio. Nam semper (inquit) illud est magis tale propter quod vnumquodque aliud est tale. Velut si propter Deum diligimus proximum, Deum certe magis diligimus quam proximum. ¶ Secundo illic (fieri autem. &c.) probat præmissas esse notiores conclusionem, eo quod sunt prius cognitæ. Et ratio est hæc. Ea quæ homo antea sciuit, necesse est melius credat & assentiat quam ea quæ antea non sciuit: sed præmissas antea sciuit quam conclusionem: ergo notiores sunt præmissæ quam conclusio. At quia poterat quis objicere præmissas non proprie sciri (nam assensus præmissarum non vocatur scientia sed intellectus) ideo, insinuans, quod ille assensus est melior dispositio quam si esset scientia, format sic rationem, fieri non potest vt ea quicquid magis credat quæ antea nesciuit, & circa quæ neque habuit scientiam neque intellectum (qualis est conclusio) quam ea quorum habuit scientiam vel intellectum (quales sunt præmissæ. &c.) Et nequis rursus objiceret: quod non omnes præmissas scimus ante conclusionem (nam superiori capite tex. 3. dixerat quod solum maiorem scimus ante conclusionem minorem vero simul) propter ea restringit se videlicet, quod necesse est vel omnes vel saltem aliquam præmissam esse notio-rem conclusionem: insinuans forte quod minor non semper est notior. Scienti namque omnem triangulum haberet res angulos æquales duobus rectis, non est necesse vt potius sit hunc triangulum esse triangulum, quam eum habere tres angulos, &c. At vero quomodo intelligatur præmissas esse notiores conclusionem, questione secunda expressius disputabitur. ¶ Concludit demum, quod ei qui per demonstrationem scientiam est habiturus, necesse est non solum præmissas esse magis notas conclusionem, verum nihil esse certius quàm quod opposita illarum sint falsa: nam qui dubitat de contradictorio alicuius propositionis, nequit de tali propositione esse certus.

Quod nõ omnium sit demonstratio. Cap. I I I.

Text. vj.

Sunt autem, quibus propterea quod ipsa quoque principia scientia tenere oportet, non videtur esse scientia: sunt etiam, quibus esse quidem videtur, demonstrationes tamen omnium esse: quorum neutrum sane verum, aut necessarium est. Qui namque scientiam omnino nõ esse ponunt, ij ascendendum esse in infinitum censent propterea quod posteriora non sciuntur ob ea priora, quorum primo non sunt: recte quidem

dicentes. Fieri enim nõ potest, vt infinita quisquam pertranseat. Quod si statueretur, ac principia sunt, hæc incognita dicuntur esse, cum ipsorum non sit demonstratio: quod quidem solum in quibus esse scire. Quod si fieri non potest, vt prima sciuntur, neque fieri posse dicunt, vt ea quæ proficiuntur ex illis sciuntur simpliciter, proprie: sed ex suppositione duntaxat, nempe si illa sint. At secundi de modo quidè sciendi cum sentiunt: per demonstrationem enim solum esse scientiam dicunt, verum omnium demonstrationem esse nil inquit prohibere. Fieri enim potest, vt demonstratio circuli modo versetur omniaque mutuo demonstrantur. ¶ Nos autem dicimus, nec omnem scientiam esse demonstratam: sed eorum quæ medijs vacant, in demonstrabilem esse, quod quidem necessarium esse patet. Nam si necessarium est vt priora sciuntur, & ea ex quibus conficitur demonstratio: statueretur autem tandem in hisce quæ vacant medijs, hæc in demonstrabilia necesse est esse. Hoc igitur ita sese habere dicimus, & non solum scientiam, sed & principium scientiæ quoddam esse asserimus, quo terminos ipsos cognoscimus. ¶ Et etiam patere dicimus, fieri non posse, vt circuli modo demonstratio simpliciter conuertatur, si demonstrationem ex prioribus oportet ac notioribus esse. Fieri enim nequit vt eisdè eadem simul priora sint, atque posteriora, nisi altero modo: veluti si alia nostra ex parte alia simpliciter dicatur: quo quidem modo facit inductio notum. Quoniam si ita sit, non bene est ipsum simpliciter, scire, definitum sed est sane duplex. An altera demonstratio ex hisce quæ nobis sunt notiora, quæ sit simpliciter, demonstratio non est? ¶ Euenit autem hisce qui dicunt demonstrationem circulo versari, non solum id quod nunc est dictum: sed etiam nihil aliud vt dicant, quam si hoc est, hoc est, hoc vero pacto facile est omnia demonstrare. Atque patet, id ipsum accidere tribus positis terminis. Siue enim per multos, siue per paucos redire dicatur, nihil profecto refert per pauciores autem quam duos. Nam quando cum. a. sit, est necessario. b. & b. cum sit, est necessario. c. tunc cum. a. sit, necessario. c. ipsum erit, si igitur cum. a. sit, necesse est. b. & cum. b. sit, necesse est esse. a. hoc enim erat circuli modo versari. Ponatur. a. in loco, quo ipsum est. c. Dicere igitur cum. b. sit. a. ipsum esse nihil aliud est, quam dicere cum. b. sit. c. ipsum esse. Id autem nihil aliud est, quam dicere cum. a. sit. c. ipsum esse. At idem est. c. & a. quare sit, vt hi qui censent orbis modo demonstrationem versari, nihil aliud dicant, quàm cum

a. sit. a.

a. sit. a. sit ipsum esse. Hoc vero pacto facile demonstrare est omnia. ¶ At vero nec id ipsum fieri potest, nisi in hisce quæ mutuo se sequuntur, qualia sunt ipsa propria. Demonstratum est igitur prius, vno quidem posito nunquam necessario aliquid aliud esse: vno inquam, aut termino, aut positione vna: e duabus autem positionibus primis, ac minimis fieri posse, si quidè & ratiocinari contingit: Si igitur. a. & b. & c. mutuo se sequantur: sic tantum fieri potest, vt ostendantur ex sese mutuo cuncta, quæ in prima ratiocinationis figura postulata sunt, vt in libro de syllogismo ostendimus: quo loco etiam patuit cæteris in figuris aut ratiocinationem hæc non fieri, aut hisce quæ sunt sumpta non fieri. Ea vero, quæ prædicationem non suscipiunt mutuo, fieri non potest vt mutuo demonstrantur. Quare cum in demonstrationibus pauca talia sint, constat vanum esse ac impossibile, demonstrationem esse censere, atque ob id ipsum posse demonstrationem omnium esse.

IN capite hoc tertio,

qui sextus est textus Aristo. extirpat duos errores Philosophorum quos ex definitione demonstrationis concipiebant. Ex illa namque determinata veritate oportet principia ante conclusionem cognoscere & quod nulla est scientia nisi præmissæ ad prima vique principia resoluantur, quidam eliciebant nullam esse possibilem scientiam: alij vero concedentes possibilem esse scientiam, in ferebant contingere circulariter demonstrari. puta. a. conclusionem, per. b. & b. rursus per. a. Atqui ambo isti errores ex vno communi falsoque fundamento pullulabant: videlicet quod nihil contingit scire neque euidetur cognoscere nisi per demonstrationem. ¶ Continet ergo hoc capitulum particulas quinque. In prima explicat errores istorum. Ait enim, quod negantes scientiam esse, hac ratione mouentur. Ant principia demonstrationis procedant in infinitum, ita vt posteriora demonstrantur per priora & illa per alia priora. & c. & inde recte colligebant, inquit Aristoteles. nihil posse sciri: nam tunc non daretur aliquod primum principium vnde scientia inciperet: & cum infinita nõ sit possibile scire, tunc nullum principium scire tur: quia posteriora nõ sciuntur nisi scitis prioribus. Aut nõ procedunt in infinitum, sed deueniunt ad prima principia: & tunc si illa sunt prima, non habent priorem demonstrationem: & per consequens non sciuntur, quia nihil putabant sciri posse nisi per demonstrationem. Quod si prima non sciuntur, tunc nec posteriora simpliciter sciuntur sed sciuntur solum ex suppositione. Explicui mus enim superius, quod licet quis sciat conditionaliter quod si terra interponitur inter Solem & lunam eclipsatur, non scit simpliciter Lunam eclipsari, nisi cum hoc simpliciter sciat terram posse interponi. ¶ Secundi vero philosophi hoc mouebantur paralogismo. Censebant enim: & scientiam esse possibilem, & nihil posse sciri nisi per demonstrationem: vnde inferebant omnium principiorum esse demonstrationem: si enim. a. scitur per. b. necesse est scire. b. & per consequens illius esse demonstrationem. At vero, vt processum euiterent in infinitum, dicebant,

quod. a. demonstratur per. b. & b. forsitan per. c. sed. c. rursus per. b. & b. per. a. quod est circulariter demonstrare. ¶ In secunda particula textus. (Nos autem dicimus) euellit Aristoteles primum fundamentum, videlicet, quod nihil contingit scire nisi per demonstrationem: asserens aliquid esse prima principia immediata & in demonstrabilia. Quare licet præmissæ demonstrabiles resoluantur in alias priores, & illæ forte in alias: standum tamen est in primis quas scimus, non per demonstrationem, sed statim cognitis terminis. Appellat hic Aristo, scientiam generaliter, euidentem cognitionem: siue fiat per demonstrationem (quæ proprie est scientia) siue statim per apprehensionem terminorum (quæ cognitio dicitur intellectus) vt est cognitio huius, quod libet est vel non est: aut huius, omne totum est manus sua parte, quam dicit Aristo. non esse scientiam sed propriam scientiam, id est, aliquid altius quam scientia. Et hæc inquit cognoscimus eo, quod terminos cognoscimus (quod Boetius vertit, in quantum terminos cognoscimus.) Et ita euiterat processum in infinitum, & saluatur scientiam esse. Et hæc est definitio propositionis per se nota. Est namque propositio cuius assensus ex sola notitia terminorum producit. In tertia particula. (Et etiam patere dicimus) incipit reprobare errorem secundum: puta quod sit possibile circularis demonstratio. Et demonstrat hunc esse errorem tribus rationibus: quarum prima sumitur ex eo quod demonstratio procedit ex prioribus ac notioribus conclusionem. Ait enim, quod si datur demonstratio circularis tunc idem esse prius & posterius alio: nã si. a. demonstraretur per. b. b. est prius: & si. b. demonstratur per. a. b. etiam est posterius. At quia posset quis ex superioribus respondere non esse inconueniens, vt idem sit prius quo ad nos & posterius quoad naturam, sicut singularia per quæ sit inductio sunt priora nobis & posteriora naturæ: excludit hanc responsionem, dicens, quod si hæc demonstratio quæ procedit ex prioribus nobis faceret scire, tunc non bene supra definitum esset scire, vbi dictum est scire esse rem per causas cognoscere: nam talis demonstratio nõ procedit ex causis, sed ex effectu. Quo circa dicendum esset duplex esse scire, scilicet aliud per causam & aliud per effectum: quod tamen est falsum: nã scire ab effectu non est scire. Cognoscere enim per sensum; quod ignis calefacit non est scientia sed experientia: quia non sciuntur per definitionem ignis. Concludit ergo, quod demonstratio quæ procedit ex prioribus quo ad nos, non est simpliciter demonstratio. Et concluditur interroganter per particulam, an, quæ æquiualeat negationi. Loco de ly an, substituit, at, eritque contextus per spiciatur. Hinc infert Sanct. Thomas, quod in syllogismo dialectico nihil verat quin detur circulus in diuersis generibus causarum: quia syllogismus dialecticus, cum non semper faciat scire, non est necesse vt procedat semper ex causis. ¶ In quarta particula. (Euenit autem) format secundam rationem. Ait enim perinde esse circulariter demonstrare ac si quis demonstraret idem per idem, scilicet, hoc est, quia hoc est: quo pacto facile, inquit, esset omnia demonstrare. Et hoc inquit patere potest in tribus terminis. Nihil enim refert per plures an per paucos redire dicatur, id est, circulus fiat, quod Boetius vertit, reflectere. ¶ Ad intelligentiam huius textus, qui obscurus est, demus circulum fieri, in tribus his terminis. a. b. c. Vt quia. a. est. b. est, & quia. b. est, c. est: vnde directe sequitur de primo ad vltimum, quia. a. est. c. est, vt infert Aristote. ponitur enim in textu, cum, & secundum Boetium, si, pro quia: tunc si datur circularis demonstratio demonstratur circulariter. b. per. c. & a. per. b. scilicet

Secunda particula.

Propositio per se nota. Tertia particula.

Quarta particula.

Circulus.

scilicet quia. c. est. b. est, & quia. b. est. a. est. Et de primo ad ultimum circulariter, quia. c. est. a. est. Eadem ratione incipiendo. a. b. sequitur, quia. b. est. c. est, & quia. c. est. a. est. vt modo inferabatur: ergo quia. b. est. a. est: & per consequens primus circulus trium terminorum reductus est ad duos. Quia. a. est. b. est: & quia. b. est. a. est: & hoc est quod dicit Aristot. ponatur. a. in loco quo ipsum. c. est. id est loco. c. quod est dicere sicut prius inferabatur: quia. b. est. c. est, inferatur quia. b. est. a. est. Rursus eadem arte sequitur de primo ad ultimum, quia. a. est. b. est, quia. b. est. a. est: ergo quia. a. est. a. est: nam sicut in tribus terminis sequebatur quia. a. est. b. est, & quia. b. est. c. est, ergo quia. a. est. c. est: ita (postquam. a. ponitur loco de. y. c.) pariter sequitur, quia. a. est. b. est, & quia. b. est. a. est: ergo quia. a. est. a. est. Atque adeo tandem circulus redacitur ad idem vel idem: quod erat intentum Aristot. At qui propterea præmiserat, qd nihil refert siue per multos siue per paucos terminos redire circulus dicatur: etiam per pauciores qd duos: puta per vnum. In versione Boetij habetur, per paucos aut per duos, & quoniam littera Græca vttranque translationem admittat, tamen hæc Argyropyli significantius explicat mentem Aristot. ¶ In quinta & postrema particula. (At vero) subiungitur tertia ratio, quæ talis est. Admittentes circulum in demonstrationibus eo id opinantur, vt saluent omnia posse demonstrari: & ideo debent consequenter dicere, qd cuiuscunque demonstrationis possumus ambæ præmissæ demonstrari per circulum: hoc tamen est falsum: primo solum in primo modo primæ figuræ potest esse circularis demonstratio: & adhuc vbi medium & ambæ extremitates sunt tres termini conuertibiles: ergo vana est istorum opinio. Ad manifestationem minoris supponit Aristot. ex libris Priorum qd demonstratio sicut omnis syllogismus, non procedit ex vna sola propositione aut vno solo termino, sed ex tribus terminis duas propositiones componentibus. Supponit secundo (quod. 5. lib. Summu. late monstratum est) qd circularis syllogismus tunc sic, quando ex conclusione & altera præmissarum, aut eius conuertente, inferatur altera præmissa. Vt data ista demonstratione, omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis: hæc conclusio & minore simpliciter conuersa inferatur circulariter maior hoc modo, omnis homo est risibilis: omne animal rationale est homo: ergo omne animal rationale est risibile. Et ex maiori simpliciter conuersa & conclusione, inferatur circulariter minor hoc modo: omne risibile est animal rationale: omnis homo est risibilis: ergo omnis homo est animal rationale. Vnde vt in prioribus Aristot. ostendit, in secunda & tertia figura fieri nequit, vt per circulum vtraque præmissa demonstratur ex sola conclusione & altera præmissa: quod hic Aristot. inquit, ex his quæ sunt sumpta. Et ratio est, quia in secunda figura conclusio & per consequens altera præmissarum est negatio: ex illis ergo negatiuis non poterit concludi affirmatiua præmissa: nam ex duabus negatiuis nihil sequitur. Et in tertia figura conclusio semper est particularis, & aliqua saltem præmissarum vniuersalis: ob idque præmissa vniuersalis nunquam syllogizabitur ex conclusione particulari: quia a non distributo ad distributum non valet syllogismus. Et eadem ratione currunt in modis negatiuis & modis particularibus primæ figuræ. Colligitur ergo, & in solo primo modo primæ figuræ potest vtraque præmissa circulariter demonstrari: propterea qd conclusio est vniuersalis affirmatiua. Sed tamen in solo terminis conuertibilibus: alias si minor extremitas est inferior ad medium, minor vniuersalis non conuertetur

simpliciter: quod requiritur ad inferendum maiore. Et si maior extremitas esset superior ad medium, maior non conuertetur simpliciter: quod requiritur ad inferendum minorem. Vt si præmissæ essent istæ, omne animal est substantia: & omnis homo est animal, minor non inferret hanc conuertentem, omne animal est homo: nec maior, hanc omnis substantia est animal. Sequitur ergo falsum esse omnem præmissam cuiusque demonstrationis, posse circulariter demonstrari.

Quæstio secunda.
Vtrum sciëntia & demonstratio recte sint ab Aristot. definitæ.



Parte negatiua arguitur

tur primo contra definitionem, scire, positam in. 5. text. Definitio illa non constituitur ex genere & differentia, ergo non est bona. Probatur antecedens. Genus scientiæ est habitus: & non actualis cognitio (habitus enim est a quo homo dicitur sciens, etiam si dormiat: assensus vero actualis non dicitur scientia, sed consideratio, vt infra videbitur) ergo dicendum fuisset, scire, seu scientia est habitus, potius quàm scire est cognoscere. Item habitus scientiæ differt ab opinione, eo qd est certus, & a fide, eo qd est clarus & euidens: ergo loco differentiæ deberet poni in definitione qd esset habitus certus & euidens. ¶ Et confir. Stat quæpiam cognoscere rem aliquam omnemque eius causas sola ratione probabili vel autoritate alterius: & tam tunc nō sciet rem illam: sed habeat aut opinionem tantum, aut si dem: ergo non satis est ad scientiam cognoscere rem per causas: cuius contrarium asseuerat Arist. ¶ Secundo principaliter arguitur contra eandem definitionem. Demonstratio alia est propter quid, & alia, quia, vt infra tex. 3. autor est Arist. sed omnis demonstratio facit scire, vt in prima hic definitione demonstrationis habetur: ergo quæ scimus per demonstrationem, quia, simpliciter scimus, illud autem non scimus per causam, sed per effectum: ergo non tantum id simpliciter scimus cuius causas nouimus: aut Arist. sibi ipsi repugnat. Et confir. Deus est maximè scibilis: cum sit summa & prima veritas: cuius scientiam saltem habent beati, secundum illud. 1. Ioann. 3. Cum apparuerit, similes ei erimus: videbimus enim sicuti est: & tamen Deus sicut non habet causam essendi, ita nec suæ veritatis: ergo non omnis scientia est cognitio rei per causas. ¶ Tertio contra tertiam particulam definitionis arguitur. Scientiæ naturales, rationales, & morales sunt propriæ & simpliciter scientiæ, & tamen non vbi que procedunt ex causis necessarijs, & immutabiliter eodem habentibus effectus, ergo tertia particula. f. non conuenit aliter se habere, nō erat necessaria. Maior est a philosophis recepta, & probatur minor. Vere scientia naturalis est, qd homo est bipes, duos habens oculos duasque manus cum decem digitis. & c. tamen quandoque nascuntur monstra aut huiusmodi membris trunca, aut membris aliter se habentibus. ¶ Quarto principaliter arguitur contra illam quam quidam ceferunt secundam esse definitionem, scire. f. Scire est per demonstrationem intelligere. Deus habet propriissimè scientiam omnium rerum, quæ tamen non acquisiuit per demonstrationem, quippe qui sua essentia est sua scientia, item angeli, cum non sint rationales, non discurrunt, nec ad scientias conclusionum

per is

per intellectum præmissarum procedunt: sed simplici intellectu intelligunt, & rem & eius causas: ob idque dicuntur substantiæ intellectuales: vt. 1. p. q. 5. art. 3. ait S. Thom. & tamen cognitio eorum est verè scientia, altior multo quam nostra. ergo nō omnis scientia fit per demonstrationem. ¶ Quinto principaliter arguitur contra id quod ait Arist. f. Quod non est, non scitur. Deus scit ea quæ nō sunt: nam vocat ea quæ non sunt tanquam ea quæ sunt. Rom. 4. ergo saltem à Deo quod non est scitur. ¶ Sexto arguitur contra definitionem. i. primi principij seu propositionis immediatæ in qua habetur propositio inmediate esse illam qua nō est altera prior. Omnis illa propositio, vt super textum explicuimus, in qua prima propria passio prædicatur de definitione est immediata, cum omnistalis crearet medio quo demonstraretur: & tamen in ter huiusmodi immediatas propositiones vna est prior alia: prior enim est illa quæ est euidens: & manifestum est qd hæc omne totum est maius sua parte, sit euidens est qd omne animal rationale sit disciplinabile: & euidens est, quodlibet esse vel nō esse, quàm omne totum esse maius sua parte: postquam est principium omnium per se notissimum: ergo stat aliquam propositionem esse immediatam, qua tamen sit altera prior. ¶ Et confir. omnis propositio in qua definitio prædicatur de definito est immediata: quippe cum eius prædicatum sit de intrinseca ratione subiecti: & tamen inter illas vna est alia prior: nã definitio quæ datur per causas materiales demonstratur per illam quæ datur per causam finalem, vt Aristot. docet lib. 2. text. 8. ergo idem intentum. ¶ Septimo principaliter arguitur contra illud verbum in tertia particula tex. 5. f. qd nemo scit conclusionem non habens scientiam præmissarum per resolutionem vsque ad prima principia. Multæ sunt demonstrationes quæ non pnt resolui vsque ad prima principia per se nota. Non enim apparet modus quo iste præmissæ, omne animal rationale est risibile, & omnis homo est animal rationale, resoluantur ad illud primum principium, quodlibet est vel non est, ergo aut scientia conclusionis non est possibilis, aut sine huiusmodi resolutione haberi potest. ¶ Et confir. Theologia nostra est scientia, vt auctor est S. Tho. 1. p. q. 1. ar. 2. tamen non resoluitur ad prima principia per se nota, proeedit enim ex articulis fidei quos, vt ait Apostolus non clarè, sed in ænigmate cognoscimus: ergo vt aliquis habitus sit scientia non necesse habet in per se nota principia resolui. ¶ Octauo principaliter arguitur contra illud dictum in calce. text. 5. f. qd oportet magis credere præmissis quàm conclusioni. Omnis causa naturalis producit effectum sibi æqualem, cum agat secundum vltimum potentiam, vt ignis generat ignem: sed assensus præmissarum sunt causæ naturales respectu assensus conclusionis: ergo generant assensum sibi æqualem in certitudine & claritate & per consequens æqualiter cognoscuntur conclusio & præmissæ. ¶ Et confir. si oporteret magis aut perfectius assentiri præmissis quam conclusioni, id præsertim esset propter illam regulam Arist. Propter quod vnum quodque est & illud magis: sed illa est falsa, & quæ in quocunque genere causarum patitur instantiam: ergo pariter potest in proposito esse falsa. Probatur minor primo in genere causæ finalis, vbi præcipuum habet apparentiam. Non sequitur, sanguis minuitur propter sanitatem: ergo sanitas magis minuitur. Secundo in genere causæ efficientis nō sequitur: Dominicus est homo propter solem & propter Paulum: (nam sol & homo generant hominem. 2. Physi. tex. 2. 6.) Ergo sol, aut Paulus est magis homo. Tertio in genere causæ materialis sequitur: Nix est subiectum albedinis propter quantitatem: ergo quantitas est magis,

aut perfectius subiectum. Nec denique sequitur in genere causæ formalis, Nix est alba propter albedinem: ergo albedo est magis alba. ¶ Nono principaliter arguitur contra definitionem propositionis per se notæ, quæ habetur in text. 6. f. propositio per se nota est quæ solis terminis cognitio cognoscitur. Etenim aut intelligitur de terminis qui sunt notitiæ intuitiua, aut de notitijs abstractiuis. Si de intuitiuis, tunc sequitur has propositiones, Dominicus dicitur, Petrus scribit, esse per se notas: nam habenti notitijs intuitiuis mei loquentis: & Petri scribitis sunt manifestæ: quod tamen est falsum, cum prædicata non conueniant per se subiectis: quia non sunt de intrinseca eorum ratione. Si vero intelligatur de notitijs abstractiuis: tunc aut intelligitur de notitijs confusa quæ est definitum, aut de distincta quæ est definitio. Si primum, tunc sequitur qd hæc propositio, homo est rationalis, non est per se nota: cum illa non fiat euidens ex illa notitia subiecti confusa: sed demonstratur per eius definitionem: & tamen qd illa sit per se nota apparet ex eo, qd prædicatum est de intrinseca ratione subiecti quod sufficit ad propositionem per se notam, vt tradit S. Tho. 1. p. q. 2. ar. 1. Si vero intelligatur de notitijs distinctis quæ est definitio, tunc sequitur qd omnis propositio demonstrabilis est per se nota: quod intulit repugnantiam. Et sequela probatur: nam hæc, omnis homo est disciplinabilis, habita definitione subiecti est per se nota: est enim per se notum omne animal rationale esse disciplinabile, saltem si illa sit prima propria passio. ¶ Decimo contra vltimum membrum capitis tertij arguitur, qd datur demonstratio circularis. Primi philosophi ab effectu demonstrationis causam, vt visa eclipsi inuestigarunt causam: cooperunt enim admirari & inde philosophari. 1. Meta. cap. 2. & postmodum inuentis causis tradiderunt scientias contrario modo. Sed ex causis demonstrando effectus: ergo. Quod si dicatur huiusmodi circulum non esse negatum ab Aristotele, arguitur qd etiam in causis possit esse circularis demonstratio: nam deambulatorum est causa efficiens sanitatis, & sanitas causa finalis deambulationis. 2. Physi. tex. 30. ergo vtrunque per alterutrum demonstratur. Quod si quis rursus dicat in diuersis generibus causarum non esse prohibitam circulearem demonstrationem, arguitur demum qd in eodem genere causa datur demonstratio circularis. Vapor est materialis causa ex qua generatur pluuia: & pluuia vice versa est causa itidem materialis ex qua generatur vapor, vt Aristot. secundo huiusmodi concedit: ergo potest ex illis fieri circularis demonstratio hoc modo, Quotiescunque est vaporum abundantia, pluuia sunt frequentiores, sed in hyeme est vaporum abundantia, ergo & pluuia: & circulariter sequitur, in hyeme sunt pluuia frequentiores: ergo & vapores. ¶ Pro parte affirmatiua quæstionis militat autoritas Aristot.

Ad quæstionem propter autoritatem Aristotel. affirmatiue respondetur. Vnde circa materiam primi argumenti notandum est primo, quod quoniam vulgari consuetudine receptum sit (vt lib. 1. retrac. c. 14. meminit Augusti.) id nos dici scire, quod alio rum testimonio dicimus, licet sola id fide humana aut opinione teneamus, sicut scimus bellum Africanum aut Troianum fuisse: tamen inter philosophos, qui iuxta nominis proprietatem loquuntur, illud solum dicimus scire, vt illic ipse testatur, quod mentis firma ratione comprehendimus, videlicet quod intellectus manifesta visione intuetur. Vt scientia generali nomine idem sit, quod euidētia: siue illa habeatur per sensum siue per intellectum. Quocirca non debemus, vt multi faciunt, acceptionis Logi. Do. Sor. M scientiæ

Scire. 4. mo-
do.

1. Modo.

2. Modo.

3. Passio.

4. Modo.

sciētiæ ad libitum multiplicare. At secundum hunc vsum
sapientum quatuor modis accipit si res seu quatuor sunt
gradus scientiæ & euidentiæ secundum quatuor ordines
rei scilicet. Scire primo modo accipitur cōmuniter pro
experientia rerum mere contingentium quæ in prospe-
ctu nro contingunt: vt dicimus scire homines disputare
quos audiuimus: & hominem sedere quem videmus. Et
hæc quanuis dicatur quodammodo scientia, quia est eui-
dentia: tamen non proprie, sed communiter est scientia:
quia est rerum contingentium proflus variabilium & nul-
lam habentium certitudinem: sed vocatur proprio nomi-
ne experientia. Secundo modo accipitur proprie proco-
gnitione naturalium aut moralium rerū, quæ plurimum
& regulariter eodē mō se habent: vt dicimus scire, in ve-
re & autumno tonitrua esse, flante Austro pluuiam suble-
ui: & alia id genus multa in medicina & in philosophia
moralī. Et hæc proprie est scientia: licet non sit ita certa
nec euidēs sicut scientiæ mathematicæ. Tertio modo ac-
cipitur sciētia magis proprie pro cognitiōe eorum, quæ
cum simpliciter necessaria, semper immutabiliter vno
modo se habent. Hæc autem sunt in duplici differen-
tia, nam alia sunt immediata principia: nempe quæ non
habent priores causas per quas demonstrantur, vt sunt
prima principia: puta, quodlibet est vel non est, omne to-
tum est maius sua parte, omne animal rationale esse disci-
plinabile: quam deinceps supponamus esse primam in-
ter proprias passiones hominis. Alia vero sunt simplici-
ter necessaria, quæ habent causas ex quibus eorum cog-
nitio procedit. Et hæc cognitio est quarto modo & pro-
prijissime scientia, vt asserit Arist. Et ratio huius est, quia
veritas rei idem est quod esse rei: vnde sicut res se habet
ad esse, ita & ad veritatem. Metaph. text. 4. & ideo quod
est causa alterius, vt sit, est etiam causa, et verum sit: cum
ergo scire sit veritatem rei perfecte cognoscere, non potest
res scribi, nisi cognoscatur causa illius quæ sunt cau-
sæ veritatis. Epimæro sicut non potest quis scire verum
ne aurum sit, an falsum, nisi cognoscendo, an constat ex
proprijs principijs aurum, ita in vniuersum nullius rei veri-
tatem plenè cognoscimus, quod est scire rem, nisi scia-
mus illam resoluerè ad prima principia ex quibus iudi-
cium rei sumitur. Quam ob rem philosophi videntes re-
rum effectus, cœperunt causas perscrutari, & inde dicti
sunt philosophi, & scelices habebantur qui rerum pote-
rant cognoscere causas. Quo fit vt cognitio principio-
rum non ponatur in tertio gradu, propterea quod sit infē-
rior cognitio quæ quartus gradus, (imo est præstantior di-
spositio, vt habetur in textu) sed ponitur in tertio, quia
non vocatur proprijsime scientia, sed intellectus. Cogni-
tio enim principiorum, quia est simplicissimus & primus
actus intellectus, fortitur nomen ipsius potentie. Secundo
notandum est, quod Arist. non anxie curat, præsertim
in Diactica, res per definitiones quidditativas defini-
re, sed scilicet habet, per quid nominis exemplis vsuque philo-
sophorum explicare. Qua de re sunt qui existimant in
descriptione Aristotelis supplenda esse alia verba, vt cō-
pleta sit definitio scientiæ. Quod sit cognitio complexa, cer-
ta, & euidens. Crediderim tamen non opus esse supple-
mento, sed sola expositiōe verborum Aristotelis. Etenim
ad ipsum est rem cognoscere per causam, quod rei veri-
tatem certo & euidenter iudicare. Qui enim solum ha-
bet notitiam apprehensiuam huius quod est. Papam dor-
mire, non dicitur veritatem cognoscere. Et qui opinatur
quantitate distingui à re quanta, aut credit Deum esse
Trinum, cognoscit quidem aliquo modo veritatem, nō
tamen per causam, sed ratione probabili vel authorita-
te. Cognoscere nanque rem per causam est habere iudi-

cium rei ex proprijs principijs, quæ mediante lumine na-
turali intellectum conuincunt per resolutionem vsque
ad inanimatissima principia. Quod patet in verbo Arist.
vbi ait, quod non sciet qui non habet horum. i. præmissa-
rum, demonstrationem. At qui cognoscere non solum di-
citur quia actu rem cōsiderat, sed proprius qui habet ha-
bitum, nam sapiens, etiam dum nihil considerat, cen-
setur diciturque res cognoscere. Colligitur ergo definitio
scientiæ, quæ est velut expositio descriptionis Arist.
Scientia est habitus verus, certus & euidens, ex proprijs
rei causis genitus. Vbi ponitur, habitus, loco generis, nā
assensus actualis non dicitur scientia, sed cōsideratio sciē-
tiæ. Dicitur, verus, ad differentiā erroris, quia quod non
est non scitur. Dicitur, certus ad differentiā opinio-
nis, qui est habitus cum formidine. Dicitur, euidens, ad
differentiam fidei, quæ est habitus obscurus, & ineuidēs
Dicitur denique, ex causis rei genitus, ad differentiā in-
tellectus principiorum, per se & non ex alijs principijs
notorum. Hinc colligitur primo solutio primi argu-
menti principalis, nam verbum cognoscere apud Aristotelem
intelligitur habituiter, quod est genus scientiæ, &
cum ait, rem per causas cognoscere, innotuit differentiā
definitionis, scilicet quod cognitio sit certa & euidens. Et
perinde soluitur confirmatio. Negatur enim quod qui con-
clusionem eiusque causas sola ratione probabit aut au-
thoritate nouerit, conclusionem illam simpliciter exprin-
cipijs cognoscat. Cognoscere nanque rem simpliciter ex
principijs, est habere iudicium rei, quale eius principia
suapte natura in lumine naturali producunt. Secundo
colligitur differentia inter intellectum, scientiam, & sapien-
tiam. Intellectus enim est habitus principiorum qui ex
notitijs terminorum generator, scientia vero est habitus
conclusionum, qui per demonstrationem producitur, sed
sapientia est habitus quo assentimur & principijs & con-
clusioni, propter principia, vt elicitur ex Aristoteli. 1.
mag. mora. vbi ait, quod sapientia constat ex intellectu
& scientia, & ex Sancto Thoma. 1. 2. q. 1. 7. arti. 1. Tametsi
in alia significatione sapientia per excellentiam dicitur
illa scientia quæ tractat de altissimis causis, qualis est me-
taphysica, vt habetur. 1. metaph. 1. & 1. cap. Quemad-
modum & theologia merito inter scientias digna est no-
mine sapientie. Sumitur tamen hinc argumentum ad-
uersus verbum illud textus. 1. quo ait Arist. melius esse
dispositum qui habet intellectum quam qui habet scien-
tiam. Arguitur enim sic, qui habet intellectum principio-
rum non omnis habet scientiam conclusionis, qui vero
habet scientiam conclusionum, habet simul intellectum
aut sapientiam principiorum, ergo hic est melius disposi-
tus. Respondetur, quod Arist. nos comparat habentem
solum intellectum ad habentem intellectum & scientiam
seu sapientiam, manifestum enim est, quod qui habet am-
bos simul melius est dispositus quam qui habet eorum alte-
rum, sed comparat habitum seorsum principiorum; ad
habitum præsum conclusionum. Quorum primus est
præstantior, quia est cognitio rei per se, scientia vero est
cognitio rei per aliud. At vero dubium restat circapri-
mam acceptionem scientiæ, vbi diximus experientiam
veritatem mere contingentium esse scientiam, propter
ea quod est euidens. Dubium inquam est quod non vi-
detur eiusmodi assensus esse euidens. Euidens quippe
est assensus per quem non stat cognoscentem decipi, sed
stat Petrum decipi per hoc iudicium (dum Paulus est ei
presens) puta si supranaturaliter seruetur iudicium in ab-
sentia Pauli, aut si dæmō in præsentia Petri cadaver Pau-
li exanimatum moueat achi esset viuum, ergo tale iudi-
cium non est euidens. Iuniores hic multa consumunt
verba

Cognof. p
causam.

Definitio
scientiæ.

Intellectus
sciētia & sa-
pientia.

Euidētia na-
turalis & su-
pernaturalis.

Euidētia:

Ad secundū
argumētū.
Demonstra-
tio, quia.

verba de euidētia propter Petrum Aliacensem, qui in
prologo. quæst. 1. distinguit duplicem euidētia, scilicet na-
turalem & supernaturalem. Naturalis inquit euidētia
est assensus quo non stat habentem naturaliter decipi:
sed stat supernaturaliter. Euidētia verò supernaturalis
est assensus, quo non stat habentem decipi. nec naturali-
ter nec supernaturaliter. Exempla gratia. Iudicium quod
Paulus est, dum illud existit in mente Petri, est euidētia
naturalis: quia naturaliter Petrus non potest decipi per
ipsum, potest tamen supernaturaliter, vt argumentum p-
bat. Idem tamen iudicium in mente Pauli est (vt dicunt)
euidētia supernaturalis: quia non stat Paulum decipi
per ipsum etiam supernaturaliter. Quia vel esset in casu
quo Paulus uiueret, & tunc iudicium est verum: aut casu
quo Paulus non uiueret, & tunc non habet tale iudicium
& per consequens non deciperetur. Si vero maneret su-
pernaturaliter in anima separata Pauli, illa deciperet iu-
dicans quod Paulus est. Vnde inferunt, quod idem iudicium in
vno subiecto est euidētia naturalis, in alio vero super-
naturalis. Existimo tamen non opus esse hac distinctio-
ne. Sed euidētia idem est, quod clarum & manifestum
iudicium productum, aut a notitia intuitiua, aut ex noti-
ijs terminorum immediate (vt in per se notis) aut media-
te per demonstrationem: hoc enim sonat verbum, vide-
re, vnde nomen euidētia deriuatur. Vt euidētia sit no-
men commune ad quatuor illas acceptiones scientiæ su-
propositas. Atqui satis est, vt iudicium simpliciter sit eui-
dētia quod suapte natura non sit deceptorium, tamen si su-
pernaturaliter per ipsum possit decipi. Nihil enim
minus ignis ille erat simpliciter calefaciens, quan-
do naturaliter non calefaciebat tres pueros in camino
ignis. Et sunt alia præterea argumenta contra istos. Pri-
mum quod improprie vocant euidētia supernaturalem,
eo quod per ipsam non stat quē naturaliter aut supernatu-
raliter decipi: nam supernaturalis assensus nō est nisi qui
aut supernaturaliter producitur, aut de subiecto est super-
naturali. Deinde quia etiam secundum suam definitionē
nulla est euidētia supernaturalis: nam licet per illud iu-
dicium, Paulus est, non possit decipi Paulus, potest tamē
per illud decipi supernaturaliter Petrus, vt ipsi fatentur:
quod sufficit vt iudicium simpliciter sit supernaturaliter
deceptorium. Quare malè concedunt, quod illud iudicium
in vno intellectu sit naturalis euidētia, & in alio super-
naturalis, sed cōsendum est simpliciter naturalis. Hinc
sequitur quod hoc iudicium hic panis est, quod habemus de
hostia ante consecrationem, est simpliciter euidens: non
obstante quod gentilis post consecrationem supernaturaliter
per ipsum decipitur. Credo nanque idem iudicium ma-
nere in gentili de pane post consecrationem, quod erat
ante consecrationem: postquam manet eadem notitia in-
tuitiua accidentium productiua & conseruatiua eiusdē.
In Christiano vero non manet idem: quippe in quo fides
corrigit sensum ne decipiatur.

Ad secundum principale Ari-

stotel ipse respondet in text. 6. vbi ait, quod demonstratio,
quia, non facit simpliciter scire: ob id quæ in textu. 5. vbi
ait demonstrationem esse syllogismum qui facit scire, so-
lum definit demonstrationem propter quid, de qua sta-
tim subiungit quod procedit ex immediatis principijs & ex
causis. Demonstratio vero, quia, solum producit simplex
iudicium conclusionis. v. g. hæc præmissa, id quod quo-
tienscumque sumitur vt plurimum expellit cholera: est
purgatiuum cholera: rebarbarum est huiusmodi: solum
producunt per experientiam ab effectu hoc iudicium, quod
rebarbarum est. purgatiuum cholera: sed quare sit pur-

gatiuum cholera: puta a calore an à proprietate: hoc non
demonstrant. Et per consequens tale iudicium proprie
non est scientia. Eodem modo cum video ignem calefa-
cere, cognosco ignem esse calefacientium: an vero sit cali-
dus formaliter an virtualiter, hoc non cognosco: nam si-
militer calefacit sol: quæ est virtualiter calidus sicut ignis.
Et ideo cum dicitur demonstratio, quia, ly quia, non ac-
cipitur causaliter: sed est coniunctio. scilicet demonstratio quod
hoc est tale. Quocirca potius appellanda est demonstra-
tio quod est, aut quale est, quam quia. Neque est demon-
stratio simpliciter, sed secundum quid, postquam non di-
cit quare est tale. Et hoc est quod ait: An vero & alius fa-
ciendi modus sit, posterius dicemus. Ad confirmatio-
nem respondetur, quod quanuis in Deo non sit verè causa
alicuius attributi quod est in illo, nihilominus est aliquid
quod est ratio alterius, quod sufficit ad propriam scien-
tia: videbunt enim beati quod Deus qui est misericors &
sapient, creauit mundum & redemit homines: quia est
purus actus nihil habens de potentia, est immutabilis &
æternus: & quia iustus, est remunerator licet illa non di-
stinguantur realiter, quia etiam si passionēs in nobis nō
distinguerentur realiter à subiectis, nihilominus demon-
strarentur de illis. Et ideo visio beatifica est propria scien-
tia: licet non sit discursiua. De existentia tamen istius nul-
la est causa nec ratio alia quam natura sua: nature enim
Dei est existere.

Ad tertium argumentum re-

sponsum est iam, quod scientiæ naturales & morales sint pro-
prie & simpliciter scientiæ, licet non sint ita certæ & im-
mutabiles sicut mathematicæ: quod maxime debent ad-
notare dialectici. Existimat enim vulgus dialecticorum
hoc tempore nullam esse propriam scientiam præter solas
mathematicas, cum tamē apud sapientes philosophia na-
turalis & moralis sint proprie scientiæ. Quauis intra la-
titudinem propriæ scientiæ, sint gradus maioris & mino-
ris euidentiæ & certitudinis. Quis namque dubitat scien-
tias quas naturales, videlicet fructus in Vere germa-
nare, & in autumno maturare: quæ propter motum virium
solis. Tonitrua esse in autumno tempestates in hyeme
Flantem austrum pluuiam subferre, aquilonem nubes di-
spargere, alia huiusmodi: licet nonnunquam deficiat. Et
in medicina & astrologia sunt multe similes proprie scien-
tiæ, licet non sint certissime vt mathematicæ. Vnde ad
Aristoteli respondetur, quod quando ait scientiam procedere
ex causis quas non contingit aliter se habere, id solum in-
telligit de scientijs certissimis quales sunt mathematicæ.
Vel fortè intelligit, quod non contingit aliter se habere suo
modo in quocumque gradu scientiæ, puta quod in ma-
thematicis nullatenus contingere potest oppositum: sed
tamen in naturalibus non contingit regulariter oppo-
situm, sed rarissime.

Ad quartum principale pos-

set quis forsitan negare scientiam angelorum esse propriam
scientiam: quia non est per discursum acquisita vt argu-
mentum probat. At tamen melius est dicere, imo nullatenus
negandum est angelos habere propriam scientiam: nam
quanuis angelus non prius habeat assensum
v. g. huius quod homo est admiratiuus, ex quo postea gene-
ret assensum quod est risibilis: nihilominus in obiecto, simplici
assensu cognoscit illud esse causam huius, scilicet quod
homo est risibilis, quia est admiratiuus: & admiratiuus
quia est animal rationale: & cognoscit terræ nascentis gi-
gni propter accessum solis. &c. Itaque cognoscit effectus
ex suis cuiusque causis procedere: quod sufficit ad ratio-

Ad confir.

Ad tertium.
Scientia na-
turales &
mora.

Ad quartū.
Angolorum
scientia.



Posteriorum Primus.

nem scientie. Et hoc manifeste patet in Deo, qui vno omnium consensu conceditur habere omnium rerum scientias: quoniam non acquiritur illas per demonstrationem...

nis nobis notioribus, ut probatum est in argumento. Sed notandum est, quod neque ista, omne totum est in illis sua parte, si ab æqualibus equalia demas & c. dicuntur notior...

Ad confir.

Causa materialis ãmõ. per finalem

Ad septimum Resolutione necessaria ad scientiam.

Ad quintum principale respon detur, hanc inter alias esse differentiam inter nos & Deum quod nos solum habemus scientiam specierum uniuersalium...

Ad septimum principale respon detur, quod ut aliquis habeat veram scientiam, satis est se scire resolueri premissas usque ad principia immediata & indemonstrabilia...

rursus, quia non potest eadem res formaliter esse agens & patiens. Quod demum ostenditur. 8. Physicorum per hæc principia. Omne agens agit in quantum esse in actu...

Ad confir. Theologia est scientia.

Circa materiam confirmationis notandum est primo, quod Theologia iuxta nominis proprietatem non est habitus articulorum fidei quo assentimur sacre scripturæ reuelatæ...

bent tantam euidenciam quam tantam habent beati, hoc est ridiculum. Et tertio arguitur. Si theologia nostra est euidens, tunc inferam ex conclusione theologica articulum fidei (sicut enim ex articulo sequitur conclusio theologica, ita vice versa) & tunc sequitur, quod ex euidencia theologica fiet euidens articulus fidei...

Ad octaui. Asseritur magis premissis. & c.

Ad octauium principale multiplex est solutio doctorum: quorum pfecto vix est qui argumento satisfaciatur. Quidam enim exponunt, quod necesse est magis credere premissas quam conclusionem intensiue: alij vero, magis clare, & alij, certius. Et ad argumentum respondent, quod quauis causa inuoca producat effectum sibi æqualem, ut ignis generat ignem & homo, hominem, tamen in causis æqui uocis illud nõ est necessarium, quia sol non generat solem...

Ad quintum. Scientia Dei.

Ad sextum. Propositio immediata.

tiz alicuius extrinseci. Quod est dicere, Est propositio ex talibus terminis composita, qui in quocunque intellectu sint, siue intuitiui siue abstractiui, per se producunt assensum illius. Ut sunt istæ, quodlibet est vel nō est, omne totum est maius sua parte, seu, omne cōtinens est maius cōtento, per quam illa quodammodo demonstratur. Istæ vero, Dominicus loquitur, Petrus est albus, & reliquæ accidentales non sunt per se notæ, quia isti termini non sufficiunt producere iudicium in quocunque intellectu, putā in habente solum notitias abstractiuas horum terminorum. Neque ista, hō est risibilis, est per se nota, quippe quæ indiget alijs propositionibus quibus demonstratur. ¶ In fert corollaria quædam contra S. Tho. Primum, q non omnis propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est per se nota. Hæc nāque, angelus est spiritus, non est per se nota: quia illi termini abstractiui in nobis non generant euidentis iudicium licet prædicatum sit de ratione subiecti, & angelis sit euidentis. Neque ista Deus est, est per se nota, licet beatis sit euidentis: quia nobis non est per se nota. ¶ Scotus vero paululum diuertit ab hac prima opinione. Ait enim, i. sentent. dist. 1. q. 2. q. propositio per se nota est illa quæ fit nota ex proprijs terminis illius ut sunt illius. Opinatur nanq; definitio & definitum, quauis idem significent, tamē censentur distincti termini. Vnde infert q hæc propositio, omnis homo est risibilis, non est per se nota. hæc tamen omne animal rationale est risibilis, est per se nota. Etenim quauis illa prior fiat nota ex terminis huius secundæ (ut pote cuius subiectum est definitio subiecti prioris) talis tamen definitio non est proprius terminus prioris: ob idque, homo est risibilis, non sit euidentis ex proprijs terminis: sed ex definitione quæ est quodammodo terminus alienus. Atq; adeo infert q hæc propositio, Deus est, quam habet beatis, est per se nota, quia illi cognoscunt Deum distincte ac si eum quidditatiuē cognoscerent per definitionem. Sed similis, Deus est, quam nos habemus, non est per se nota. Quam putat esse aliam, quia vna constat ex terminis distinctis, & alia ex notitijs confusis & abstractiuis. Grego. tamen censet esse eandem: & ideo negat simpliciter esse per se notam, quia nobis non est per se nota. ¶ Conueniunt autem Scot. & Grego. etiam contra Sanct. Thom. (ve videbimus) quod non est distinguenda propositio per se nota, in se & quo ad nos, imo omnis (inquit) per se nota, secundum se, est per se nota quo ad nos, & e conuerso. ¶ At vero opinio Sanct. Thomæ consistit in sequentibus propositionibus, quæ colliguntur ex 1. par. quæst. 2. artic. 1. & alijs locis suæ doctrinæ. Primum eius fundamentum est hoc: quod quando ait Aristotel. propositio nem per se notam esse illam, quam cognoscimus in quantum terminos cognoscimus, non in terminorum non intelligit notitias aut voces, sed res significatas quæ sunt termini, putā subiectum & prædicatum, nam ut in prologo prædicamentorum adnotauimus, non solum voces sed etiam res prædicantur. Et quod ita intelligat Aristot. est manifestum ex modo loquendi ipsius (quod contra rj autores debuissent considerare.) Enimvero si per terminos intellexerit notitias non dixisset, in quantum terminos cognoscimus, sed in quantum terminos formatus, non enim cognoscimus notitias, sed res per notitias. ¶ Hinc sequitur prima propositio S. Thomæ: Dupliciter aliqua propositio est per se nota. Vno modo secundum se, ex natura sua & non quoad nos, & alio modo secundum nos, & quoad nos. Propositio secundum se per se nota est illa, cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti (putā definitio aut pars eius) ut, homo est animal, hō est rationalis, quæ quidem dicuntur per se notæ, nō quia

notitiæ eius intuitiue vel abstractiue producant eius assensum, sed quia cognita quidditate subiecti per eius definitionem, & quidditate prædicati, statim est euidentis hominem esse animal, & esse rationale, voco subiectum & prædicatum res ipsas significatas. Hæc vero, homo est albus, non est per se nota, quia cognita quidditate subiecti non est euidentis hominem esse album. Propositio per se nota secundum se, quo ad nos est, illa, cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti & termini eius (id est quidditates rerum significatarum per extrema) sunt omnibus noti, ut quodlibet est vel non est, omne totum est maius sua parte. Nullus enim ignorat quid est ens, & quid totum. Quare omnis per se nota quo ad nos est per se nota secundum se, & dicitur per se nota simpliciter. Non tamen omnis per se nota secundum se, est per se nota nobis: & ideo dicitur per se nota secundum quid, ut sunt istæ, homo est rationalis, angelus est spiritus, & similes, in quibus licet prædicatum sit de ratione subiecti, tamen quidditates extremorum non sunt omnibus notissimæ. Quod si termini fuerint noti non omnibus, sed sapientibus, tunc erit per se nota sapientibus, ut ait Boetius in de hebdomadibus de hac propositione, In corporalia non sunt proprie in loco. ¶ Hinc sequitur, quod hæc, Deus est, est per se nota secundum se, quia de intrinseca ratione Dei est existere, tamen non est per se nota simpliciter, quia non omnibus, sed solis beatis, sunt notæ quidditates extremorum. Differentia ergo est inter Scorū & nos, quod ille putat esse duas propositiones, illam, Deus est, quæ est in beatis, & illam quæ est in nobis, propterea quia constant ex diversis notitijs formatibus. Nota autem respicientes ad res significatas dicitur esse eandem. ¶ Et quod hæc fuerit mens Aristotel. præter argumentum factum ex eiusmodi loquendi, arguitur secundo. Ait namque dupliciter esse aliqua notiora, scilicet quo ad naturam & quo ad nos. Vbi non vocat notiora notitias seu voces, sed res significatas, dicens, causas esse notiores naturæ, & effectus notiores nobis, ergo eadem ratione alia erunt per se nota secundum se & quo ad naturam, & alia per se nota nobis. ¶ Et tertio præter auctoritatem Aristotel. arguitur ad rem. Propositio per se nota ut nomen sonat, est cuius connexio inuicem extremorum cuiusque cognoscendi eorum quidditates est nota, sed omnis propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est huiusmodi, ergo omnis talis est per se nota. ¶ Sed est hic notandum, quod non tantum propositio cuius prædicatum est de intrinseca ratione subiecti est per se nota, sed omnis in vniuersum propositio immediata est per se nota, ut omne animal rationale est disciplinabile, si illa sit prima passio, quia illa inest subiecto non per aliud medium. Probat, propositio per se nota secundum se opponitur propositioni demonstrabili, itaque idem est per se nota, & indemonstrabilis, & idem est demonstrabilis & non per se nota, sed propositio in qua prima passio prædicatur de definitione est indemonstrabilis, quia cum prædicatur per se primo inest subiecto, caret medio per quod demonstraretur, ergo est per se nota. Sed homo est disciplinabilis, non est per se nota, quia licet prima passio immediate inest definitioni, tamen definitio non inest immediate, sed inest per definitionem quæ est medium per quod passio demonstratur de definito. Vnde neque illa in qua secunda vel tertia passio prædicatur de definitione est per se nota, quia est demonstrabilis per primam passionē. In summa tū valet propositio per se nota, quauis non per aliud medium nota, quod est dicere, immediata. Vnde propositioes negatiue in quibus

Scotus.

S. Thom.

Prima propositio. Duplex propositio per se nota.

Per se nota simpliciter.

Deus est, est per se nota.

Propositio demonstrabilis.

Contra.

Ad nonum.

Ad decim.

bus vnum generalissimū negatur de alio, ut substantia nō est qualitas, transferretur ab Ari. secundum se per se notæ. ¶ Contra hæc doctrinā S. Tho. potissima argumenta Scoti sunt hæc. Ista propositio, omnis hō est rationalis, est ex natura sua a priori demonstrabilis: ergo nō est per se nota. Cōsequenter patet: quia per se notum idem, q nō per aliud notum: & antecedens probatur: quia demonstratur per definitionem, scilicet omne animal est rationale, &c. ¶ Et secundo arguitur. Si illa omnis hō est rationalis, est per se nota secundum se propterea, q cognita quidditate subiecti & prædicati statim est euidentis: consequens est falsum: quia illa est demonstrabilis per definitionem subiecti: ergo definitio propositionis per se nota est nulla. ¶ Et tertio pro claritate materię arguitur. Illa propositio, omne animal rationale est disciplinabile, est per se nota, ut dictum est: & hæc, omnis homo est disciplinabilis: nō est per se nota: & solum differunt penes hoc, q subiectum vnius est definitio & subiectum alterius est definitum, licet res significata sit eadem, ergo alius terminus est definitio, & alius definiti, alias demonstratio non cōstitaret nisi ex duobus terminis, quia medium nō differret a minori extremitate, & per consequens ad illos respicendum est ad propositioem esse per se notā. Atque adeo benedicit Scotus, q prima propositio est per se nota: quia ex proprijs terminis sit nota, & secunda, nō, quia ex alienis sit nota. ¶ Sed pro solutione istorum notandum est, q in demonstratione, si ad res significatas respiciamus, non sunt nisi duo termini, scilicet subiectum & passio, sed subiectum ipsum distincte significatum per definitionem est medium ad demonstrandum passionem de eodem subiecto cōfusa significato per definitum. Ob idque in definitione nō sunt tres termini secundum res significatas, sed secundum cognitionē & apprehensionē nostrā. Vnde ad primum argumentum negatur hæc propositioem, omnis homo est rationalis esse ex natura sua secundum rem de monstrabilis, imo est per se nota, quia secundum rem est eadem cum illa, omne animal rationale: sed, respectu nostri est demonstrabilis. Et hoc est q dicit S. Th. q est secundum se per se nota, sed non quo ad nos quia nos nō distincte cognoscimus quidditatem subiecti, nisi per definitionem, per quā illa est nobis demonstrabilis. ¶ Et eodē modo respondetur ad secundum, cōcedimus, n. eadem ratione, omnis hō est disciplinabilis, esse per se notam secundum se, sed de monstratur respectu nostri per definitionem. Vnde ad tertium argumentum respondetur, q tū per se nota est hæc secundum se, omnis hō est disciplinabilis, quā hæc, omne animal rationale est disciplinabile, sed respectu nostri illa demonstratur per hæc. Nec secundum se differunt: quia eadem est res significata per subiectum vtriusque: sed differunt, secundum cognitionem & apprehensionem nostrā. ¶ Et confirmatur solutio istæ: nam in angelo qui nō intelligit complexa cognitione, sed simplici notitia distinctissime cognoscit res eadē propositio est, hō est disciplinabilis, & animal rationale est disciplinabile, & inest quia demonstratione est ei per se nota. Vnde ad nonum argumentum principale respondetur quod cum ait Aristot. propositionem per se notam cognoscet in quantum terminos cognoscimus, nec intelligit de notitijs intuitiuis nec abstractiuis, sed de rebus significatis quas vocat terminos ut exposuimus est. ¶ Ad decimum argumentum respondetur, quod mens Arist. nō est negare in vniuersum demonstrationem circulem, sed negare demonstrationem circulem in eodem genere demonstrationis, & eodē genere causæ. Vnde in syllogis

mis dialecticis nihil prohibet contingere circulum, ve Aristot. concedit in text. 6. & nos ibi exposuimus quomodo ex conclusione & vna præmissarum sequitur altera, huiusmodi enim syllogismus secundus, non est necessesse ut sit demonstratio, puta q præmissæ sint veræ causæ conclusionis: sed solum sequitur conditionaliter: quod si sequitur, omne a, est, b, omne, c, est, a, ergo omne, c, est, b, consequenter etiam subsequitur omne, c, est, b, omne a, est, c, (quæ est conuersa minoris) ergo omne, a, est, b. ¶ Secundo sequitur, quod non inconuenit demonstrare propter quod eclipsem Lunæ hoc modo. Quando terra interponitur inter solem & Lunam, Luna eclipsetur: sed quando Sol est in tali puncto cæli, & Luna in tali tunc terra interponitur: ergo quando sunt in talibus punctis Luna eclipsetur. Et conuerso. Quotiescunque Luna eclipsetur terra interponitur: sed Sole & Luna existenti in tali aspectu Luna eclipsetur: ergo quando sunt in tali aspectu terra interponitur. Hoc inquam non est inconueniens: quia in prima consequentia antecedens importat causam realem consequentis quo ad esse: & in secunda, antecedens solum est signum, per quod cognoscimus consequens. ¶ Neque inconuenit, quod causa finalis demonstretur per efficientem hoc modo, quicumque deambulat post cenam, acquirat aut conseruat sanitatem: hic deambulat post cenam: ergo & conuerso, Quicumque seruat sanitatem, deambulat post cenam: hic conseruat sanitatem: ergo. ¶ Sed hoc est quod Aristoteles præterdit, scilicet, quod eodem genere causæ sicut repugnat quod a, sit causa, b, & b, causa, a, ita repugnat quod a, demonstretur per, b, & b, per, a. Et ideo ad vltimam replicam quæ directe militat contra hoc, respondetur primo, quod vapor non est a de qua causa materialis ex qua generatur pluuia, quia potest etiam generari ex aere condensato. Nec pluuia est causa totalis generationis vaporis: quippe quāuis possit etiam vapor generari ex aere condensato in cavernis terræ. Et secundo respondetur, quod vapor non est materia eiusdem pluuia: ex qua idem vapor generatur est, sed vapor, a, generat, b, pluuiam, & b, pluuia generat vaporem, c, & c, vapor pluuiam, d, & c. Ob idque nihil prohibet quo minus per vaporem tanquam per signum demonstretur futura pluuia, & per pluuia demonstretur futurus alius vapor.

Quid de omni, modi per se, & quid vniuersale.

Cap. III.



M autem fieri nequeat, T ex. vij
 ut id cuius est absolute, scientia aliter sese habeat, id necessarium est profecto quodcumque fieri demonstratiua scientia potest: ea vero demonstratiua scientia est, quam demonstrationem habendo habemus: ergo demonstratio ex necessarijs ratiocinatio est.

Textus. viij. ¶ Sumendum est igitur, ex quibus qualibus ve demonstrationes consicū

Posteriorum primus.

Atque primo, quid de omni, quid per se, quid vniuersaliter dicimus, determinemus. Id itaque de omni dicimus, quod non cuidam inest, cuidam non inest: neque quod interdum competit, interdum non competit: vt si animal omni de homine dicitur, si verum est hunc dicere hominem, verum est eum & animal dicere: ac si nunc verum est alterum dicere verum est & alterum dicere: & si in omni linea punctum inest, similiter. Atque huius signum est, quod facimus. Hoc enim pacto inficiationes afferre, cum de omni interrogamus, solemus, si aut de aliquo non dicatur, aut si interdum non inest.

Textus ix. Per se autem, in ratione quid est dicente, ea quae sunt dicimus: vt triangulo linea & linea punctum inest: ex his enim ipsorum substantia constat, & haec in ratione quid est dicente, inest. Et item ea quorum in ratione quae quid est patet, ea ipsa sunt, quibus inest: quo pacto linea quidem rectum & curuum inest, numero vero par atque impar, partium atque compositum: figurae denique laterum equalium, ac altera parte longius. Atque in horum quidem definitione numerus, in illorum autem linea inest.

Quae igitur aut illo aut hoc inest modo, per se atque competere dico: quae vero neutro modo competunt accidentia, qualiter animal inest in sicum, album competit.


Præterea id per se dicimus, quod non de subiecto alio dicitur vltro: ambulare enim, curare quid aliud sit, quam quod ambulans est: & te album, ac substantia & quae cuque hoc aliquid significat, cum non sit aliud quicquam, id sunt quod sunt. Ea igitur quae de subiecto non dicuntur per se, ea vero quae de subiecto dicuntur accidentia voco. Insuper alio modo, id quidem quod vnicuique per se competit, per se dicimus: id autem quod hanc conditionem egreditur, accidens: veluti si ambulante quopiam coruscauerit, id accidens dicimus, non enim ob id ipsum coruscavit, quia ambulauerit, sed id dicimus accidisse, ut cum iugularetur quopiam mortem obierit, iugulationem vero, id accidens dicimus, ob id ipsum enim quia iugularetur, non quia est, sed non accidit eum cum iugularetur mortem oppetisse.

Textus x. Quae igitur in his quae sunt per se, nam simpliciter cadunt, per se dicuntur: quo pacto vt sunt in prædicatis subiecta, vel eorum vt ipsa sint in subiectis, & per se & necessario sunt. Nam fieri non potest, vt non cõpetat aut simpliciter hæc aut eorum opposita: veluti linea rectum aut obliquum, & numero par aut

impar. Est enim contrarium, aut priuatio, aut contra dictio genere in eodem, ceu par est id, quod est non impar in numeris, vbi sequitur. Quare necesse est affirmare aut negare est, necesse est & ea quae per se insunt competere. Id igitur quod de omni, & id quod per se dicimus, hoc sit modo determinatum.

Textus xi. Vniuersaliter autem id competere dico, quod de omni dicitur & per se, atque hoc plane quo ipsum est. Patet igitur ea necessario in rebus inesse, quae ipsis vniuersaliter cõpetunt. Atque per se & hoc quo ipsum est eadem esse dico, veluti linea per se punctum inest, rectumve, ea nanque ratione qua linea est & triangulo quo triangulus est recti duo, per se enim triangulus tres duobus rectis æquos.

Tunc autem quippiam vniuersaliter inest, cum de quouis & primo ostenditur, velut æquales duobus rectis habere non vniuersaliter figuræ inest, de figura licet duobus rectis angulos æquos habere liceat ostendere: at non de quouis figura, nec ostenditur quæuis vtritur: quadratum enim est quidam figura, non tamẽ tres duobus rectis æquos habet. Is etiam triangulus qui quorum æqualium laterum est, omnis quidem duobus rectis tres æquos habet, at non primus: triangulus enim prior. Qui igitur primus his duobus rectis æquos habere vel quoduis aliud demonstratur, ei primo vniuersaliter id competit: & demonstratio per se eius vniuersaliter est: ceterorum vero quodammodo non per se: nec eius vniuersaliter est: qui duorum est æqualium laterum: sed superat & ad plura sese extendit.



Hec est tertia pars principalis primi libri in qua postquam ostensum est demonstrationem esse necessariam, & in diebus sequentibus definitum est, quid sit scientia, & quid demonstratio: explicatur modo ex quibus præmissis conueniatur demonstratio. Vt prima quæstio fuerit, an demonstratio sit secunda, quid sit, & tertia qua sit. Quam quidam pars præceditur, vt supra diximus, per octo capita vniuersaliter videretur. Habetque tria membra. In primis enim duobus capitulis exponitur, tres termini quo necesse est ad subsequentiæ, scilicet quid sit dici de se, Atque per se, & vniuersaliter. In quatuor subsecquentibus capitulis qua quibus propositionibus constatur demonstratio: & in duobus vltimis concluditur dupliciter esse demonstrationem. Propter quod & quia, atque adeo prima figura esse demonstrationi aptissima. Caput hoc quartum, quo totus est artus posterior sitque huius fundamentum, atque adeo in quo tantum per immemorandum nobis est, secundum definitionem Commentatorum continet textus quinque. In primo, qui est septimus in ordine, præmittit Aristoteles hanc conclusionem, quam seorsum in hac tertia parte intendit

Textus. 8

Dici de omni prioritate.

intendit explicare & probare. Demonstratio est ratio natio seu syllogismus procedens ex necessariis. Hanc conclusionem ex supradictis concludit. Cum fieri nequeat vt id aliter se habeat cuius est absolute scientia, sit vt id quod scitur demonstratiua scientia, sit necessarium. Antecedens supponitur ex. c. & cõsequentiæ est nota, quia idem est, necessarium, quod non potest aliter se habere. Addit in conclusione, quod scitur demonstratiua scientia, ad explicandum quod dixerat in antecedenti, absolute scientia, omnis scientia enim simpliciter est demonstratiua. Rursum. Quæ quid scitur demonstratiua scientia est necessarium: & demonstratiua scientia est illa quæ habemus demonstrationem habendo, id est, quam a quo rimus solum per demonstrationem, vt capitulo. 2. dictum est, ergo omnis demonstratio procedit ex necessariis. Cõsequentiæ est nota: quia conclusio necessaria non concluditur, tanquam ex propriis causis, nisi ex propositionibus necessariis. Diximus, tanquam ex propriis causis, quia necessarium bene potest syllogizari ex contingentibus & ex falsis: sequitur nanque. Omne animal est non videns, talpa est animal, ergo talpa est non videns: tamen maior illa, etiam si in aliquo casu esset vera, non est causa conclusionis: nam quauis esset falsa, nihilominus conclusio esset vera. In text. 8. (Sumendum est igitur) explicatur quid sit dici de omni. Vbi adnotandum est primo, quod cum in hac tertia parte intendat Aristoteles docere demonstrationem procedere ex necessariis vult primo docere necessitatem propositionis in his tribus consistere, scilicet prædicatum respectu subiecti dicitur de omni, per se, & vniuersaliter. Secundo notandum est, quod duplex est dici de omni, scilicet prioritate & posterioritate. Dici de omni prioritate est prædicatum ita affirmari de subiecto, vt nihil sit sumere sub illo de quo non affirmetur prædicatum, siue talis prædicatio contingens fuerit siue necessaria. Non dixerim. Dici de omni est propositio vniuersalis affirmatiua, vt aliqui dicunt: quia propositio non est id quod dicitur de omni: sed in illa prædicatum dicitur de omni. Vt prædicatum huius, omnis homo vigilat, dicitur de omni. Et dicitur prioritate, quia ad negotium libri Priorum, vbi solum agitur de forma syllogismi, satis est quod præmissæ regulantur per dici de omni hoc modo: aut per dici de nullo, si fuerit syllogismus negatiuus, id est, quod maior extremitas prædicetur de medio in propositione simpliciter affirmatiua, vel simpliciter negatiua, vt. 5. lib. Summul. expositum est. Hic vero, vbi agitur de materia præmissarum ex quibus constat demonstratio, aliter consideratur, dici de omni, quod appellatur posterioritate. Est nanque prædicari de omni supposito seu indiuiduo subiecti pro quolibet tempore, vt omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal rationale. Et hoc est quod ait Aristoteles. Quod non cuidam inest, cuidam non inest: nec interdum competit, interdum non competit. Vt si animal dicitur de omni homine, de quocunque verum est dicere, quod est homo, verum est etiam quod animal: & quocunque tempore verum est, quod est homo, verum est etiam quod est animal. At cum ait, in omni linea inest punctum (id est, de omni linea prædicatur punctum) non intelligas in recto, scilicet, quod omnis linea est punctum, sed in obliquo, scilicet, quod omnis linea continuatur & terminatur punctis. Et ideo de quocunque vere dicitur, quod est linea & in quocunque tempore id dicitur, vere etiam dicitur quod continuatur per puncta. Itaque vniuersalitas suppositorum vt notauit Albertus, requiritur propter formam syllogismi: vniuersalitas vero temporis, propter necessita-

Text. 7. de modis per se ex necessariis.

tem materiae demonstrationis. Cum audis pro quolibet indiuiduo & tempore intelligit affirmatiue si subiectum habet indiuidua & est in tempore: alias intelligitur proportionabiliter negatiue, i. q. nullum sit indiuiduum subiecti, aut tempus pro quo prædicatum non cõpetat quia in Deo non sunt plura indiuidua nec tempus, & tamen hæc censetur de omni. Deus est purus actus, & similes quia in æternitate sunt veræ. Ex quo sequitur primo, quod non conuertuntur, dici de omni, & propositio vniuersalis. Primo: quia dici de omni, vt dictum est, non est condictio propositionis, sed prædicati. Secundo: quia in vniuersali falsa prædicatum non dicitur de omni: postquam non vere dicitur de subiecto, licet denotetur dici. Quod sufficit vt sit apta præmissa in syllogismo dialectico. Et tertio, quia propositio in qua prædicatum dicitur de omni posterioritate, non indiget vt sit formaliter vniuersalis: quia in illis indefinita æquivalent vniuersali: tam de omni enim est posterioritate, homo est animal, quæ omnis homo est animal, quoniam gratia doctrinae indefinita nobis vtendum est in demonstrationibus. pro vniuersalibus. Secundo sequitur, quod dici de omni prioritate est superius ad posterioritatem. Omne enim prioritate est posterioritate: & non conuerso. Nec de finit hic dici de nullo sicut in prioribus: quia loquitur de demonstratione potissima qualis est affirmatiua. Potest tamen proportionabiliter definiri dici de nullo. Est enim prædicatum negari de subiecto pro quolibet eius supposito & quolibet tempore, vt nulla substantia est qualitas, nullus homo est equus. Probat Aristoteles quædam definitioem a signo dicens, quod signum huius videlicet quod tale sit, dici de omni, inest sumitur, quod hoc pacto solemus afferre inficiationes, i. negationes seu instantias interrogati an tale prædicatum dicatur de omni. Exempli gratia. Interrogati an in his propositionibus, omnis figura habet tres angulos æquales quibus rectis, omnis homo vigilat, casu quod sit vera, prædicatum dicatur de omni vtrunque negamus, quia in prima non dicitur de quolibet supposito subiecti: & in altera, non dicitur pro quolibet tempore. In text. 9. (per se autem dicimus) explicat Aristoteles secundam particulam, scilicet quid sit prædicatum per se inest subiecto. Vbi notandum est primo, quod quauis propositio ipsa dicatur propositio per se & per accidens, nihilominus non potest explicari quæ propositio sit per se aut per accidens, nisi per ordinem ad res significatas. Intelligi enim nequit quomodo prædicatum vocale aut mentale, per se aut per accidens conueniat subiecto, nisi quia res significata, per se & non per aliam causam aut per aliud accidens conuenit subiecto. Et hoc ostendit, quod non solum voces prædicantur sed res ipse, vt in prologo prædicamentorum late discussimus. Secundo notandum est: quod Aristoteles ponit quatuor modos dicendi per se: in quatuor particulis textus (de quibus etiam meminit. 5. metaphysic. text. 23.) Qui quidem modi hac ratione distinguuntur. Hæc propositio, per, apud philosophos dicitur omnia quatuor genera causarum: quarum duæ sunt intrinsecæ: scilicet formalis & materialis: & totidem extrinsecæ, scilicet efficiens & finalis. Primus ergo & dignissimus modus est vbi ly: per, dicit causam formalem, & quia forma intrinseca rei est eius definitio, sit, vt illa propositio sit in primo modo dicendi per se, cuius prædicatum est de intrinseca ratione, id est, definitione subiecti: puta definitio aut parseus, vt homo est animal homo est rationalis, homo est animal rationale. Non dixerim, quod primus modus dicendi per se sit propositio, vt quidam dicunt: quia cum propositio non dicatur, id est, prædicatur, sed prædicatum dicatur de subiecto illa est ita

Corolla rium.

Tex. 9. propositio per se.

Quatuor modi per se



est impropria loquutio: & magis proprie dicitur quod propositio est in tali modo dicendi per se. Pergit ut solet exēpla ponere in mathematicis, triangulo inquit inest linea & linea punctū. Inesse namque apud Arist. idem est quod predicari: non tamen intelligit quod linea predicatur de triangulo in recto sed in obliquo, quemadmodum ponitur in eius definitione. Est enim triangulus figura tribus rectis lineis contenta: & linea est longitudo sine latitudine & profunditate cuius partes punctis continuantur & terminantur. Et ideo dicitur, quod substantia id est, definitio lineæ constat ex punctis, quavis punctum non sit pars lineæ: ut diximus in capit. de quantitate. ¶ In secunda particula textus. Et item, subditur secundus modus. Vnde in secundo modo dicendi per se est illa propositio, cuius subiectum est in definitione predicati, ut homo est risibilis, & omnis in qua propria passio predicatur de subiecto. Accidens enim proprium definitur per eius subiectum, ut risibilitas est hominis aptitudo ad ridendum. Et hoc est quod ait. Ea, scilicet predicata, dicuntur secundo modo per se, in quorum ratione quæ quid est patet a se, id est in definitione quidditatiua, sunt ipsa, scilicet, substantia: quibus in sunt alia predicata. Subiungit exempla mathematica: ut lineæ rectum & curuum inest, numero vero par atque impar. Sunt enim passiones lineæ rectum & curuum, & passiones numeri par & impar: & simplex & compositum. Et ideo subdit Aristoteles, quod in definitione horum, scilicet par & impar, simplex & compositum, ponitur numerus. Est enim par numerus in duos æquales numeros partibilis: & impar est numerus qui in duos æquales diuidi non potest. Numerus vero simplex ut questione prima de quantitate dicebamus: est ille qui nullo alio numero mensuratur, sed sola unitate, ut binarius ternarius, &c. numerus vero compositus est qui alio numero mensuratur: ut nouenarius, qui constat ex tribus, quasi ex tribus lateribus æqualibus: & sexdenarius, qui constat ex quatuor æqualibus. In definitione autem illorum scilicet recti & curui ponitur linea. Rectum enim est linea cuius medium non exit ab extremis, & curuum, est linea cuius medium exit ab extremis. Quocirca huiusmodi propositiones, linea est recta: vel curua, numerus est par, &c. sunt in secundo modo dicendi per se. In ultimo exemplo transfert Boetius inquam passiones figuræ, æquilaterum, isosceles, scalenon, quæ verba nec sunt in Codice Græco, nec punctim expriment mentem Aristotelis. Græce enim non est nisi, isopleuron, id est, æquilaterum: quæ est passio non solum trianguli, sed omnis figuræ rectilineæ: & heteromeces id est altera parte longius, quæ est passio quadrati potiusquam trianguli. Et ideo non posuimus exēpla in quadratis. Imo vero & numeri ipsi possunt esse æquilateri, ut nouenarius est triangulus æquilaterus, & sexdenarius, quadratus æquilaterus. Sed de speciebus trianguli in capite sequenti. ¶ Ut ergo ad rem reuertamur quantum ex artificio Aristotelis conijcio in isto secundo modo, ly per, dicit causam materialem quæ etiam est intrinseca: subiectum enim tanquam causa materialis in qua recipitur passio intrat eius definitionem, ut patet cum dicimus, aquilitas est nasi curuitas. Vbi curuitas quæ est genus contrahitur per nasum, tanquam per differentiam in genere causæ materialis, ad esse aquiliter. ¶ Subiungit Aristoteles, quod ea predicata quæ neutro istorum modorum se habent, scilicet quod nec predicatum est de ratione subiecti: nec subiectum de ratione predicati, conueniunt subiecto per accidens, ut animali musicum aut album competit. Neque enim album est de definitione animalis, neque animal de de-

initione albi. ¶ Hinc patet ratio nominis per se, predicatum enim dicitur inesse per se subiecto: quia non inest per accidens ut in subsequētib; perspicacius elucescit. ¶ In tertia particula textus. Præterea id per se: sublequitur tertius modus. Vnde per se tertio modo tantum sonat, quantum solitarie. Vt tantum valeat, quantum res quæ supra se per se existit: id est, non in alio. Vbi per se solum excludit concomitantiam subiecti. Quem admodum Socrates & quæcunque substantia dicitur ens per se: accidens vero, ut ambulare & albedo, ens in alio. Et hoc insinuant exempla Aristotelis, ubi ait: Ambulare enim cum aliud sit quam quod ambulans est: & item album scilicet pro formali ut albedo, aliud etiam sit quam res quæ est alba, supple: non sunt per se, sed entia in alio: substantia vero, id est, vniuersalia prædicamēti substantiæ: & quæcunque hoc aliquid significant, id est, indiuiduæ substantiæ, id sunt quod sunt, id est entia sunt per se. Vnde cum dicit ea esse per se quæ de subiecto nullorū dicuntur, non excludit, dici de subiecto, tanquam vniuersale de suo inferiori, sed tanquam accidens de subiecto: nam vniuersalia substantiæ sunt entia per se: licet quidditatiue dicantur de suis inferioribus. ¶ Colligitur hic quā sit lata differentia inter tertium modum & duos præcedentes: nam duo priores sunt modi complexorū, tertius vero est modus incomplexorum. Quod est dicere: duo priores sunt modi predicandi, scilicet quibus predicata in propositione dicuntur de subiecto: sed tertius modus potius est modus essendi rerum, quam predicandi. Petrus enim sine ordine ad propositionem dicitur ens per se & album, ens per accidens. ¶ In quarta particula textus. In super alio modo sublequitur tandem quartus modus per se. Vnde in quarto modo dicendi per se est propositio in qua predicatur effectus de sua propria causa, ut ingulatus interiit. Ingulatus enim per se est causa mortis. Et iste modus opponitur effectui per accidens, id est, qui forte contingit causæ non per se intendenti talem effectum, ut cum me ambulante coruscet: ambulatio enim non est per se causa coruscationis. Aut si dicas, ædificator thesaurum inuenit, sed ædificator ædificat, est per se. Primi ergo duo modi sunt per se predicandi: tertius vero, per se essendi, & quartus, per se causandi. ¶ Sed est notandum quod nihil vetat secundum & tertium modum aliquando coincidere. Subiectum enim per definitionem est causa passionis: ob idque, homo est risibilis, quæ est in secundo modo, est etiam in quarto ut insinuat Albertus. Aut quo verius dicamus, hæc est in quarto modo, omne animal rationale est risibile, cuius subiectum exprimit causam per se predicati. ¶ In textu, 10. Quæ igitur in hisce, applicat Aristoteles, modos per se ad vltimū demonstrandi. De quo sunt variæ opiniones. At qui rem primo obscurā fecit & variam translatio Boetij quam doctores sequuntur. Quæ sic habet, quæ ergo dicantur in simpliciter scibilibus per se sic sunt, sicut inesse prædicantibus, aut in esse propter ipsa, quæ verba præterquam quod vix sunt intelligibilia, sensum Arist. ad verum non referunt. Sicut Thom. glossat hoc modo. In demonstratione ubi passio concluditur de subiecto quæ conclusiones sunt simpliciter scibiles, conclusio est in secundo modo per se, & item in quarto: quia subiectum est per se causa passionis. Et ita glossat, aut inesse propter ipsa. Et per consequens existimat quod in simpliciter scibilibus soli secundus, & quartus modus deseruiunt demonstrationi quantum ad conclusionem. Themistius vero & Linconienis contra sentent solos duos primos modos deseruire demonstratio: eo quod sunt modi predicandi qui constituunt propositiones intrinsece

intrinsece necessarias: quales requiruntur ad demonstrationem. Albertus & alij putant omnes modos deseruire demonstrationi: ut late est videre apud Paulum. ¶ At vero ne nos opinionum turba confundat, prima propositio. In demonstratione ubi passio concluditur de subiecto per eius definitionem, conueniunt primus, secundus & quartus modus dicendi per se. In hac enim demonstratione omne animal rationale est disciplinabile, omnis homo est animal rationale ergo omnis homo est disciplinabilis, conclusio est in secundo modo, & minor in primo, & maior in quarto: nam definitio subiecti est proxima & per se causa passionis. Propositio est Sancti Thomæ. 13. Et præterea ambæ præmissæ sunt etiam per se causæ conclusionis, quod pertinet ad quartum modum. Attamen Arist. ut littera Græca & translatio Argyropyli testatur, solum fecit mentionem de primo & secundo modo: cum ait. Quæ igitur in hisce quæ scientiam simpliciter cadunt (id est, ubi passio per definitionem demonstratur de subiecto) per se dicuntur, vel eo pacto ut sint in predicati subiecta, id est, ut subiecta sint in definitione predicati, quod contingit in secundo modo in quo est conclusio, vel eo rursus ut ipsa (scilicet, predicata) sint in subiectis, id est, in definitione subiectorum (quod contingit in primo modo in quo est minor, hæc inquit & per se & necessario sunt). ¶ Secunda propositio. Vbi secunda passio demonstratur de subiecto per primam passionem, ut omne admiratiuū est risibile, omnis homo est admiratiuus, ergo omnis homo est risibilis: conclusio & minor sunt in secundo modo: maior vero in quarto. ¶ Tertia propositio. Vbi definitio materialis demonstratur de definito, per definitionem formalem aut per finalem, conclusio & minor sunt in primo modo, & maior est in quarto. Exempli gratia. Quicunque vindictam appetit accensionem sanguinis patitur circa coruratus vindictam appetit. Ergo iratus accensionem patitur circa cor. Conclusio & minor sunt in primo modo: quia in conclusione predicatur definitio materialis, & in minori definitio formalis de subiecto: sed maior est in quarto: quia definitio formalis est causa formalis definitionis materialis. Eodem modo si dicas, omnis syllogismus qui facit scire constat ex veris, & notioribus causis conclusionis: omnis demonstratio est syllogismus faciēs scire: ergo omnis demonstratio constat ex veris, &c. ubi demonstratur definitio materialis per finalem. ¶ Hic adnotato, quod quartus modus perfectatis non solum constituitur in causis efficientibus: sed etiam in causis finalibus & formalibus, ut patet in maioribus harum demonstrationum. Imo etiam in causis materialibus: hæc enim est per se quarto modo, ædificium constructum ex parietibus & recto est pulchrum, ubi subiectum est causa materialis predicati. ¶ Tertius vero modus dicendi per se, fatetur, non video quo seruiat demonstrationi: cum non sit modus predicandi, sed essendi rerum, ut in complexe significatur. At potius est ut numerarentur omnes modi per se. Vel forte ad denotandum: quod omnes demonstrationes quæ sunt in alijs nouem prædicamentis, quæ sunt entia in alio, reducuntur aut quodam modo, susciuntur in rebus prædicamenti substantiæ, tanquam in primis subiectis quæ sunt per se tertio modo. ¶ Probat consequenter Arist. quod huiusmodi propositiones per se sunt necessariæ. Vbi notandū est, quod propria passio aut est simplex accidens, quod conuertitur cum subiecto, ut risibilis cum homine. Et de istis non est dubium quin faciant propositiones necessarias. Attamen est alia passio quæ ipsa simplex non conuertitur cum subiecto, sed disiunctum ex illa & suo opposito aut suis oppositis, ut rectum non conuertitur cum linea, sed rectum vel curuum, nec par conuertitur cum

numero, sed par vel impar. Et probat, quod ista in quibus totum disiunctum predicatur sunt necessaria, ut omnis numerus est par vel impar. Aut enim quod hæc omnia habent se tanquam cōtraria, aut primatiue opposita, aut contradictoria in eodem genere. Quod est dicere. Quæuis de aliquo ente puta de albedine neget vtrūque, scilicet, rectum & curuum & par vel impar, quia non sunt passionis qualitatis, tamen indeterminate genere. scilicet, quantitatis negari non potest vtrūque, ut puta in linea vel in numero. Curuum. n. idem est quod non rectum in linea. i. linea non recta: & par, idem est quod non impar in numero, ubi sequitur. i. ubi ex hoc quod non sit impar sequitur esse parum. Et hoc est quod dicit quod opponuntur sicut contradictio, aut priuatio in eodem genere. Sicut ægrum idem est quod animal non sanum. Vnde omnis linea aut est recta aut non est recta, quia de quolibet verum est idem affirmari aut negari, si non est recta, cum sit apta nata esse recta, sequitur quod est curua. Et hoc modo proceditur in alijs disiunctis. Omnis enim nasus est rectus vel sinus vel aquilus. Aut enim est rectus aut non est rectus: si non est rectus, aut est cauus, & tunc est sinus: aut non est cauus. Si ergo nec est rectus nec cauus, sequitur quod sit gibbosus, & est, aquilus. ¶ In text. 11. vniuersaliter autem exponit tertium terminum propositum in principio capituli, scilicet quid sit vniuersale, seu vniuersaliter dicit. Ad cuius litteræ intelligentiam notandum est huius tres terminos. Dicit de omni, & per se, vniuersaliter se habere tamen quam superius & inferius. Omne enim vniuersale est per se, & non e conuerso: atque omne per se est de omni, & non e conuerso. Exempla gratia: omne per se est de omni, & non e conuerso: omnis cygnus est albus, omnis coruus est niger, sunt de omni, etiam posteriori: tunc quia predicatum conuenit cuiusque supposito subiecti pro quolibet tempore, saltem naturaliter: tamen non sunt per se, quia nigredo non est de intrinseca ratione corui, nec albedo de intrinseca ratione cygni. Imo nec sunt propriae passionis ut in prædicabilibus cap. de accidente ostendimus. Itē in hac, omnis homo est sensibilis, predicatum dicitur de omni, & per se, sed non vniuersaliter. ¶ Vbi notato secundo non est predicatum dici vniuersaliter de subiecto non est predicatum tanquam vnum ex quinque vniuersalibus, nec sufficit quod conueniat cuiusque supposito subiecti: sed quod conueniat subiecto per se primo. At licet sensibile conueniat homini per se: quia si accipitur ut differentia constitutiva animalis est in definitione hominis: si accipitur tanquam passio animalis, est mediata passio hominis, tamen non conuenit homini per se primo, scilicet per hominem, sed per animal: nam homo in quantum animal est sensibilis, ¶ Quod si arguas hominem & animal formaliter idem esse: quia homo formaliter est animal, ut questione 3. super prolog. Porphyr. exposuimus reliquimus. Respondetur, quod illa distinctio rationis sufficit ut predicatum quod conuenit homini ratione superioris, dicatur conuenire per aliud. Itaque conuenit per se opponitur huic quod est per accidens, per se enim conuenit quod est deratione alterius, vel de cuius ratione est aliud, sed per se primo, opponitur huic quod est per aliud. Et quo vno verbo dicamus prædicamentum conuenire vniuersaliter requirit mutua conuentionem: ut scilicet tale prædicatum omni & soli subiecto conueniat: aut saltem sit proximum genus propriæ speciei: ut homo est animal. Quo fit ut dici de omni, dicat respectu prædicati, ut scilicet de omnibus dicatur, & dici per se non respectum ad ipsam naturam subiecti, ut si prædicatum sit de definitione subiecti aut vice versa. Sed dici per se primo, quod est vniuersaliter, dicit negatione prioris, id est,

Secundus modus per se.

Numerus par, impar simplex, compositus.

3. Modus.

1. Propo.

4. modus.

Textus. 10 Applicatio modorum per se ad demonstrationem.

Tex. 11. Dicit vniuersaliter.



id est, quod conueniat huic non per aliud cui primo conuenit. Per hanc ergo quae dicta sunt totus textus...

strabatur de isoscele per triangulum hoc modo, omnis triangelus habet tres angulos...

De deceptione circa vniuersale. Cap. V.



Portet autem non latere errorem per se fieri, & non esse id quod ostenditur primum vniuersale...

Causa risus

Tex. ij.

Tex. xiiij


duobus rectis habere competere videatur. Et similitudo rationum mutato ordine numeris...



demostretur tres a quos duobus rectis habere ostenderit: non dum is profecto triangelus...



Ostquam superiori capite definitum est quid sit praedicatum per se primo dici de subiecto...



cante illas oborti, idest resultantis nunquam cōcurrent
lineæ parallele sunt eiusmodi: ergo, &c. huiusmodi, in-
quit, demonstratio videbitur quidem esse propria, eo q̄
maior est de omni & per se omnes enim lineæ quæ tales
angulos rectos faciunt nunquam concurrent: quia om-
nes tales sunt parallele, tamen verum non est, idest, de-
monstratio non est propria: quippe cum id fiat, id est,
linea non concurrere & contingat, non ex eo, id est: nō ex
illa particulari ratione, quia tales lineæ faciunt angulos
illo particulari modo rectos, vt apparet in prima figura:
sed ex eo quia quouis modo faciunt æquales duobus rec-
tis, siue linea cada perpendiculariter, siue transuerfa-
liter: quia hæc est adæquate definitio parallelarum. Et
ideo hoc modo assumendum erat in maiori. Et ita intelli-
gitur quod præcesserat in textu, aut est in parte totum
id de quo demonstratur. Vocat enim partem illud vñ
membrum disunctiæ definitionis, & totum illam defi-
nitionem vniuersalem adæquatam parallelarum: & quia
secundum rem totum disunctum & qualibet pars con-
uertuntur, dicit totum est in parte. Quare secundum rem
idem effect accipere pro medio quamcunque illarum par-
tium definitionis. Et ideo subiungit, parti quidem accō-
modabitur demonstratio, & de qualibet erit, idest, quæ-
cunque pars sumatur pro medio, procedet demonstra-
tio. Sed tamen nunquam maior erit per se primo nisi as-
sumatur tota & adæquate parallelarum definitio. ¶ In
textu. 13. Et si nullus alius sequitur exemplum primi
modi deceptionis. Si enim inquit in mundo nullus esset
triangulus nisi isosceles: & ideo aliquis de illo demon-
straret, habere tres angulos æquales duobus rectis, esset de-
ceptio: quia passio illa licet conueniat omni isosceli, ta-
men non conuenit illi per se primo, sed triangulo. Quæ-
admodum esto nulla esset species animalis præter nomi-
nem, nihilominus sensibile, non conueniret per se primo
homini. Themistius & alij antiqui ponunt exemplum de
Sole & Luna. Esto enim nō sit nisi vnus Sol aut Luna, ni-
hil tamen debet demonstrari de sole tanquam de hoc in
diuiduo: vt si demonstraretur quod sol est maior tota ter-
ra debet demonstrari tanquam de specie: itaque si essent
plures soles haberent eandem proprietatem. ¶ In secun-
da particula textus. Et similitudo rationum, ponit ex-
plum secundi modi, puta quando passio generis attribui-
tur speciebus propterea quod nō est nomen impositum
generi: vt si animal non esset nomen impositum, & ideo
sensibile demonstraretur seorsum de homine: & de equo,
talis conclusio non esset per se primo. Aut si forte canis
& lupus est aliquod commune genus per quod illæ
species proprie differunt ab alijs speciebus animalium
& ea quod tale genus non est nominatum, passionis il-
lius seorsum demonstrarentur de canibus & de lupis. At
vero pro exemplo Aristot. notandum est, quod propor-
tio est habitudo inter duos numeros: vt dupla inter qua-
tuor & duo. Proportionalitas vero & proportio inter
duas proportionem. Quæ si fit coniuncta contingit in tri-
bus terminis: vt qualis est proportio duorum ad quatuor,
talis est quatuor ad octo. Si vero sit diuisa, contingit in
quatuor terminis: vt qualis est proportio duorum ad tria
talis est quatuor ad sex. Et inter hos terminos permutata
proportio dicitur quando permutantur termini hoc mo-
do. Sicut duo ad tria, ita quatuor ad sex: quia vtrobique
est sex qui altera, ergo sicut dico ad quatuor ita tria ad
sex quia vtrobique est dupla. Et iste modus arguendi cōue-
nit lineis, corporibus, numeris, & temporibus, quæ sunt sp̄s
quæritatis. Cū ergo permutatum proportionari demon-
strat Geometra de lineis: & Arithmeticus, de numeris, &
philosophus, de solidis, scilicet de corporibus & de tempo-

ribus, non faciunt propositiones per se primo: quia illa
passio communis omnibus demonstratur de singulis spe-
ciebus. Id autem fit, quia non est nomen impositum com-
mune quod significet illa omnia in quantum sunt propor-
tionalia. ¶ Sed contra quantitas est nomen commune
ad omnia illa: ergo de quantitate posset in cōmuni fieri
talis demonstratio. Quidam respondent, quod non om-
ni quantitati conuenit permutatum proportionari: quia
non conuenit orationi. Sed certe hoc falsum est, quia ora-
tio vt est de prædicamento quantitatis dicit longum &
breue, inter quæ potest esse proportio. Et ideo secundo
respondet Sanct. Thom. quod quantitates in quantum
sunt permutatum proportionabiles non habent nomen
commune: nam proportionari non solum dicit quanti-
tatem: sed habitudinem inter quantitates. ¶ Subiungit
tandem aliud exemplum quod est sicut corollarium, scilicet,
Si quis de speciebus trianguli, quæ sunt, æquilate-
rus, Græce isopleuros, & omnium laterum inæqualium,
Græce scalenos, & duorum laterum æqualium qui Græ-
ce dicitur isoscelos non isosceles, vt vulgo transfertur. ¶
Enimvero scelos idem est quod crus, & isos æqualis: vn-
de expuncta prima, scilicet isosceles, idem est quod tri-
angulus æqualium crurium, id est, duorum laterum æqua-
lium: quia crura in homine sunt duo. Si quis, inquit, de
huiusmodi speciebus vnica demonstratione, aut pluri-
ribus demonstraret habere tres angulos æquales duobus
rectis, peccabit in assignatione vniuersalis: quia talis pas-
sio non conuenit per se primo speciebus, sed generi, pu-
ta triangulo, vnica demonstratione id fiet si minor extre-
mitas sit copulatum illarum specierum: vt si quis dicat
omnis figura rectilinea trium angulorum habet tres an-
gulos, &c. æquilaterus & isosceles & scalenos est figura
rectilinea, &c. ergo æquilaterus & isosceles & scalenos
habent tres angulos æquales duobus rectis. Hæc enim
conclusio non magis est per se primo, quam si seorsum
copulatiue eadem passio prædicaretur de singulis spe-
ciebus. Concludit ergo, quod qui ita scit, solum scit so-
pisticis modo, quia licet sciat omnem triangulum ha-
bere tres angulos, id tamen solum scit ratione numeri,
idest, quia numeravit singulas species: nō tamen demon-
strat de illis secundum rationem communem triangu-
li cui primo conuenit illa passio. ¶ In textu. 14. Quan-
do igitur, concludit ex dictis manifestum: esse quando
quis non scit vniuersaliter, & quando scit vniuersaliter
& simpliciter. Et assignat rationem proximi dicti. Si
enim inquit eadē esset ratio, idest, definitio trianguli in
cōmuni & definitio singulari specierum aut omnium simul,
tunc qui sciret de singulis speciebus passionem triangu-
li, simpliciter sciret: cum tamen nō sit eadem, qui scit
de speciebus passiones trianguli, nō scit simpliciter quia
talis passio non conuenit per se primo speciebus. ¶ In se-
cunda tandem particula textus subiungit documentum
quod facile quis dignoscat, quado prædicatum aliquod
per se primo conueniat subiecto. Et est tale. Quando
prædicatum taliter conuenit alicui subiecto, vt demptis
& circumscripitis quibuscunque alijs, adhuc conuenit il-
li, & illo dempto non conuenit alteri, tale prædicatum
conuenit per se primo, & per consequens vniuersaliter ta-
li subiecto. Exempli gratia, In hæc, triangulus habet tres
angulos æquales duobus rectis, prædicatum per se pri-
mo conuenit subiecto: quia licet illud prædicatum con-
ueniat isoceli, & isoceli æneo, id est, ex ære composito
nihilominus quouis nullum sit æs nec sit angulus isosce-
lis, adhuc triangulus habebit tres angulos, &c. Et quan-
uis figura quæ est genus trianguli, & termino, id est, li-
neis terminatis, ex quibus componitur figura: conueniat
habere

Species tri-
anguli.

Isoceles.

Tex. 14:

Documēt.

Tex. 13.

Proportio-
nalitas.

habere tres angulos æquales duobus rectis, hoc conue-
niente ratione trianguli: nā de pto triangulo, nulla figura habe-
bit tres angulos æquales duobus rectis. Itaque habere
tres angulos æquales duobus rectis, tam inferiori spe-
ciei quam superiori generi conuenit ratione trianguli:
& per consequens, per se primo & vniuersaliter conue-
nit triangulo.

Quæstio tertia.

Vtrum modos dicendi per se
probè tradiderit Aristoteles.



Parte negatiua cōtra

definitionem huius quod est, dici de om-
ni, arguitur primo. In his propositionibus,
omne animal rationale est risibile,
omnis homo est animal, omnis homo est risibilis, & simili-
bus, prædicatum dicitur de omni posteriori scilicet, quā-
do quidem ex illis conficitur demonstratio possibilia: &
tamen illis non conuenit definitio: ergo illa nō est bona.
Probat maior: quia prædicatum conuenit pro quolibet
tempore (vt super textum adnotauimus) est proposi-
tionem simpliciter esse necessariam & tamē istæ nō sunt
simpliciter necessariæ: quia supernaturaliter possunt esse
falsæ: imo videntur fuisse falsæ ante mundi creationem
quando subiecta non supponebant. ¶ Et cōfirmatur primo
argumentum. Istæ propositiones, sol oritur & occi-
dit, Sol & Luna quolibet mense coeunt & opponuntur, &
id genus aliæ sunt in quibus prædicatum dicitur de om-
ni posteriori scilicet. æquialæt enim vniuersalibus & cen-
sentur in materia necessaria & perpetuæ veritatis in phi-
losophia naturali: & tū prædicata non conueniunt subiecto
pro quolibet tempore: ergo. ¶ Et confirmatur secundo.
Has propositiones. Aufer congregat nubes quas Aquilo
dissipat: in vere arua florent, in hyeme congelantur ni-
ues, censent philosophi esse tales quarum prædicata di-
cantur de omni, siquidem pertinent ad scientiam natura-
lem quæ pprie (vt dictum est) iudicat esse scientia, & tū
prædicata non semper conueniunt subiectis quippe quæ
non nunquā deficient: ergo definitio Aristot. non est bona.
¶ Secundo principaliter cōtra primum modum dicēdi
per se arguit. Si omnis ppositio in qua definitio aut pars de-
finitionis prædicat de definito esset in primo modo, sequeretur
q̄ istæ ppositiones, risibile est hō, simus est nasus præ-
flus, & omnes illæ in quibus subiectum prædicatur de sua
passione, essent in primo modo, vt pote in quibus prædica-
tū est de definitione subiecti, quia vt in secundo modo dictū
est subiectum ponitur in definitione passionis: cōsequens
tū est falsum, cū illæ sint indirectæ: ergo definitio Arist.
nō est bona. ¶ Et cōfirmamus argumentum eode modo ar-
guendo contra secundum modum dicēdi per se. Sequere-
tur. n. has esse in secūdo modo, aīal est homo, animal est ra-
tionale: linea est recta, triangulus est æquilaterus, & simili-
les: nempe in quibus subiectum est de definitione prædi-
cati: cōsequens tū est falsum, cum nō solum nō sint dire-
ctæ, sed neque sint de omni: si. n. illas vniuersales effe-
ris, falsæ tunc erunt. ¶ Tertio principaliter ad idem ar-
guitur. Sequeretur ex definitione primi modi omnes
prædicationes in quibus definitio, aut pars definitionis
superioris generis prædicatur de specie aut de indiui-
duo esse in primo modo perfectitatis: vt homo est substan-
tia animata sensibilis, albedo est qualitas. Petrus est cor-
poreus, & similes. ¶ Et cōfirmatur argumentum si simili-
ter arguitur cōtra secundum modum. Pariter nāque

sequitur ex illo illas ppositiones esse in secūdo modo in
quibus passionis superiorum prædicatur de inferioribus,
vt homo est sensibilis. Petrus est risibilis, & similes.
Consequens tamen vtrunque est falsum: nam propositio
per se videtur eadem esse quæ propositio immediata: &
tamen propositiones istæ omnes sunt mediata: quia nec
animatum nec sensibile cōuenit homini nisi per animal,
neque corporeum conuenit Petro nisi per corpus, quod
est genus remotissimum: neque risibile cōuenit illi nisi
per hominem. ¶ Quarto principaliter contra secundum
modum arguitur, subiectum nō est de definitione pro-
pria passionis: ergo hæc ratione passio non prædicatur
de subiecto in secūdo modo per se. Probat antecedens.
Propria passio est quoddam accidens de genere qualita-
tis: ergo definitur quiddatiue per proprium genus &
intrinsecam differentiam (sicut albedo, v. g. definitur ef-
se color, a. & linea est longitudo quantitatis sine latitudi-
ne) & per cōsequens propria passio nō definitur per suū
subiectum. ¶ Et cōfir. Proprium accipitur, 4. modis vt in
prædicabilibus monstratum est: sed proprium tribus pri-
mis modis nō facit prædicationem per se, ergo nulla re-
stat ratio cur pprium quarto modo faciat talem prædi-
cationem. Probat minor: nā proprium primo modo
nō facit ppositionem de omni: quia cōuenit soli, sed non
omni, vt hōi cōuenit esse medicum. Et proprium secūdo
modo nō definitur per eius subiectum, quia nō cōuenit
soli, vt bipes nō definitur q̄ sit hō habes duos pedes, sed
animal duorum pedum. Et proprium tertio modo, vt canes
scere, nō cōuenit semper: & per cōsequens non facit pro-
positionem de omni posteriori scilicet. ¶ Quinto principa-
liter cōtra vtrunque modum arguitur. Nō solum pro-
positiones in quibus definitio aut pars definitionis prædi-
catur de definito sunt in primo modo dicēdi per se, nec il-
læ tū in quibus subiectum est de definitione prædicati
sunt in secundo modo: ergo definitiones sunt nullæ. Pro-
batur aut. Propositiones in quibus vna definitio prædicat
de alia, vt est hæc syllogismus faciens scire est ille qui cō-
stat ex veris & notioribus, &c. propositiones in quibus
differentia superioris prædicatur de differentia inferioris,
vt rationale est sensibile, & illæ in quibus differentia
prædicatur de definitione. Et multæ aliæ sunt in primo
modo dicēdi per se: quæ in his omnibus prædicatum est de
intrinseca ratione subiecti: & tū in illis nō prædicatur de
finitio aut pars definitionis de suo definito. Item pro-
positiones in quibus vna passio prædicatur de alia, vt visi-
bile est sensibile, disciplinabile est risibile, sunt in secūdo
modo, aut in quibus passio rei vnus prædicamenti præ-
dicatur de re alterius, vt calum est circolare, terra est ro-
tunda, sunt in secundo modo: quia istæ omnes sunt prædica-
tiones propriæ, & tū subiectum in illis nō est de definitio-
ne prædicati. Terra enim nō ponitur in definitione cir-
cularis aut rotundi: sed quæritas, f. linea aut superficies:
ergo definitiones sunt in sufficientes. ¶ Sexto cōtra quar-
tum modum arguitur. Propositiones quarti modi sunt
simpliciter propositiones accidentales, ergo male cōnu-
merantur inter modos dicēdi per se. Ans patet de istis,
medicus sanat, ædicator ædificat, quæ cum sint in quar-
to modo dicēdi per se, sunt nihilominus accidentales &
simpliciter contingentes. ¶ Et id confirmatur ex illa pro-
positione quam Arist. asseruit statim post secundum mo-
dum, videlicet, q̄ propositio in qua nec prædicatum est
de ratione subiecti, nec subiectum de ratione prædicati
est per accidens: tales vero sunt istæ assumptæ, quia nec
ædificatio definitur per ædificatorem nec sanatio per
medicum: sed vtraque per terminum. Est enim ædifica-
tio factio ædificij, & sanatio productio sanitatis, sicut ea
Logi. Do. Sor. N lefact.



Infectio motus ad calorem. Et septimo demum arguitur. Quatuor isti modi dicendi per se...

possibili, sol potest oriri, planeta possunt coniungi. Et At vero iuxta doctrinam Arist. & omnium philosophorum aliter respondendum est...

Interpropositiones necessarias gradus.

Ad primum argumentum Ad questionem responsio est affirmativa.

Vnde ad primum argumentum multi ex Nominalibus huius temporis respondent, quod illæ propositiones, omne animal rationale est risibile, omnis homo est animal...

Circa materiam secundi principalis Paulus Venetus, modum forte antiquorum sequutus, dupliciter, inquit, propositio ponitur...

Ad secundum principale.

Paulus Venetus, modum forte antiquorum sequutus, dupliciter, inquit, propositio ponitur in aliquo modo dicendi per se. Uno modo proprie & directe, & alio modo reductiue.

tum ponitur in definitione subiecti, prædicatum consequenter se habet ut forma subiecti (nam definitio est forma definiti) quod sufficit ad prædicationem directam.

Ad tertium principale sunt etiam qui dicunt, illas propositiones in quibus generata aut differentia superiorum prædicantur de speciebus & de indiuiduis esse in primo modo...

Propositiones singulares per se.

Ad quartum.

Ad confir.

Per se tripliciter.

Logi. Da. Sor. N 2 sub



cus verò patet fieri non posse. Ex eodem enim genere ipsa extrema & media, necesse est esse: nam si non sint per se: accidentia erunt profecto. Quo circa fieri non potest: quo geometria contrariorum vnam scientiã esse vel duos cubos cubum esse, demòstret: aut alia quæuis scientia, id qd ad aliã pertinet, nisi in hisce quæ sic inter se habent, vt altera sub altera collocetur: quo pacto tam ad arithmetica[m] musica quam ad geometriam perspectiua se habet.

¶ Neque si quid lineis inest, non vt lineæ sunt, priorumque ratione principiorum geometria demonstrat, veluti si pulcherrima linearum sit linea recta: aut si se habeat ad circumferentiam contrario mó: non. n. hæc ratione propriij generis ipsarum: sed cuiusdam cõmunis competut.

Text. xxj. ¶ Patet autem, si propositiones ex quibus fit ratiocinatio vniuersales sint, necessario conclusionẽ quoque perpetuam esse demòstrationis talis, & demòstrationis omnino: non est igitur eorum quæ intereunt demòstratio, neque sciẽtia simpliciter, sed tanquam per accidens: quia nõ est ipsius vniuersaliter: sed aliquo in tempore, & quodam etiam mó: atque cum est conclusio corruptibilis, necesse est alterã propositionem & non vniuersalem & caducam esse: caducam, quoniam est ipsa conclusio talis, cum est illa talis: nõ vniuersalẽ, quoniã quoddam non erit eorum: quæ subiecti subeunt rationem: quare fieri nequit vniuersaliter ratiocinatio: sed hoc in tempore tantum. ¶ Similiter res se se habet & in definitionibus ipsis: quippe cum definitio aut principium demòstrationis sit, aut demòstratio positio differens, aut quædam demòstrationis conclusio. ¶ Patet etiã demòstrationes atque scientias eorum quæ sæpe fiunt, vt lunæ defectiones & huiusmodi rerum, quo quidem sunt tales, hoc esse semper, quo vero non sunt semper: hoc esse particulare. ¶ Cum autem pateat fieri non posse: vt quicquã demòstretur nisi suis quidq; principijs, si id quod demòstratur, rei cõpetit non vt est illa, non sanẽ quippiam scitur: etiã si ex veris & indemonstrabilibus, medioque vacanti bus ostendatur. Fit enim vt quippiam per in de ostendatur, atq; Bristo quadratiõẽ ostendit.

¶ Huiusmodi nanque quæ rationes percõ mune quoddã ostendunt, quod & alijs competat: quapropter & ad alias res non propinquas ipsæ ratio nes accommodantur. Igitur res non vt illa est sed per accidens scitur, nõ enim & ad aliud genus demòstratio accomodaretur. Tunc autem vnumquodque non per accidens scimus, cũ per id cognitionem cõsequimur, per quod

competit, ex principijs illius qua ratione est illud: velut cum duobus rectis æquales habere, ei scimus competere, cui per se competit id ipsum ex principijs. Quare si illud competit ei per se cui competit, medium necesse est in eadem esse propinquitate. Quod si non sit ita, at perinde erit, atque cum musica per arithmetica[m] demòstratur. Atque talia demòstrantur quidem similiter, differentia tamen est. Nam ipsum quidem esse ad aliã scientiam pertinet. Subiectum enim genus diuersum est: ipsum autem propter quid, superioris nimirum est, cuius per se sunt ipsi affectus. Quare patet ex his fieri non posse, vt demòstretur quicquam, nisi ex suis quidque principijs: sed horum principia habent commune.

¶ Quòd si id cõstat, patet fieri nõ posse quispia principiorum principiorum vt demòstrationem exhibeat. Erunt enim illa omnium principia, & ipsorum scientia domina omnium erit. Etenim is scit magis, qui superioribus ex causis scit, scit enim tum ex prioribus, cum ijs cõcausis scit, quæ non effectus subeunt rationem, quare si magis scit, & maximè & si illa scientia, magis profecto maximeque scientia est. ¶ Demòstratio verò ad aliud genus non accommodatur, nisi eo modo quo tam ad demòstrationem facultatis machinarum extruendarum, vel ad perspectiuas geometrica[m], quam ad musica[m] arithmetica[m] demòstrationes accommodantur, vt diximus. ¶ At verò difficile admodum sese percipere est quempiam, si sciat nec ne. Est enim difficile cognoscere, si ex principijs vniuscuiusque sciamus nec ne, quod quidem est scire. Putamus autem sæpenumero scire, si ex veris quibusdã primis ve ratiocinationem habemus. Id verò non est ita, sed oportet ipsis primis esse propinqua.



Constituto iam & con

Textu. 19. probato illo principio, quod scilicet demòstratio propter quid procedit ex necessarijs: in capite hoc. 7. Aristotel primo repetit & corroborat conclusionem primo propositam, scilicet, quod omnis demòstratio est ex propositionib; per se: moxque adiungit secundam. f. quod omnis demòstratio procedit ex proprijs, & deinde tertiam qd procedit ex perpetuis. Atque in partitione Cõmentatoris sunt in hoc capite textus quinque. In primo qui est ordine de cõmunionib; resumitur conclusio, quod omnis demòstratio est ex propositionibus per se. Quod probat ex præmisso principio: quia demòstratio est ex necessarijs: sed ea quæ per se competunt in vnoquoque genere, & vt tale est quodcunque, sunt necessaria: ergo demòstratio est ex his quæ sunt per se. Addit (vt tale est quodcunque) quia homini inquantũ homo necessariũ est esse

esse risibilem, &c. Accidẽtia autem nõ necessario in sunt subiectis: & ideo de propositionibus contingentibus si significantijs huiusmodi: accidentia nulla est sciẽtia. Hic dubitant quomodo supra ostensum est demòstrationẽ esse necessarium, quia est eorum quæ sunt per se: & hic circulariter esse eorum quæ sunt per se, quia est necessarium. Sed nobis nullum est dubium, quippe qui credimus idem demòstrasse in textu quinto decimo quod repetit modo. ¶ Subdit autem (Neque si semper sit, si non per se sit, cadit sub sciẽtia.) Quod dupliciter exponitur. Vno modo, qd licet sint propositiones necessaria: vt omnis cygnus est albus, omnis coruus est niger, omne animal est coloratum: tamen quia prædicata non sunt propria passiones: & per consequens non sunt per se, fit vt nec sint propositiones scibiles. Secundo modo proprijs ad literam. Quoniam nisi necessario concludat aliquam conclusionem, si nec sunt per se non faciunt propria scientiam. Quod manifeste patet vbi est demòstratio a signo & nota per causam. Vt si quis demòstrauerit, omne mixtum ex elementis esse corruptibile (exemplum est S. Thom.) eo quod omne tale experimur antiquari & se necere, manifestũ est quicquid se necit esse corruptibile, tũ causa per se corruptibilitatis nõ est illa. sed cõpositio ex cõtrarijs. Et ideo qui hoc nõ per signum demòstrat nõ scit propter quid. Concludit ergo Arist. qd vt cõclusio simpliciter sciat, debet tertio mediũ, & medio primum per se inesse. i. debet esse per se tam minor propositio in qua medium prædicat de tertio. f. de minori extremitate, qd maior in qua primum. i. maior extremitas prædicatur de medio. ¶ In text. 20. (Non igitur fieri) cadit iam Arist. ad probandum scãdam cõclusionẽ principalem. f. qd omis demòstratio debet procedere ex proprijs principijs. importãtibus proprias causas conclusionis. Et quãpprium duo excludit, f. & alienu, & cõe, vt tranque hic pbat. qd demòstratio vnus scientiæ nõ procedit ex principijs alienis alterius scientiæ: (Et hoc est quod ait nõ contingere transire de genere in genus, vt. f. Arithmetica vtatur demòstratione geometrica) & rursus probat, qd vna scientia non demòstrat ex illis principijs quæ sunt cõia illi & alijs scientijs. ¶ Diuiditur autem textus in quatuor particulas. Ad hoc autẽ ostendendum supponit primo tria esse in demòstratione. Primum id qd demòstrat inesse. Et hoc est quod per se inest alicui generi, i. subiecto alicuius scientiæ. Quæ sunt propria passioes illius. Alterum est dignitates & principia cõplexa per quæ præcedit talis sciẽtia. Et tertium est genus ipsum, puta subiectum cuius passiones demòstrantur. Quod in geometria est, quãtitas cõtinua, & in arithmetica numerus. At subiectum scientiæ vocat genus, ppter ea qd non de quãlibet specie est alia, & alia scientia: sed de vno gũre est vna scientia, vt de animali est sciẽtia animalium: & de quãtitate cõtinua cuius sunt plures spēs. f. lineæ, superficies & corpus, est geometria tractãtis etiã de pluribus speciebus figurarum. ¶ Dubitãt hic autem cur Arist. inter ea quæ contingunt demòstrationi non connumerat medium. f. definitionem. Ad quã respondet alij aliter. Sed puto horum tantum trium meminisse Aristotelem, aut quia horum tantum meminerat in primo capite: vbi dixit tria esse præcognita ante demòstrationem. Aut (quod ego existimo) quia hæc tria sufficiunt ad propositum. Non enim principia possunt esse aliena aut cõia, nisi aut ratione subiecti aut passionis aut dignitatis. Si enim subiectum est alienum scientiæ, definitio etiam erit aliena. ¶ In secunda particula textus, (Fit igitur pot) his suppositis intendit ppare hanc conclusionẽ. Nulla scientia demòstrat ex principijs alienis. f. alterius scientiæ. Ad cuius euidentiã notandum est, qd

Text. 20. 2. Cõclusio. Proprium duo excludit. Tria sunt in demòstratione. Demostratio non est ex alienis.

duæ scientiæ aut habent omnino subiecta diuersa. f. ex æquo diuidentia idem genus. Vt geometria, cuius subiectum est quantitas continua: & Arithmetica, cuius subiectum est quantitas discretã: quæ sunt genera subalternata quãtitatis. Aut subiectum vnus est directe inferius ad subiectum alterius: vt se habent scientia de aial & scientia de homine: seu scientia de triangulo & scientia de isoscele. Aut tertio modo quã subiectum vnus est inferius accidentaliter ad subiectum alterius: vt Geometria & Perspectiua, cuius subiectum est, linea visualis, & Arithmetica & Musica, cuius subiectum est, numerus sonorus. Visuale enim est accidens lineæ: sicuti sonorus est accedens numeri. Primo modo scientiæ sunt simpliciter diuersæ: & si vna vteretur principijs alterius diceretur vna migrare, seu transire in altam inam principia vnus sunt alteri aliena & vice versa. Secundo vero modo scientiæ non sunt diuersæ, sed ad eandem scientiam pertinet demòstrare passiones animalis, & per animal descendere ad hominem: & ad eandem pertinet demòstrare passiones trianguli, & per triangulum demòstrare easdem de speciebus trianguli. Nec ille vocatur descendens de scientia in scientiam, sed tertio modo scientiæ non sunt omnino diuersæ, sed subalternæ: & transitus a subalternante ad subalternatam vocatur descendens, qui est licitus. Vtitur enim perspectiuus principijs Geometriæ & Musica principijs Arithmeticæ. Et ideo Geometria descendit ad perspectiuam dando illi principia: & perspectiuus ascendit ad Geometriam recipiendo ab illa. ¶ Intendit ergo Aristoteles formare hanc rationem quæ certe apud expolitores sine forma est, & sine luce. Illa scientia non potest demòstrare ex principijs alterius scientiæ, cum qua non communicat in genere, id est, in subiecto: sed scientiæ diuersæ, quarum vna non subalternatur alteri non communicat in subiecto: ergo ex talibus scientijs vna non potest demòstrare ex principijs alterius. Maiorem in finuat dicens (fieri igitur potest vt ea quidem sint eadem e quibus fit demòstratio) id est, fieri potest vt in aliquibus scientijs eadem sint principia nempe in subalternante & subalternata vt statim dicitur, at quorum genus diuersum est, id est, diuersum subiectum, vt Arithmetica & Geometria, in hisce fieri nequit vt Arithmetica demòstratio accomodetur ad ea quæ magnitudinibus accidunt: id est, fieri nequit vt Arithmetica demòstret ex principijs Geometriæ. ¶ Subiungit, Nisi sint magnitudines ipsæ numeri, id est, nisi quantitas continua, quæ est subiectum Geometriæ, sed subiectum inferius ad numerum, qui est subiectum Arithmeticæ. Quod in aliquibus verum est: vt statim dicitur de Perspectiua & Geometria: quod tamen non conuenit Geometriæ Arithmeticæ. Minorem autem principialis rationis, scilicet, quod scientiæ quæ non subalternantur habent subiectum omnino diuersum, probat exemplariter Arithmetica & Geometria dicens. Arithmetica vero demòstratio semper in se genus id habet circa quod versatur, cãterq; similiter, id est, habet suum obiectum distinctum ab alijs scientijs: & ideo transire non potest vt sumat principia ab alijs. Nam non potest sumere principia ab alijs nisi vel in toto vel in parte communicet cum illis in subiecto. Sicut scientia de triangulo cõmunicat in toto subiecto cum scientia de isoscele, quia se habet vt genus ad speciem: & Geometria communicat in parte subiecti cum perspectiua: vt expositum est. At vero probandum restat quomodo si scientiæ non communicant in subiecto, communicare nõ possunt in alijs duobus: puta in dignitatibus, & in passionibus quæ demòstrantur. Quod Aristotele probat dicens. Ex eodem enim genere

Ratio Arif.

genere ipsa extrema & media necesse est esse. Quod est dicere, Medium & extremitates debent esse eiusdem generis: nam medium debet esse definitio subiecti quod est minor extremitas: & eius passio est maior extremitas: & ex his tribus debent constare dignitates. Definitio autem & passio per se debent conuenire subiecto: & per consequens debent esse eiusdem generis. Quod si non conueniant per se: iam accidentaliter conueniunt, atque adeo non erunt principia apta demonstrationi. Exempli gratia. Subiectum proprium illius passionis, habere tres angulos & equalia duobus rektis, est triangulus. Si ergo Geometria ad demonstrandum omnem triangulum habere tres angulos & equalia acciperet pro medio triangulum & medium (supposito, quod omnis triangulus esset ex ære) dicens, omnis figura ænea habet tres angulos & equalia duobus rektis: omnis triangulus est figura ænea, &c. ergo. Tunc uteretur principijs alienis: quia illa passio per accidens inest medio, & medium per accidens inest subiecto. (Vnde in tertia particula text. (Quo circa fieri) ostendit Arist. conclusionem intentam exemplis dicens, fieri non posse, vt geometria demonstrat contrarium vnam esse scientiam: quia hæc conclusio potius pertinet ad dialecticam: nec Geometria demonstrat duos cubos cubum esse. i. ex duobus cubis cubum tertium efficit: quia hæc pertinent ad Arithmetica. Nisi, inquit, in hisce quarum altera subalternatur sub altera collocatur, vt musica sub Arithmetica, & perspectivæ sub geometria: nam in his potest subalternari vt principijs subalternantia. Ad intellectum autem secundi exempli Aristotelis notandum est, quod cubus in quantitate continua est corpus omnium laterum quaque versus æqualium: vt est tessera quam vulgo dicimus taxillum. Quadratum enim dicit solam superficiem æquilatam, & cubus dicit corpus. In numeris autem est etiam figura superficialis & corporalis. Numerus enim resultat ex aliquo numero ducto per seipsum semel dicitur figura superficialis: vt quaternarius, qui resultat ex bis duobus, est quadratum superficiale: & nouenarius, qui resultat ex ter tribus, est triangulus æquilaterus superficialis. Numerus vero cubus est qui resultat ex ductu alicuius numeri bis multiplicati per seipsum: vt bis duo bis, sunt octo: qui est numerus cubus, & ter tria ter, sunt viginti septem: qui est numerus cubus: quia videtur assurgere in altum sicut corpus. In cubis continuis ex duobus cubis non fit cubus: vt patet si iuxta se ponas duos taxillos: fiet corpus altera parte longius: sed ex octo cubis semper fit cubus, vt patet si supponas quatuor taxillos in quadrato & superponas alios quatuor, resultat cubus: & ita in numeris ex duobus iunctis cubis non fit semper cubus: nam sexdecim continet duos cubos, & non est cubus. Sed tamen ex duobus cubis multiplicando vnum per alium, resultat semper cubus: vt si dicas octies viginti septem (quorum vterque est cubus) faciunt ducenta sexdecim, qui etiam est numerus cubus, cuius radix est sex: nam sexies sex sexties, sunt ducenta sexdecim. Ingeniose ergo Arist. posuit exemplum, qd demonstrare duos cubos facere cubum, non pertinet ad geometriam: sed est illi extranea conclusio, & propria arithmetico. Ad geometriam quem pertinet demonstrare, qd octo cubi faciunt cubum. In quarta particula textus. Neque si quid lineis, ponit tertium exemplum conclusionis, scilicet, quod adeo vna scientia non debet vt principijs alienis: vt nec de accidentibus sui subiecti impertinentibus ad talem scientiam debeat tractare. Veluti vt Arithmetica non debet tractare de lineis, an rektæ linea sit omnium pulcherrima, an sit contraria circulari. Nec Musica que tractat de nu-

mero sonoro, debet tractare an sonus Musicæ sit delectabilis: sed solum de proportionibus illorum. In text. 21. Patet autem subdit tertiam conclusionem, scilicet, quod demonstratio est eorum que sunt perpetua & incorruptibilia, id est, quod conclusio demonstrationis debet esse semper de re incorruptibili. Ait demonstrationis talis id est, de qua loquimur in proposito: & demonstrationis omnino scilicet simpliciter. Ac si dixisset quod demonstratio de qua loquimur, est simpliciter demonstratio. Et quod conclusio demonstrationis debet esse incorruptibilis, & perpetua, probat quia procedit ex propositionibus, id est, ex præmissis vniuersalibus. Appellat vniuersales eas que sunt de omni posteriori scite, id est, quorum prædicata insunt semper & necessario. Vnde vniuersaliter facit (hæc consequentiam). Si præmissa sunt perpetua: necessario conclusio est perpetua: vt patet ex secunda illorum trium conclusionum, quas supraposuit in fine text. 17. scilicet. Si antecedens est necessarium, consequens est necessarium. Et subdit, quod demonstratio non est eorum que intereunt. i. corruptibilium. Nec de illis est simpliciter scientia sed secundum accidens: quia tales conclusiones non sunt vniuersales. i. de omni posteriori scite: sed sunt veræ aliquando. Et rursus infert: qd si conclusio est corruptibilis, necesse est aliquam præmissarum esse & caducam, id est, corruptibilem, & non vniuersalem, id est, non de omni posteriori scite: vt patet ex tertia dictarum conclusionum in text. 17. Vg. in hoc syllogismo: Quicumque disputat loquitur, omnis homo disputat: ergo omnis homo loquitur: quia conclusio est contingens fit vt minor etiam sit contingens, & per consequens non fit de omni. Et ideo dicit, quod quia maior extremitas non est de ratione subiecti, talis demonstratio non procedit ex propositionibus de omni posteriori scite: sed ex his que in aliquo tempore sunt veræ, & in alio falsæ. Secundum antiquos exponitur demonstratio non esse corruptibilem, quia non est rerum que per se sunt corruptibiles, vt omnis homo est risibilis, Petrus est homo: ergo. Hic adnotare opus est quomodo secundum Aristot. non solum de propositionibus est scientia, sed de rebus ipsis que appellantur perpetuas & incorruptibiles. Propositiones enim non dicuntur incorruptibiles nisi ratione rerum. Atqui quomodo intelligatur res de quibus est scientia esse incorruptibiles, quaestione prima de vniuersalibus satis exposuimus. Homo enim & animal quatenus sunt vniuersalia, id est, quatenus abstrahunt ab hoc & illo homine, sunt res per se incorruptibiles. Quod est dicere: Connexio extremorum essentialium est perpetua veritatis, vt homo est animal, homo est substantia. &c. sunt tamen corruptibiles de per accidens ratione indiuiduorum. Homo enim est res corruptibilis: quia Petrus & Paulus & quilibet homo est corruptibilis: iuxta illud primo Meta. cap. 1. homo non generat hominem sed Calliam, ne & corrumpitur homo, sed Callias. In text. 22. Text. 22. Definitio non est corruptibilium: quod videlicet definitio non est corruptibilem, puta singularium, sed incorruptibilem, vt potest specierum quatenus sunt vniuersales. Non enim Petrus per se primo definitur, sed homo. Hac de causa Plato posuit ideas vniuersales separatas ab indiuiduis corruptibilibus, vt de illis esset scientia & definitio. Aristotel. vero dicit, quod scientia & definitio est de vniuersalibus que sunt realiter in indiuiduis: & per consequens est de rebus incorruptibilibus secundum se, corruptibilibus autem de per accidens. Probat autem Aristot. definitionem non esse corruptibilem, ex eo, qd demonstratio

Text. 21. 3. Conclusio.

Cubus.

non est corruptibilem. Quia definitio, inquit, aut est principium demonstrationis, aut demonstratio proprie differens, aut demonstratio conclusionis. Ad cuius intellectum notandum est, quod cum definitio explicet causam rei, potest explicare quodvis quatuor generum causarum. Et vna definitio potest demonstrari per aliam. Finit enim est prima causarum, que mouet agens: agens producit formam sibi similem: materia vero disponitur secundum necessitatem formæ. Vnde definitio materialis demonstratur a priori per formalem a qua dependet: formalis per efficientem: & efficiens per finalem: & de primo ad vltimum tam materialis quam formalis potest etiam demonstrari per finalem. Exempli gratia. Definitio iræ materialis est, accensio sanguinis circa cor: formalis autem & quodammodo finalis, est appetitus vindictæ. Sanguis enim accenditur ad vindictam capessendam. Sed ex vtroque membro efficitur vna completa definitio iræ, scilicet, accensio sanguinis ad cor propter vindictam: cum ergo ostenditur hominem esse iratum per alteram illarum definitionum, tunc definitio est demonstrationis principium. vt si dicas, Quicumque appetit vindictam irascitur: quicumque iniuriam patitur appetit vindictam: ergo. Quando vero vna definitio demonstratur per aliam, tunc vna definitio est demonstrationis principium: & altera demonstratio conclusio: vt si a priori demonstratur materialis per finalem sic, quicumque appetit vindictam, accenditur sanguis circa cor: iniuriam passus appetit vindictam: ergo iniuriam passus accenditur sanguis circa cor. Aut si vice versa, a signo demonstratur materialis per finalem. At vero quando ex vtraque fit vna definitio totalis, illa est tota demonstratio sola positione, id est, dispositione differens. Si enim dicas, quod ira est accensio sanguinis circa cor, propter appetitum vindictæ, illic red dicitur propter quod ira est accensio sanguinis, sicuti in demonstratione: & ponitur medium & virtualiter conclusio: hoc solo dempto, quod non sunt tres formaliter propositiones dispositæ in modo & figura. Cum ergo definitio debeat sic esse pars demonstrationis, fit vt quædam modum demonstratio non est ex corruptibilibus, neque eorum sit definitio. Consequenter Aristot. in secunda particula huius textus. Patet etiam respondet cuidam tacito argumento. De eclipsi enim luna est scientia: & tamen luna eclipsatur, non est de omni posteriori scite, quæ non semper eclipsatur, sed aliquando. Respondet enim qd in quantum sunt tales. i. demonstrabiles, sunt quidem semper: in quantum vero non sunt semper, non sunt demonstrabiles vniuersales, sed particulariter. Vbi notandum, qd eclipsis luna conuenit semper in ordine ad causas: non tamen semper in ordine ad tempus. Quod est dicere, quod quotiescunque terra interponitur, inde festibiliter luna eclipsatur: & sub hac ratione est scientia vniuersalis de eclipsi. sc. quotiescunque terra interponitur inter solem & lunam luna eclipsatur: sed quotiescunque sol & luna opponuntur in talibus punctis ecliptice puta dum luminaria sunt in capite vel in cauda draconis, terra interponitur: ergo quoties luminaria sunt in talibus punctis luna eclipsatur. At vero quia non in quocunque tempore simpliciter eclipsatur, propterea quando demonstratur qd isto anno, tali die, & tali hora eclipsabitur, est demonstratio particularis & non vniuersalis. Et hoc est quod dicit Aristot. Ob id que nos quaestione secunda argumento primo diximus hanc propositionem, luna eclipsatur, esse simpliciter scibilem. Et hanc etiam esse scibilem in philosophia naturali, homo est bipes: quia regulariter ita est: licet aliquando in singulari nascatur monstrum sine duobus pedibus. In text. 23. (Cum au-

Text. 23.

tem pateat) reuertitur ad probationem secunda conclusionis principalis. sc. demonstrationem procedere ex proprijs. Et quia propria sunt que nec sunt aliena nec communia: & iam patet esse demonstrationem non procedere ex alienis, ostendit modo non procedere ex communibus. Ait ergo, qd cum vnum quodque non sit demonstrandum ex quibuscunque principijs sed ex proprijs, fit vt si principia sint communiæ, que possunt accommodari ad aliud genus scientia, quantum illa sint vera & necessaria, non proprie & per se demonstrari: veluti Bristo, non proprie demonstrat quadraturam circuli, quia uteretur principijs communibus. Ad cuius intellectum supponatur definitio huius, quod est quadrare circulum, quam fecimus in prædicamentis cap. de ad aliquid, vbi ait Aristot. non esse scientiam inuentam quadraturæ circuli. sc. qd detur quadratum & circulus quorum area sint æquales: licet multi philosophi vt. i. Physic. videbimus eam conari fuerint inuenire. Inter quos Bristo utebatur hac ratione. Vbi est maius & minus, est æquale: sed descriptio circulo dabitur intra quadratum minus, & extra quadratum maius vt apparet in figura textus: ergo poterit dari quadratum æquale. Tametsi aliter etiam contendebat quadrare circulum, vt. i. Physic. est videre. Ait ergo modo Aristote. qd hæc demonstratio non procedebat ex proprijs principijs Geometriæ, cuius scientia est quadrare circulum (cum sit de quantitate continua): quia maior demonstrationis est communis etiam numeris, de quibus est Arithmetica. Et ideo dicit qd illud principium non conuenit rei vt illa est, id est, non conuenit figuris in quantum quantitates continuæ quod est conuenire per se primo & secundum quod ipsum nam maius & minus primo conuenit quantitati in comuni: & per quantitatem conuenit figuris & numeris. Et per consequens tale principium est per accidens. Nam tunc, inquit, cognoscimus rem per se quando cognoscimus ex proprijs: vt cum demonstramus de triangulo habere tres angulos æquales duobus rektis per definitionem trianguli, cui per se conuenit illa passio. Et hoc est quod ait qd si propria passio demonstratur de proprio subiecto, necesse est medium etiam esse in eadem appropinquitate. In secunda particula textus. Quod non sit ita sicut Aristot. Instantia que addeci posset contrahant doctrinam Musica nanque utitur principijs communibus sibi & Arithmetica, cui subalternatur: & pariter perspectivæ utitur principijs communibus sibi & Geometriæ. Responso autem Aristotelis consistit in hoc, qd licet ita sit, tamen hæc non est instantia: quia si Musica habet communia principia cum Arithmetica, hoc est quia habet subiectum in parte commune cum illa: nam subiectum Arithmetica est numerus, & subiectum Musica numerus sonorus. Et ideo principia numerorum seruiunt etiam numeris sonoris. Subdit tamen differentiam, dicens ipsum quidem esse, ad aliam scientiam attingere. sc. ad subalternam: sed propter quod illud recipit subalternam a subalternante (cuius sunt ipsi affectus). i. cuius propriae passionis demonstrantur per illa principia. Boetius vertit, qd ipsum, quia est proprium subalternatæ, & propter quod, est subalternantis. Vbi hoc verbum, quia (certe ineptum, vt capi. 10. videbimus) rem obscurat, Littera explicabitur hoc exemplo. Quod dicitur Aristot. (i. proportio sequitertia qualis est quatuor ad tria) sit sonora & bene consonas, est conclusio proprie Musica: nam Arithmeticus nihil dicit de sono. Et hoc est quod dicit Boetius, qd, quia, est proprium subalternatæ. Et Argyropylos significatiuus, qd esse. sc. verum est subalternatæ. i. talem proportionem esse consonam est propria veritas Musica: quia subiectum. sc. subalternatæ, genus diuersum est, patet a nume

Bristo.

Sciencie sub alternæ.

De principiis tam communibus quam propriis.
Cap. VIII.



AUTE IN Text. 24.

quocumque genere principia dico, quæ fieri nequit ut esse demonstratur. Igitur quidnam ipsa prima, & ea quæ ex hisce proficiscuntur significat, sumitur, atque sint principia sumere, cetera demonstrare necesse est. Cuius est quod unitas, aut rectum, aut triangulus sumitur, esse vero unitatem ac magnitudinem sumere, cetera autem demonstrare oportet. Eorum autem quibus in demonstratiuis utuntur scientiis, alia cuiuscumque scientiæ propria, alia cõia sunt: communia vero similitudine rationis: quippe usus eorum tantum sese extendat quacunq; in scientia, quantum cuiuscumque subiecto generi congruit. Propria sunt, ut lineam esse talem, rectumve: communia, ut si ab æqualibus æqualia demas, ea quæ restant æqualia sunt atq; horum unumquodque cuique satisfacit, ad cuiusque genus accommodatum. Idem enim hoc faciet, ac si non de omnibus ipsum accipere geometria: sed de magnitudinibus tantum, & arithmeticius de numeris solum. Sunt etiam & ea propria: circa quæ scientia considerat ea, quæ per se illis insunt: atque hæc & esse & quid sunt, scientiæ sumunt: & unitates Arithmetica: puncta, lineasve, Geometria: at horum per se affectuum quid quid quisque significat sumunt: ut arithmetica, quid par, quid impar, quid quadratum quid quoque cubus: Geometria, quid expers rationis: quid frangi, quid concurrere, & huiusmodi cetera. Demonstrant autem ipsos esse, & per communia, & per ea quæ demonstrata sunt. Ea dem & Astrologia facere solet. Omninaque demonstratiua scientia circa tria versatur. Ea sunt, ea quæ ponit esse: hæc autem sunt genus: cuius per se affectuum est contemplatrix: & ea quæ communes dignitates dicuntur, ex quibus primis demonstrat: & tertium affectus, quorum quid quisque significat sumit: nihil tamen prohibet scientiarum nonnullas horum prætere nonnullas: veluti genus non supponere esse, si esse pateat: non enim æque & numerum & frigidum & calidum esse patet: affectus etiam non sumere quid significant: si sint clare, sicut nec dignitates, nihil prohibet: ut quid significat æqualia ab æqualibus auferre: quia est notum: sed nihilominus hæc tria natura sunt: id in quâ circa quod scientiam demonstrat, & ea quæ demonstrat

Text. 25.

mostrat, atque ea ex quibus demonstrat. **¶** Non est autem id suppositio, neque postulatio sane quod per se ipsum esse viderique necesse est. Demonstratio namque non in oratione quæ est extra, sed in oratione quæ est in mente consistit: quando quidem neque ratiocinatio in illa consistere videtur. Cum enim semper aduersus orationem: quæ extra est, per infirmitatem obsequitur: ut aduersus eam quæ est in mente, non semper. **¶** Quod igitur demonstrari quidem potest, non demonstratum autem a se quisquam sumit, id aut supponit, si ita esse discendi videtur, atque hæc non absolute quidem, sed ad illum tantum suppositio est: aut postulat, si nulla profusus discendi de hoc opinio, vel etiã contraria insit. Atque hoc inter suppositionem postulationemque interest. Etenim id est postulatio, quod est contrarium opinioni discendi: vel quod quidem demonstrabile est, sed illud quisquam sumit, utiturque non demonstrato. **¶** Definitiones igitur eum affirmationes aut negationes non sunt suppositiones non esse patet: quia quidem ut genus propositio complectitur. Definitiones præterea percipiuntur solum oportet: at id suppositio non est, nisi quisquam & audire suppositio nem dixerit esse. sed ea sunt suppositiones, quæ tum sint hoc ipso quod sunt, emergit ipsa conclusio. Neque geometria falsa supponit, quæ ad modum nonnulli putarunt: qui quidem inquit, demonstrantem falsis uti suppositionibus non oportet geometriam vero falsa supponere, de signatum lineam nunc pedalem, nunc rectam esse dicentem: quæ quidem nec recta nec pedalis existat: nam geometria cum non sit ea linea, quam designauit aut protulit ore, concludere solet: sed cum ea sint quæ per illam significantur aut indicantur, quæ designauit ac protulit ipse: si super omnis postulatio suppositioque aut vniuersalis, aut particularis est: at neutrum istorum definitionibus competit: quare definitiones, suppositiones, postulationesque non sunt. **¶** Formas igitur aut vnum quid præter ipsa multa esse, ideo quia demonstratio sit, necesse non est: tamen verum est dicere, necessario vnum esse de pluribus predicandum: nam si id non sit, vniuersale sane non erit, at si vniuersale non sit, non erit medium ipsum: quare nec demonstratio. Esse igitur vnum quid oportet, idemque de pluribus non solum communi nomine predicandum. **¶** Nulla autem demonstratio sumit fieri non posse, ut simul idem affirmetur atque negetur, nisi fuerit opus ut hoc etiam pacto demonstraretur conclusio. Quod quidem fuerit, si sumpsimus affirmare quidem primum de medio esse verum, negare autem

Text. 26.

verum non esse. Nihil autem refert medium esse atque non esse sumere, & tertium pari modo. Nam si datum est id quo hominem dicere verum est, & si detur & id etiam quo non hominem dicere verum est: tamen tantum hoc totum sumitur hominem inquam animal, non autem con animal esse: et etiam verum, Calliam: etiam & non Calliam, animal, non autem non animal dicere: causa autem est, quia primum non solum de medio: sed etiam de alio dicitur, propterea quod ad plura sese extendit. Quare ad conclusionem nihil refert, & si medium & ipsum, & non ipsum est. **¶** Hoc autem, omne inquam affirmandum aut negandum esse, ea demonstratio sumit, quæ deducitur ad id quod fieri nequit: nec tamen semper vniuersaliter, sed quo ad satis est generi, circa quod genus demonstrationes afferuntur, sicut & prius est dictum. **¶** Conueniunt autem inter sese scientiæ omnes in hisce quæ communia sunt: communia vero dico, quibus utuntur tanquam ex eis demonstrantes, non autem de quibus demonstrant; nec ea, quæ demonstrat. **¶** Differendi quoque facultas cum omnibus conuenit, etsi quæ vniuersaliter ipsa communia ostendere nitatur: velut omne quod quis affirmatur, aut neget oportet, vel æqualibus demptis æqualibus, æqualia sunt ea quæ restant: vel talium aliqua, atque ipsa differendi facultas, non est sic definitorum quorundam; neque generis cuiuscumque: non enim interrogaret, demonstranti namque, interrogare non licet, propterea quod ex oppositis idem non ostendatur: hoc autem demonstratum in hisce est, quæ de ratiocinatione sunt pertractata.

Text. 27



Vn in capite superio

ri determinatum sit demonstratione propter quid procedere ex proprijs & non ex communibus principiis, atque ut in fine concludit, principia propria cognita sunt difficilia, in hoc octauo cap. latiore facit sermonem de principiis demonstrationis propter quid. Cuius intentio est hic ostendere quæ sint principia propria quæ ve communia: & quomodo quæuis scientia utatur huiusmodi principijs, scilicet, aut supponendo illa, aut aliqua exponendo alijs formaliter utendo in demonstratione, alijs vero solum virtualiter. **¶** Atqui secundum partitionem Commentatoris quatuor sunt textus in hoc capite in quorum primo qui est ordine vigesimus quartus ponit definitionem & diuisionem principiorum. At enim principia esse in quouis genere, quæ in tali genere sunt in demonstrabilia. Vbi notato, quod simpliciter principia, non dicuntur nisi illa quæ sunt immediata, id est, quæ priora non habent in tali genere quibus demonstrantur, ut propositio, in qua propria passio predicat de definito; aut definitio de definito, aut dignitates. **¶** Subiugit conuenientiam & diuisionem inter prima principia & alia, quæ velut conclusiones demonstrantur. At enim quæ tria principia prima quam

Text. 24.

Scientia nõ demonstrat sua principia.

quam ea quæ ex hisce proficiuntur (scilicet conclusionem) sumitur qui significant. Somere est recipere tanquam suppositum. Requiritur enim ante demonstrationem supponere significationes terminorum, tam principiorum quam conclusionis. (At si sint principia sumere cetera demonstrare necesse est.) Id est, differunt tamen...

Proportio irrationalis.

memoria: quia in numeris nulla est proportio irrationalis sed omnis rationalis, quia omnes numeri habent saltem unam partem aliquotam communem puta unitatem. quid significat frangi, ut linea visualis quæ frangitur in speculo: quid concurrere quemadmodum diximus parallelas non concurrere. Subiungit: Demonstrant autem ipsos esse per communia, & per ea quæ demonstrata sunt, id est, scientia vera demonstrata hos affectus, i. proprias passiones vere inesse subiectis: aut per principia communia, sicut Geometra & Arithmetica utuntur illo, si ab æqualibus æqualia demas: aut per principia demonstrata ex illo, ut Geometra si ab æqualibus magnitudinibus, &c. & Arithmetica si ab æqualibus numeris, &c. In textu 25. Omnis nanque, prescius quam id fecerat capit. 2. explicat principiorum differentias, scilicet postulaciones, suppositiones, communes animi conceptiones. Habereque textus particulas quinque. In prima refert quod dixerat...

Text. 25.

Dignitas, suppositio, petitio, definitio.

1. Diferentia.

2. Diferentia.

ut qui

ut si quis supponat definitionem trianguli esse figuram recti lineam triangulorum, quæque quidem ex nomine ipso facile apparet, aut omnes lineas ductas a centro circuli ad circumferentiam esse æquales: nam ostendo centro facile videbit circumferentiam æqualiter vndique distare: aut si quis disputans cum Democrito supponeret illi corpora fieri ex atomis, quod licet est falsum, tamen ipse opinatur esse verum. Hæc inquam omnia principia speciali nomine dicuntur suppositiones. Si vero tale principium nec sit evidens respondentem nec facile persuasibile, aut quia in re veritate est dubium respondentem, aut contrarium eius opinioni, hæc dicitur petitio seu postulatio quia scilicet demonstrator hoc postulat a respondente & sumit ab illo disputationis gratia, ut si petat solem esse maiorem tota terra, aut astra esse paria, aut volens demonstrare animam esse perpetuam supponeret eam per se moveri, aut si quis ab Aristotele qui scit non esse vacuum petat ut admittat vacuum esse, ut v.g. inde demonstratur non posse per tale spatium fieri motum successivum, ut ipse arguit in 4. Physic. Attamen si respondens non admittit quod est contra suam opinionem, tunc inde oritur quæstio inter disputantes. Tertia differentia est inter definitionem & alia tria, quia illa sunt propositiones: & ideo generali nomine dicuntur suppositiones. Definitio vero non est propositio: & ideo non dicitur suppositio: sed positio, ut capit. 4. v. sum est. Hastres differentias tractat Aristot. in hoc textu. Aut ergo (quod per se ipsum esse, videlicet necesse est, non est suppositio nec postulatio) sed dignitas. Ad hæc dicit, quod suppositio vel postulatio, licet per se sit vera, & demonstrabilis, tamen non per se videtur omnibus vera, sed indiget suppositione, quod præponatur a demonstratore. Dignitas vero & per se est vera & per se omnibus apparet vera: & per consequens suppositione non eget, ut quodlibet est vel non est. At quia posset quis dicere nihil esse tam manifestum, quod non possit ab aliquo proteruisimo voce negari, dicit quod demonstratio non est in oratione extra: i. in oratione vocali sed in mente. Ac si dicat, quod licet quis voce neget prima principia, non tamen potest id negare mente: quia illic sunt per se evidentia iuxta illud Commentatoris. i. de anima comment. 1. intellectus agens est causa primarum propositionum quo ad evidentiam: quippe cuius naturali lumine illustrantur. Alias, inquit, si satis esset voce negare principia, non solâ nulla esset demonstratio, sed nulla esset ratiocinatio. i. syllogismus: quia verbo quinque potest iniciari, i. negare. In tertia particula textus. (Quod igitur, &c.) ponit secundam differentiam inter suppositionem & postulationem. Quod igitur inquit demonstrari quidem potest, i. principium quod non est adeo omnibus evidens, quin possit aut demonstrari aut persuaderi aliqua ratione communi, tunc demonstrator sumit illud a respondente tanquam demonstratum, illud (inquit) si ita esse dicenti videtur erit suppositio: non quidem absolute, sed ad illam tantum respondentem. Quod addit propter suppositionem quæ solum est vera secundum opinionem respondentem: aut quæ rudentem solum admittit, quæ alius non admitteret. Si autem id vel non apparet rudentem, vel illic contrarium est, tunc erit postulatio. Exempla sunt iam supra posita. In quarta particula textus, Definitiones igitur, &c. ponit tertiã differentiam inter definitionem quæ in versione Boetii dicitur terminus & alia tria. Definitiones inquit tunc non sunt affirmatiodes nec negatiodes non sunt suppositiones: Quas quidem ut genus propositio complectitur, quæ suppositiones sunt speciei propositionis. Subiungit secundam rationem, quod definitio non sit suppositio: quia definitio non solum oportet percipiatur, & intelligantur simpliciter...

3. Dissen.

Principia non negantur in mente.

intellectus operatione: id autem quod tali intellectione simplici percipitur, non est suppositio, quia suppositio dicitur iudicium. Nisi quis sapiam, inquit & audire suppositio nem dixerit esse. Vbi notato, quod Aristot. ait. 3. de anima text. 2. simplicium intelligentia comparatur operationi sensuum exteriorum, & ideo intelligere, comparat hic ad audire: ut scilicet, audire, non est suppositio, quia non est propositio, ita nec intelligere. Sed ea inquit sunt propositiones quæ cum sint, scilicet, veræ, emegunt inferuntur ipsa conclusio. Respondet subsequenter tacite quæstionculæ. Dixerat enim suppositionem esse principium, et verum simpliciter aut saltem secundum opinionem respondentis. At possit quis arguere, quod Geometra sæpe supponit aliqua falsa, ut puta hanc lineam esse pedalem: aut rectam cum forte non sit ita. Respondet inquam, quod Geometra non videtur in suis demonstrationibus illis lineis ostensa ad sensum: quia de singularibus non est scientia: sed lineis in vniuersali, quæ designantur per illas demonstratas. Tandem adiungit tertiã rationem, quod definitio non sit suppositio, dicens omnis postulatio & suppositio, aut est vniuersalis, aut particularis: sed definitio nec vniuersalis est nec particularis: ergo. In quinta particula textus. (Formas igitur) concludit ex dictis contra Platonem quod propter necessitatem scientiarum aut definitionum non est necesse introducere ideas a singularibus separatas, quæ latine dicuntur formæ, sed est necessarium dicere vnum esse de pluribus prædicandum: puta vnam esse rationem communem specificam aut generalem abstractam ab indiuiduis sola operatione intellectus de qua sit scientia & definitio. Nam si hoc vnum non sit, non erit vniuersale: & si non est vniuersale, non erit medium demonstrationis, quod est definitio: & per consequens nec erit demonstratio. Atque adeo concludit, quod necesse est esse vnum commune non solum secundum nomen, sed secundum rationem. Vbi docet vniuersalia non solum esse in nominibus, sed in indiuiduis secundum rem, abstracta tamen per operationem intellectus. In textu 26. Nulla autem demonstratio: Postquam principia tam propria quam communia explicata sunt, docere pergit quomodo vna quæque scientia vtatur principijs communibus, & præsertim communissimis. Etenim vt. 4. meta. text. 10. & text. 27. est videre, duæ sunt generalia prima principia. Vnum negatiuum. De nullo idem affirmari & negari, verum est alterum affirmatiuum. De quolibet idem affirmari, aut negari, verum est. In prima ergo particula textus sermo est de primo, & in altera de secundo. Locust iste obscurissimus habetur, tum quia Græce certe est adeo consuetus, ut videatur truncus cui desit aliquod verbum: tum quia latine infideliter est traductus propter æquiuocationem verborum Græcorum. Vnde & antiqui & neotericis diuerse eum exponunt. Proponam prius sensum Aristot. qui facillime, moxque ad litteram descendam. Tres sunt termini in syllogismo. scilicet maior extremitas, medium & minor extremitas, quos Aristot. appellat primum, medium & tertium, vt sunt in proposito, animal, homo Cal affirmari & de nullo idem affirmari & negari verum est; non intrat formaliter demonstrationem. Et vtitur hac ratione. Aut deberet intrare ex parte primi, id est maioris extremitatis, aut ex parte medij, aut ex parte tertij, scilicet minoris extremitatis: sed nullum istorum: ergo. Probat minorem. Ex parte maioris extremitatis poni non potest: sub illa forma vt iacet: sed si accipiatur pro maiori extremitate duo termini contradictorij, quorum vnus affirmetur & alius negetur de medio. scilicet, Omnis homo est animal & non est animal: Calliops est homo ergo Callias est animal, & non est animal.

Plato. ideæ

Vniuersalia in rebus.

Text. 26.

De nullo idem affirmari & negari.

non animal. Et hæc quidem optima forma demonstrationis est, utrum vero illa pars negatiua maioris & conclusionis sit superflua, an aliquid cōducatur, in fine exami- nabimus. Ex parte vero medij non potest addi hoc prin- cipium in proprijs terminis, neque ex parte minoris ex- tremittatis: sed additur si accipiatur pro medio aut pro minori extremitate duo termini contradictorij, scilicet omnis homo & non homo est animal prima parte: distri- buta, in sensu copulatiuo, scilicet, omnis homo est animal & non homo est animal: Callias est homo & Callias est non homo (quæ vtraque pars esset vera, si minor extre- mitas esset superior ad medium) ergo. Sensus ergo Arist. est, q̄ quanquam posuit dari vtraque pars maioris veræ, tamen illa pars de subiecto infinito est superflua & nihil refert ad syllogismum. Si enim datur q̄ omnis homo est animal & non est non animal: & q̄ Callias est animal: licet non daretur illa, scilicet, non homo est animal & non est non animal: neque illa, Callias est non homo: sequeretur conclusio, scilicet, Callias est animal & non est non animal. Et eadem ratione nihil refert si ex parte minoris ex- tremittatis sumatur contradictio, scilicet, Callias & non Callias est homo, quæcunque enim pars subsumatur, suf- ficit ut de illa concludatur maior extremitas. Hic tamen sensus qui certissimus est Arist. nec versioni Boetij: nec Argyropyli conuadatur, & multo minus illi, quam mo- do nobis Basilea correctissimam dedit, nisi paucis muta- tis verbis, quæ non iuxta phrasim Græcam exegimus, & (ni fallor) merito mutauimus. ¶ Est ergo litera hæc Nul- la demonstratio sumit fieri non posse, ut simul idem affir- metur atque negetur id est, formaliter sumit hoc prin- cipium (nisi fuerit opus hoc etiam pacto demonstretur cō- clusio. Quod quidem fuerit si sumperimus affirmare qui- dem primum, id est, maiorem extremitatem de medio esse verum, negare autem verum non esse) cuius iam nos exemplum posuimus (nihil autem refert medium esse aequi non esse sumere: & tertium pari modo) id est nihil condū- cit ad vim demonstrationis duos terminos contradicto- rios capere aut ex parte medij aut ex parte minoris ex- tremittatis. Probat vtrumque simul, quod rem facit obicu- ram. Nam si datum est id quo hominem dicere verum est, id est data est ea maior propositio qua vere enū- tiatur hominem esse animal & non esse non animal, hæc enim maior extremitas supplenda est. Et si datur id e- tiam quo non hominem dicere verum est, id est, quanuis datur etiam vera alia pars maioris de subiecto infini- to, scilicet, non homo est animal, & non est non ani- mal tamen si tantum hoc totum sumatur, hominem in- quam animal non autem non animal esse, id est, si tantum sumeretur pro maiori illa prima pars de subiecto finito (erit autem verum) id est optime concludetur Calliam, etiam & non Calliam, animal, non autem non animal di- cere. Si enim subsumatur, Callias & non Callias est ho- mo, inferetur Callias & non Callias est animal & non est animal. Molestum esset hic referre translationes Boetij & Argyropyli, vt apparet, quam non sunt intelligibiles, vt modo circumferuntur. ¶ Subiungit Aristot. causam cur maior extremitas, quæ dicitur de medio, dicatur etiam de eius contradictorio. Causa inquit est, quia primum id est maior extremitas non solum de medio, sed etiam de alio dicitur: propterea quia ad plura sese extendit id est propterea q̄ maior extremitas est superior ad medium, prædicatur tam de homine, quæ de non homine, puta de equo. Dubium restat quid velit sentire Aristot. in primo membro: vtrum sentiat aliquando esse necessarium, ex parte maioris extremitatis dicere, omnis homo est ani- mal & non est non animal. Multi sunt qui dicunt id non

quam esse necessarium: quibus S. Thom. subscribit: nam cum duo termini contradictorij non possunt simul verifi- cari de eodem, idem est omnino, omnis homo est ani- mal, & omnis homo est animal qui non est animal. Qua- re secundum istos intentio Arist. fuit inferre, q̄ nullo mo- do tale principium intrat demonstrationem: nam si ali- quo modo intraret, maxime illo primo modo, sed illa est inutilis repetitio: ergo nullo modo intrat. Quæ quidem ex positio optime potest sustineri maxime iuxta versio- nem Boetij. Philoponus dicit, quod aliquando contra- ignaros homines & proteruissimos: necesse est tales pro- positiones sumere. Posset enim ignarus dialecticæ crede- re, q̄ anima est perpetua, & non perpetua: propterea q̄ secundum partem intellectiuam est perpetua & non se- cundum sensitiuam. Contra quem arguendum esset hoc modo, Omnis forma quæ habet aliquam operationem non dependentem a corpore est perpetua & non est non perpetua: anima est huiusmodi, ergo. Et iuxta phrasim Græcam quam fideliter trāsfert Argyropylus forte hoc voluit sentire Aristote. com dixit, nisi fuerit opus, vt hoc etiam pacto demonstretur conclusio. ¶ In secunda parti- cula textus. Hoc autem, &c. ostendit quomodo secun- dum principium affirmatiuum. De quolibet vnium affir- matum aut negatur, seruiat demonstrationi. Ait enim, q̄ hoc principium seruit demonstrationi dicenti ad id qd fieri nequit, id est a impossibile. ¶ Ad cuius euidenciam notandum est, q̄ argumētatio ad impossibile duabus de- causis fit. Vel ad ostendendum bonitatem consequentiæ (quod pertinet ad libros Priorum:) vel ad probandum veritatem propositionis, quod pertinet ad libros Poste- riorum. Exempli gratia. Negat quis hanc consequentiā de Baroco esse bonam. Omne b. est. a. c. non est. a. ergo c. non est. b. probabo esse bonam ducendo ad impossi- bile: nam si illa est mala, præmissæ sunt veræ & conclusio falsa, tunc ex contradictorio conclusionis vero cum ma- iori inferam contradictoriā minoris in Barbara hoc mo- do. Omne b. est. a. omne c. est. b. ergo omne c. est. a. & sic vel duo contradictoria sunt vera, vel prima consequē- tia de Baroco erat bona: sed duæ contradictoriæ nō pos- sunt esse veræ per primum principium, ergo prima con- sequentia erat bona. At de ista probatione non est sermo in præsentia: sed de probatione cōclusionis. Negat enim quis hanc propositionem, animal non est homo. Prob- abo eius contradictoria ducendo ad impossibile hoc mo- do. Sequitur bene, & omne animal est homo: equus est ani- mal: ergo equus est homo: consequens est falsum: ergo ali- qua præmissarum non minor: ergo maior: & per conse- quens contradictoria negata est vera. Quod probatur per illud principium affirmatiuum. De quolibet affirma- tio aut negatio sit vera. Et ideo si affirmatio est falsa, ne- cesse est vt negatio sit vera. ¶ Vbi hoc animaduertendum est, quod. q. 2. argum. 7. adnotauimus, & quæst. 4. statim examinauimus: scilicet, hæc prima principia genera- lissima non intrare formaliter demonstrationem: sed so- lum virtualiter. Et ita intelligitur hic textus. Non enim hoc principium assumitur tanquam præmissa: sed solum ad probandum, q̄ si talis propositio est falsa, sua contra- dictoria est vera. ¶ Subiungit Aristot. Nec tamen semper vniuersaliter, sed quoad satis est generis id est subiecto: ta- lis scientiæ. Quod est dicere. Hoc principium non sem- per assumitur sub illis terminis generalissimis, quodlibet est ens vel non est ens, sed accommodate & limitate ad subiectum scientiæ, vt si Geometria vult demonstrare dia- metrum non esse commensurabilem cōstræ, assumit hoc principium. Aut est commensurabilis aut incommensura- bilis: datur q̄ est commensurabilis, ergo aliqua certa pars est ali-

De quoli- bet idem af- fir. aut nega- tur.

De monst. ad impossi.

est aliquota vtriusque: consequens est falsum, ergo & au- tecedens: & per consequens est incommensurabilis. Quia omnes quantitates aut sunt commensurabiles, aut incom- mensurabiles. Vtitur ergo Geometria, commensurabili aut incommensurabili, tanquam primo principio, in quan- titate, vbi non est dare. medium: quia commensurari est proprium quantitatibus. Alia enim entia aliorum prædic- amentorum, nec sunt commensurabilia nec incommensu- rabilia nisi ratione quantitatibus. Et eodem modo Arithme- ticus vtitur tanquam primo principio, par vel impar, & philosophus, mobile, vel immobile &c. Modas vniuersa- lissimus est arguendi in omnibus scientijs. ¶ In text. 27, (Conueniunt autem) tandem concludit Aristote. duo co- rollaria. Primum est. Omnes scientiæ communicant quo- dammodo, non quidem in his, de quibus demonstrant puta in subiecto, nam isto modo solæ scientiæ subalter- næ communicant quodammodo in subiecto: neque in his quæ demonstrant, puta in passionibus seu conclusio- nibus: quia sicut quælibet scientia habet proprium sub- iectum, ita & habet proprias passiones: communicante ve- ro in principijs ex quibus demonstrant: quia conueniunt saltem in illis principijs generalissimis in textu præce- denti expostis. ¶ Vel aliter exponetur hoc corolla- rium, videlicet, Omnes scientiæ communicant in prin- cipijs communibus, puta in dictis duobus. Communi- cant, inquit, in illis tanquam eis ex quibus demonstrant, id est, tanquam principijs quibus omnes scientiæ gene- raliter vtuntur, vt iam modo dicebamus: non tamen tan- quam illis de quibus aliquid demonstrant, nec tanquam conclusionibus quas demonstrant. Et enim de illis prin- cipijs non omnis scientia aliquid demonstrat, ta- meti metaphysica demōstret aliquid de illis, puta quod nullus potest illa corde negare, vt iam modo dicebat Ari- stoteli: & habetur quarto Metaphys. textu. 8. Nec aliqua scientia potest a priori demonstrare illa prima princi- pia, quia sunt immediatissima, quanuis metaphysica ali- quo modo illa a posteriori ostendat exemplo & indu- ctione, quia quacunque re signata non potest simul esse & non esse, & necesse est aut esse aut non esse. ¶ Secun- dum corollarium est, quod differendi facultate, id est Dialecticā conuenit cum omnibus, id est, habet princi- pia communia quibus in omnibus scientijs vtitur. Sed est notandum, quod vult hic ponere Aristote. conuenien- tiam inter Dialecticam & Metaphysicam, quia ambæ dif- ferunt à reliquis omnibus scientijs, & præterea differen- tiam inter ambas. Conueniunt enim vt habetur etiā qua- rto Metaphys. text. 5. quod vtraque est scientia communis ratione sui subiecti, diuersimode tamen: nam cum subie- ctum Metaphysicæ sit ens, quod est superius ad subiecta aliarum scientiarum, ad ipsam pertinet persuadere om- nia principia rationi communi. Verbi gratia. Illud prin- cipium Mathematicum, omne totum est maius sua parte, probat ratione communi, quia omne cōtinens est ma- ius contento. Continens enim communius est quam to- tum: quia locus est continens locatum, & ideo maior: nō tamen est totum respectu illius. Et hoc principium, si ab æqualibus æqualia demas, &c. persuadebit per aliud vni- uersalissimum, scilicet, si ab his quæ eodem modo se habēt de- mas eodem modo se habentia, quæ remanent eodem mo- do se habebunt. Et enim eodem modo se habere commu- nius est, quam esse æqualia, conuenit enim alijs acciden- tibus quam quantitatibus, vt saporibus & coloribus. Et hæc de causa in omnibus scientijs naturalibus cognitio meta- physicæ est necessaria, quippe cuius proprium est, a prio- ri immediatas rationes ostendere, Dialectica vero, quia eius subiectum est ens rationis, quod licet nō sit superius

Textu. 27.

Cōuenit in- ter Meta. & Diale.

ad subiecta realium scientiarum, est tamen quodammo- do commune ad omnia (quia omnes res se possunt habe- re vel vt gen⁹, vel vt species, aut aliud prædicabile) ideo de omnibus potest rationes communes & persuasibiles afferre. Exempli gratia. Quod longissimum latus trian- guli sit minus duobus reliquis simul sumptis, probat Eu- clides principio proprio Geometriæ in conclusione vi- gesima, sed id persuadebit Dialecti- cus ratione communi, quia signatis punctis extremis longissimi lateris puta. a. inter illa procedit illud latus rectè per chordam, & alia duo quasi per arcum. Item philosophus moralis probat odium esse in concupiscibili vbi est amor: quia per odium concupi- scimus incommodum inimico, sicut per amorem opta- mus ei bonum, sed Dialecticus probabit ratione commu- ni, quia amor & odium sunt contraria, & contraria sunt circa idem. ¶ Est tamen differentia inter Metaphysicam & Dialecticam, quod Metaphysica solum sumit vnā par- tem contradictionis determinatam, sc. veram ad conclu- dendum id quod est verum. Dialectica vero sumit vtram- que partem conclusionis tam veram quam falsam, & ex vtraque tanquam probabili argumentatur apparenter: & propterea Dialecticus interrogat respondentem vtrā partem oppositionis maullat dare. Vnde notanter loquitur hic de Dialectica (quam vocat differendi facultatem) vt distinguitur contra partem Logicæ demonstratiuam, nā demonstrator, solum assumit partem necessariam ad cō- cludendum necessaria, vt Geometra solum demonstrat diametrum esse incommensurabilem cōstræ quadrati æ- quilateri, Dialecticus vero apparenter argumentatur qd sit commensurabilis hoc modo, Diameter quadrati alte- ra parte longioris potest esse commensurabilis cōstræ, & non est maior ratio de illo quam de æquilatero, ergo. Item omnes duo numeri sunt proportionabiles, ergo om- nes duæ quantitates. ¶ Est ergo litera Aristotelis (Diffe- rendi facultas, sc. Dialecticā omnib⁹ cōuenit.) Id est prin- cipia habet communia ad omnes scientias (Et si qua) id est si aliqua alia scientia (vniuersaliter ipsa communia ostendere nitatur) vt est metaphysica, quæ a posteriori exemplis nititur ostendere illud principium, quodlibet est vel non est, aut illud a priori, si ab æqualibus æqualia demas, &c. (Atque ipsa differendi facultas non est hic de finitorum quorundam nec generis cuiusdam) id est. Atta- men Dialectica non sumit determinatam partem contra- dictionis sic vt Metaphysica, vel ars demonstratiua, sed vtramque sumit. (Non enim interrogaret) id est, si non vteretur vtraque tanquam probabili non interrogaret vtram velit respondens dare. (Demonstrari nanque in- terrogare non licet, propterea q̄ ex oppositis idem non ostendatur). i. demonstrator non interrogat, quia cum debeat solum necessarium demonstrare, non potest id fa- cere ex vtralibet parte contradictionis, cum necesse sit al- terā esse falsam, ex qua non demonstrabitur necessarium. Hanc differentiam inter dialecticum & demonstratorē dicit ostendisse in libris de ratiocinatione. i. de syllogis- mo, puta in libris Priorū. ¶ Hinc sequitur solutio dubij Arist. Dialecticam non esse determinati generis, cum. 4. Metaph. text. 5. dicat subiectum eius esse ens rōnis. Ad qd dubium rident aliqui, q̄ propterea q̄ ens rationis reperit vniuersaliter in omnibus generibus scientiarum, dicitur hic Dialectica non esse determinati generis. ¶ Sed tamē re vera Aristot. hic nihil aliud vult, nisi quod Dialectica non determinatur ad aliquam certam partem contra- dictionis, sed vtraque probabiliter vtitur.

Logi. Do. Sor. O De pro-

Solutio du- bij.



De proprijs cuiusque interro- gationibus.

CAP. IX.



QVOD si eadem interro- gatio ratiocinativa, & pro- positio contradictionis est (sunt autem in vnaquaq; scientia propositiones, ex quibus vniuscuiusque pro- pria conficitur ratiocina- tio) erunt porro & interrogationes quaedam, ad singulas scientias atinentes, ex quibus fit cuiusque propria ratiocinatio. Patet ergo, non omnem interrogationem Geometricam esse, nec ad medendi artem omnem accommodari, & pari modo de ceteris. Sed aut ea, ex quibus aliquid eorum ostenditur, de quibus est ipsa Geometria: aut ea quae ex eisdem demonstrantur, ex quibus Geometria demonstrat: qualia sunt perspectiva: idem est & in ceteris intelligendum. Atque de his ipsis reddenda quoque ratio est ex Geometricis principijs, conclusionibusve, sed de principijs non est reddenda ratio Geometriae, quatenus professor Geometriae est: eadem sunt & in ceteris scientijs obseruanda. Nec igitur artificem quem- que quavis percontari, nec ad quavis interro- gationem de singulis respondere oportet: sed ea tantum, quae in scientia sua determinata sunt. Quod si quisquam cum Geometra, quatenus Geometra est, sic disseruerit, patet & bene illum esse disceptaturum, si ex his ostenderit aliquid: quod si hoc disseruerit modo, non bene sine dubio disceptabit. Patet etiam illum non redarguere Geometram, nisi per accidens quam ob rem inter ignatos Geometriae, de Geometria disserendum non est: latebit enim is, qui dixerit praeuere. In ceteris etiam scientijs, res se habet similiter.

Text. xxviii. Cum autem interrogationes Geometricae sint, sunt ne & a geometricis? & in- terrogationum ea quae ab ea prodeunt ignora- tione, quae est dispositio, geometricae ne sunt an non & in quacunque facultatum similiter praeterea vtra ratiocinationum ab ignorance conficitur: ea ne quae ex oppositis constat, an ea quae constructa vitiosae est? At enim a geometricae interrogationes, aut ex Geometria sunt, aut ex alia facultate, nam Musica quidem interro- gatio a geometrica est, ex Geometria vt aqua distantes putare concurrere, tum geometrica, tum a geometrica est: duplex enim a geometricum, & perinde atque informe atque alterum

ex eo, quia nihil Geometriae vt informe quod vacat forma; alterum ex eo, quia aliquid eius praeuere complectitur: vt informe, quod turpem habet formam, foedamque, atque haec ignora- tio, & quae ex talibus est principijs, Geometriae contraria est.

Textus. xxix. In mathematicis autem non similiter fraus fit, cum disseritur: quia medium est semper duplex: nam alter extremorum de hoc omni, & hoc rursus identidem de altero dicitur: atque praedicatum non dicitur omne: haec autem cernere licet, quasi mentis perceptione. In disserendi vero facultatis disceptationibus latent. Est ne omnis circulus figura? si designauerit patet: sed quidnam ultra, carminane sunt circulus? continuo patet non esse. Atque non oportet inficiationem ad ipsum afferre, si industriua propositio sit. Vt enim neque propositio est ea, quae non ad plura sese extendit (non enim erit de omnibus: ex vniuersalibus autem extruitur ratiocinatio) sic patet nec ea inficiationem esse, quae vniuersalis non est: etenim eadem sunt propositioes inficiationes vtriusque quam afferit quisquam inficiationem, ea vel disserendi vel demonstrandi propositio fieri potest. Fit autem vt quidam vitiosae concludat. Propterea quod eos medios sumunt, qui terminos vtroque sequuntur: quale quidem & Carneus facit, ignem gigni multiplicata ratione hoc pacto concludens: ignis vt dicit celerrime gignitur: quod multiplicata gignitur ratione, id celerrime gignitur. Hoc autem modo constare ratiocinatio nequit: sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio, & ignem celerrima generatio. Interdum igitur fieri nequit, vt ex ijs quae sumuntur ratiocinatio conlruatur: interdum vero fieri potest, sed non cernitur. Quod si fieri non posset, vt verum ostendatur ex falsis, facile esset resolvere: conuersio namque necessario fiet. Sit enim a. verum: quod cum sit, haec sunt, quae quidem esse scio, vt luti. b. ex ijs igitur illud esse ostendam. Conuertitur autem ea magis quae in mathematicis sunt: quia nullum accidens, sed definitiones accipiunt, atque hoc etiam ipso a disserendi differunt facultate. Accrescit etiam ratiocinatio non per media, sed assumendo. Na. a. de. b. fumitur, & hoc de. c. & hoc rursus de. d. Atque hoc in infinitum procedit. In latus quoque eius sit incrementum. a. namque de. c. atque de. e. concluditur. Sit enim a. quidem numerus absolutus. b. vero simpliciter numerus impar, & c. definitus numerus impar. a. igitur de. c. concluderetur. Altera rursus in parte. d. quidem sit par numerus simpliciter sumptus. c. vero definitus numerus par. a. igitur de. e. concludetur.

Postquam



Ost quam in fine superioris capitulo, ostensum est quomodo particulares scientiae non videntur principijs communibus, in hoc nono cap. pergit Aristotele, dicere quomodo quavis scientia vtatur proprijs principijs. At qui si partitionem Comentariorum sequitur, capitulum hoc continet fragmentum superioris text. 27. duosque alios text. f. 8. & 29. In prima ergo parte postquam dixerat Dialecticam & Metaphysicam habere quodammodo communia principia omnium scientiarum, subiungit, quod omnes scientiae habent sua propria principia & interrogations. Ad cuius notitiam notandum est haec tria nomina, interrogatio, propositio, & conclusio, idem significare diuersis rationibus. Eadem enim propositio dum interrogatur, est interrogatio seu quaestio: dum probatur est conclusio: dum admittitur a respondente, vel probata ab arguente assumitur tanquam praemissa ad aliam probandum, est propositio. v. g. Anima est immortalis, dum interrogatur, vel a discipulo vt sciatur, vel ab arguente vt probetur, vel reprobetur est interrogatio: dum concluditur, ex illo medio, puta anima potest intelligere sine corpore, est conclusio: dum ea inferitur operationes posteras dirigendas esse in aliam vitam, est propositio. In prima ergo parte textus Aristoteles ponit duas conclusiones: primam quae pertinet ad arguentem: secundam quae pertinet ad respondentem. Prima conclusio: Vniuscuiusque scientiae sunt propriae interrogations. Probatur: quia vniuscuiusque scientiae sunt propriae propositioes. Vbi adnotandum est, quod aliter accipitur hic interrogatio quam in superiori capite. Illic enim accipiebatur stricte vt pertinet ad dialecticum, qui probabiliter interrogat vtrunque partem contradictionis hic vero accipitur latius pro quaestione quacunque, etiam si sit propositio necessaria, quales sunt in scientijs demonstratiuis. Concludit ergo non omnem interrogationem esse geometricam, neque omnem ad artem medicam pertinere. (Sed ea &c.) Vbi notandum, quod interrogatio dupliciter potest pertinere ad Geometram: vno modo quia interrogatur propter quid alicuius conclusionis Geometricae: alio modo quia interrogatur propter quid alicuius propositiois perspectivae quae illi subalternatur. Quod enim Geometra demonstrat in communi de lineis: Perspectiuus assumit tanquam principium de lineis visualibus: vnde ad subalternantem scientiam pertinet red dere propter quid subalternatae. Ait ergo principia esse Geometrica aut ea ex quibus aliquid eorum. sc. conclusio num demonstratur, de quibus (scilicet conclusionibus) est Geometria: aut ea, scilicet principia quae ex eisdem s. principijs demonstratur, ex quibus Geometria demonstrat: qualia sunt principia perspectivae. Itaque vult dicere, quod principium perspectivum potest interrogari a Geometra. Quod si quis arguat quod potius ad perspectivum spectat scire principia geometrica, quam econverso ad Geometram principia perspectivae: si quidem perspectivus demonstrat per principia geometrica. Respondetur, quod perspectivus inquantum perspectivus non probat sua principia: sed credit & recipit illa tanquam probata a Geometra, & ideo illa pertinent ad Geometram. Et hoc est quod subiungit. (Atque de his ipsis, i. principijs perspectivis reddenda est ratio ex principijs Geometriae siue ex conclusionibus eius.) Adit nihilominus, quod Geometra quatenus est Geometra non debet reddere propter quid de suis proprijs principijs, sed hoc pertinet ad metaphysicum vt dictum est. In secunda particula textus. (Nec igitur, &c.) ponit secundam conclusionem

Interrogatio, propositio, conclusio.

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

quod, scilicet non pertinet ad quambet scientiam de quouis interrogato respondere. Exempli gratia. Si quis interroget Geometram, an linea recta pulchrior sit quam visualis, an circularis figura aptior sit ad motum quam quadrangula, non pertinebit ad ipsum motum quam ad ipsum non spectat aliquid scire de pulchritudine aut de motu. Vnde subiungit, quod si quisquam cum Geometra quatenus Geometra est sic disseruerit, vt ex proprijs principijs Geometriae voluerit illum redarguere, bene disceptabit. Si autem arguerit ex principijs quae non sunt Geometrica, redarguet illum quidem per accidens, nec propterea concludet eum esse ignatum Geometriae, vt si Geometram asserentem Quadratorum pulchrius esse circulo, quis redarguerit Circulum esse pulchriorem, nihil probauerit contra Geometram inquantum est Geometra. Ex his colligit Aristoteles documentum, quod de vnaquaque materia disputandum est inter eos tantum, hoc est, & cum his, & coram his tantum, qui periti sunt in illa arte, vt periti ex proprijs principijs disputent, & non ex impertinentibus & qui astant scientiae iudicare vter disputantium bene disputet. In text. 28. (Cum autem in interrogationes) mouet Aristotele. tres dubitationes: si in terroganter legantur: nam forsitan melius legeretur asserere vt patebit. Ad cuius euidentiam notandum est, quod quemadmodum in vnaquaque scientia sunt propriae interrogations & conclusiones, ita simul & propria ignorantiae seu deceptiones pertinentes ad illam scientiam. Secundo notandum est, quod ignorantia vt videbitur cap. 12. alia est purae negationis & alia praue dispositionis. Ignorantia purae negationis est mera negatio scientiae, vt rusticus habet nunc ignorantiam Geometriae de qua nec verum dicit nec fallum: ignorantia vero praue dispositionis est error contrarius scientiae: nam scientia est bona dispositio, vt si quis in Geometria crederet paralellas concurrere. Ignorantia purae negationis Geometriae est quacunque ignoratio circa materiam aliarum scientiarum: vt pote quae nihil pertinet ad Geometram, vt ignorantia Musica vel Philosophiae. Ignorantia vero proprie Geometrica, est illa quae est in materia propria Geometrica. Et haec vocatur proprie Graece ignorantia Geometrica. Quod Boetius transfert non Geometrica: sed melius dicitur, a Geometrica, seu Ingeometrica, quia particula non, cum accipitur infinita, tantum valet sicut id quod non est Geometricum, vt ignorantia medicinae vocaretur non Geometrica, sicut lignum dicitur non videns, sed particula, a, quae Graece est privativa seu in, latine significat ignorationem in propria materia, sicut caecum non dicitur lignum sed animal. Exemplum Aristotelis est Arithmeton quod potest verum, aut informe, vt vertit Argyropylius, aut non sonorum. Quod potest accipi negatiue, vt punctum dicitur informe & lana non sonora, aut priuatiue, sicut quod habet foedam & turpem formam dicitur informe: & dissonantia vtrum dicitur insonora. Tertio notandum, quod adhuc haec ignorantia praue dispositionis potest in scientia contingere dupliciter. Vno modo ex defectu consequentiae quia non est syllogismus, sed paralogismus, id est, syllogismus vitiose constructus, vt transfert Argyropylius: aut ex defectu materiae: quia scilicet procedit ex oppositis, id est, ex falsis principijs quae opponuntur principijs proprijs. Igitur secundum haec tria notabilia mouet Aristoteles in prima particula tres quaestiones. Prima, Vtrum quacunque in Geometria sunt interrogations geometricae, ita sint & interrogations non Geometricae, id est, ignorantiae propriae pertinentes ad Geometram. Secunda, Est ita fit, vtrum illae interrogations quae praecedunt Logi. Do. Sor. O. ex ea

Textu. 28.

Ignorantia duplex.

Tres quae...



Ex ignorantia quae est dispositio, id est, utrum: ignorantia pravae dispositionis sunt propriae Geometricae. Tertia. Vtra ratiocinationum proficitur ab ignorantia, id est, quae illarum dicitur propria ignorantio geometricae, ea neque ex oppositis constat, ad est, nunquid ea quae procedit ex falsis principiis an ea potius quae vitio se concludit per parallogismum. In secunda particula textus respondet ad quaestiones, vel forte ut Philoponus adnotavit, potius superiora verba legenda sunt assertive hoc modo, ut sunt interrogationes proprie geometricae, ita & propriae geometricae & c. nunc reddit rationem. Sed parum refert. Respondet ergo per distinctionem affirmativam ad ambas priores quaestiones quae sunt connectae. At enim geometricae interrogationes aut de Geometria sunt aut ex alia arte, id est, aut sunt in materiae geometricae aut in alia materia: ut ignorantia Musicae est non geometrica, id est, aliena a geometria. Hic est intolerabile mendacium in omnibus translationibus Argyropyli ubi ait q. Musica interrogatio, si de Geometria fiat, geometrica est. Musica enim ignorantia non potest esse de Geometria. Imo ponit exemplum Aristoteles de Musica, propterea quod nullo modo subalternatur geometricae, sed Arithmeticae. Et quod Argyropylius transfert, si de Geometria fiat, Graece non est nisi tatum ex geometria, quae quidem particula non connectitur cum primo exemplo, sed cum secundo, cum quo nos eam iunximus hoc modo, (Ex Geometria autem quae distant, id est parallelas concurrere) haec est ignorantia in geometria de geometria. Et ideo subiungit, quod est tamen geometrica quantum ad materiam, tum geometrica: quia est non veritas, sed ignorantia geometrica. Et ad declarandum secundam quaestionem ponit exemplum, quod sicut, informe, dicitur vno modo negativum de illo qui caret forma: ut est punctum vel angulus: & alio modo de illo qui habet turpem formam, ita ignorantia in geometria alia est pravae negationis, alia pravae dispositionis, quae est propriae in geometria. Et idem observandum est in omnibus scientijs. v. g. quod sunt tantum tria elementa est ignorantia pravae negationis in philosophia moralis: sed est ignorantia pravae dispositionis & propriae in philosophia naturali: econverso vero, quod tantum sunt tres virtutes cardinales, est ignorantia pravae negationis in philosophia naturali: quia nihil ad eam pertinet, sed est pravae dispositionis in philosophia morali. In textu. 29. (In mathematicis autem) respondet ad tertiam quaestionem quae erat, utrum ignorantia propria cuiusque scientiae sit illa quae procedit ex falsis principiis, an quae sit ex parallogismo puta ex mala consequentia. Et intendit in toto isto textu constituitur differentiam inter scientias Mathematicas (quas Boetius transfert doctrinas, eo quod mathematicae per excellentiam dicantur scientiae & doctrinae) & disputationes dialecticas, quod videlicet in dialecticis utroque modo contingit deceptio. scilicet & ex falsis principiis & ex parallogismo: in demonstrationibus vero contingere quidam potest ex falsis principiis non tamen ex parallogismo: & ideo pluribus modis contingit deceptio in dialecticis quam in demonstrativis. Atqui occasione huius ponit in hoc textu, quinque differentias in quibus mathematicae excellunt alijs. Hanc differentiam ostendit quinque rationibus & ita in textu quinque erunt particulae. Ad intelligentiam horum notandum est, quod parallogismus ex parte praemissarum contingit ex defectu medij, puta quia vel aequivoco sumitur (quam antiqui vocabant fallaciam in dictione) aut quia non plene distribuitur, quam vocabant fallaciam extradictionem. Primo excludit a mathematicis primum de-

Ad duas q-
stiones.

Arithmeticum.

Text. 29.

Ad tertiam
quaestionem.

fectum: deinde secundum: nam de defectu inferendo (quem nos appellamus extrinsecum) non facit Aristoteles. mentionem hic. Prima ergo ratio Aristotelis est haec, Medium in scientijs demonstrativis duplex est, id est bis sumitur: quia per se refertur ad utranque extremitatem (ut pote quia de ipso omni dicitur maior extremitas, & ipsum dicitur de omni minori extremitate) ergo in demonstrativis nec committitur defectus aequivocationis medij nec indistributionis eius. Antecedens est manifestum, quia medium in demonstratione vel est definitio cui per se primo convenit passio, & quae per se convenit definitio, aut medium est genus, & minor extremitas est species: & ideo medium non potest esse aequivocum. Et quanvis non sumatur cum signo vniuersali: quia tamen est per se, idem est differentiae, animal rationale est risibile, & omne animal rationale: & ideo virtualiter distribuitur medium. At quia dixerat maiorem extremitatem dici de omni medio, & medium de omni minori, & non dixerat omnem maiorem dici de medio nec omnem medium de minori, subiungit rationem: quia praedicatum, inquit non dicitur omne, id est, signum vniuersale non debet poni a parte praedicati, ut docuit ipse, 1. Perihier. capite. 5. Concludit ergo quod huiusmodi peccata in differendi facultate (id est dialecticis disputationibus) latet. Et ideo haec est prima differentia in qua mathematicae excellunt alijs. Subdit exemplum aequivocationis. Circulus enim aequivocè significat & figuram & genus quoddam carminis apud Homerum, quod eodem pede incipit & definit. Vnde dialecticus potest decipere sic arguendo, omnis circulus est figura: carmen est circulus: ergo carmen est figura. At vero apud geometram fieri nequit huiusmodi deceptio. Et ratio est quia (Haec inquit cernere licet quasi mentis perceptione. Vbi notandum, quod aequivocatio quae committitur in hac voce, circulus, non committeretur si ad oculum ostenderetur descriptus: quia lineatio circuli non est aequivocatio ad carmen sicut vox. Et quia geometra ex accommodatione sua scientiae habet figuras geometricas ante oculos mentis quem admodum illas describit in abaco, propterea cum ei fit mentio de circulo, nullam aequivocationem intelligit: sed statim recurrit ad figuram. Et ideo si quis interroget geometram, est ne omnis circulus figura? (Si designaverit patet) id est, si lineatus fuerit, patet quod omnis circulus est figura: & quanvis non lineetur in re, tamen mentis oculis lineatur a geometra. Et ideo si subsumatur, carmen est circulus, statim ei patet non esse verum. Summa ergo huius rationis est, quod cum in demonstrativis extremitates per se primo conveniunt medio, inde determinatur significatio medij, ut capi non possit aequivocè in dialecticis autem quia propositiones non sunt per se, potest aequivocatio latere: ut hic, quicumque discit est ignarus, sapiens discit: ergo sapiens est ignarus: nam discere aequivocè significat & privationem habitus, & hoc quod est actu considerare & intelligere. In secunda particula, (Atque non oportet) quia dixerat principia mathematicarum scientiarum esse de omni, inde quasi corollarium infert secundam excellentiam huiusmodi scientiarum ad scientias non demonstrativas, videlicet, quod aliter instatur huiusmodi principiis quam principiis aliarum scientiarum. Ad cuius intelligentiam notandum, quod instantia (quam Argyropylius appellat in faciationem) est propositio per quam aliquod principium ostenditur esse falsum: ut si quis philosophus assereret omne corpus esse in loco, adduceretur instantia, coelum secundum se totum non esse in loco. Vnde sicut interrogatio quando est praemissa, dicitur propositio, & quando pro-

Prima excellētia mathematicarum.

2. Excellētia.

Instantia.

3. Excellētia.

Multiplicata proportio.

5. Excellētia.

do probatur est conclusio, ita instantia, si assumatur ut praemissa ad reprobandum aliquod principium est propositio: & si concludatur tanquam oppositum principijs, est conclusio. Est ergo differentia inter mathematicas & alias scientias quae non procedunt demonstratione persissima, quod in alijs scientijs sufficit afferre instantiam de aliquo in particulari: ut modo dicebamus de celo: & hanc vocat Aristoteles instantiam inductivam: quia inductio fit per singularia. Sed in demonstrativis, quia praemissae sunt de omni, instantia non potest afferri nisi vniuersaliter falsificando principium. Etenim cum haec sit per se prima, triangulus habet tres angulos, & c. non potest instantia ferri de aliquo triangulo, quin afferatur de omni: quia nulla est quod ait Aristoteles, (Vt enim neque est propositio (scilicet in mathematicis) ea quae non ad plura se extendit (cum omnis demonstratio fiat ex vniuersalibus) patet nec instantiam in his esse quae non fit vniuersalis. Et probat consequentiam, quia idem est propositio & instantia. Nam quae afferret tanquam instantia, si modo probatur, potest esse praemissa ad aliud probandum tam in demonstrativis quam in dialecticis. In tertia particula, (Et autem & c.) accedit ad probandum in mathematicis non contingere parallogismum ratione medij non distributi, quae est tertia excellentia mathematicarum. Exponit tamen prius quomodo contingat hic defectus in dialecticis. Vbi notandum est, quod in propositionibus consuetis potissimum hic defectus committitur, si quis in secunda figura arguat ex puris affirmativis: ubi cum medium praedicetur in utraque praemissa in neutra distribuitur. Quocirca dum medium sumitur superius ad extremitates, non sequitur, omnis homo est animal: omnis equus est animal: ergo equus est homo. At pro exemplo Aristotelis sciendum est, quod ex elementis si superius gignitur ex inferiori, dicitur gigni multiplicata ratione (quod Boetius vertit multiplicata analogia, id est proportione.) Propterea, quod ut auctor est Aristoteles, 2. de genera. text. 24. ex vno pugilloterae sunt per rarefactionem decem aquae: & ex vna aqua, plures aëris: & ex vno aëris multo plures ignis. Si autem econverso inferius fiat ex superiori, dicitur gigni diminuta proportione: quia ex multis pugillis aëris, fit vnus aquae per condensationem. Quidam ergo philosophus Cæneus nomine parallogizabatur hoc modo. Quicquid gignitur multiplicata proportione, celerrime gignitur ignis celerrime gignitur: ergo ignis gignitur multiplicata proportione. Cuius conclusio vera quidem erat: sed male syllogizata propter distributionem medij. Et ideo si quis sub illa maiori subsumat, aqua celerrime gignitur ex aere, (quod verum est quando ex aere humido generatur) falso concluderet, quod aqua multiplicata ratione generatur. Et hoc est quod ait Aristoteles. fit autem ut quidam vitiose concludant propterea quod eos medios (scilicet terminos) sumant qui utroque extremos sequuntur sicut animal dicitur de homine & equo: & celerrime gigni de igne & aqua. Hoc supposito declarat quomodo hic defectus non contingat in mathematicis. Ait enim quod interdum fieri nequit ut ex tali dispositione medij construatur bonus syllogismus: nempe quando medium est superius ad extremitates: interdum vero fieri potest ut sit bonus. Sed non cernitur id est, licet non videatur habere formam: ut pote quando medium convertitur cum extremitatibus. Vnde cum in mathematicis & demonstrativis scientijs ut plurimum extremitates convertuntur cum medio, quia medium ut plurimum est definitio, & minor & maior extremitas sint definitum & passio, fit ut in huiusmodi scientijs ut plurimum teneat hic modus ar-

guendi: ut omne risibile est animal rationale, omnis homo est animal rationale: ergo omnis homo est risibilis. Tameñ quandoque non teneat etiam in propositionibus per se: ut omnis homo est animal: omnis equus est animal: ergo equus est homo. In quarta particula textus, (Quod si fieri & c.) ex his modo dictis elicit quartam excellentiam mathematicarum scientiarum qua differt a dialecticis, videlicet, quod resolutio facilius est in mathematicis, eo quod procedat ex certis & determinatis principiis. Quam conclusionem probat duabus rationibus. Ad intellectum primae meminisse primum opus est, ex prologo huius libri, quod resolvere conclusionem est data conclusione investigare principia ex quibus concluditur. Item recordari oportet illius cap. 6. text. 7. videlicet, quod demonstrativae scientiae solum procedunt ex necessarijs: in quo differunt a dialecticis disputationibus: nam verum dialecticæ non solum ex vero, sed ex falso concluditur: non tamen verum demonstratur nisi ex vero, quia falsum non est causa veri. Ex quo fit ut media dialecticæ non sint determinata: sed sint infinita: media vero demonstrativa sint determinata. Exempli gratia, Omnis homo est risibilis, dialecticè inferitur ex his praemissis, omne animal est risibile, omnis homo est animal: & ex his, omne album est risibile, omnis homo est albus, & ex infinitis alijs, quia falsa non cadunt sub numero, cum error contingat infinitis modis. At demonstrati non potest nisi ex veris & quae per se sunt causa illius, ut omne animal rationale est risibile: omnis homo est animal rationale. Et haec de causa argute & ingeniose infert Aristoteles in dialecticis difficile esse resolvere conclusiones in omnia principia, quod tamen est facile in demonstrativis. Ait ergo, Quod si fieri non posset ut verum ostendatur ex falsis velicet in dialecticis disputationibus facile esset resolvere, conuersio nanque necessario fieret id est, sicut conclusio esset vera, ita antecedens esset verum: & ideo sicut conclusio inferretur ex praemissis, ita & inferret illas. Sit enim, a. verum, id est, sit conclusio a. vera, quod cum sit, haec sunt quae quidem esse scio (id est, praemissae etiam essent verae) veluti, b. per quam literam intelligit ambas praemissas. Ex his ergo illud ostendatur, id est, ex his ergo praemissis veris ostendatur, id est, demonstrabo conclusionem. Applicat hoc ad mathematicas dicens, Convertuntur autem ea magis, & c. id est, in mathematicis vero magis convertuntur conclusio & praemissa, quia non accipiunt accidentia communia, sed solum demonstrant proprias passiones de definito, & ideo conclusio inferret praemissas sicut econverso. In dialecticis vero conclusio inferret ex praemissis tamen non semper inferret illas. Et hanc appellabunt antiqui fallaciam consequentis. In postrema particula textus, Accrescit etiam, & c. adiungit secundam rationem ad eandem conclusionem, scilicet, quod facilius sit resolutio in mathematicis, et ratio haec quanta illis accumulatur excellentiam. Cum enim dixerat dialecticam multis abundare medijs ad eandem conclusionem, mathematicas vero non nisi ex determinatis demonstrare, soluit dubium quod inde suboritur, Quomodo ergo vna scientia mathematica augetur, nam Dialecticæ augetur multiplicando media ad eandem conclusionem. Respondet, quod mathematicae accrescunt non per media loquuntur de medijs a priori propter quod, id est, non multiplicando media ad eandem conclusionem sicut dialectica, sed assumendo, id est, demonstrando passionem de suo proprio subiecto, & per idem subiectum demonstrando eandem passionem de inferiori subsumpto sub illo. Vbi notandum, quod tripliciter crescunt scientiae mathematicae.

4. Excellētia.
Resolutio mathematicae, facilius.

5. Excellētia.

Logi. Do. Sor. O a the.



Tripliciter mathematica augent.



thematica: uno modo descendendo directè vt si habere tres angulos æquales duobus rectis, demonstrat ref. detriangulo, cui per se primo conuenit per suam propriam definitionem videlicet: omnis figura rectilinea trium angulorum habet tres, &c. triangulus est figura rectilinea &c. ergo triangulus habet tres, &c. Mox eadem passio demonstratur de isosceles per triangulum, scilicet: omnis triangulus habet tres, &c. isosceles est triangulus: ergo. Deinde omnis isosceles habet tres, &c. triangulus semicirculi est isosceles: ergo. Et istum modum explicat hic. Appellat enim definitionem. a. & primum subiectum. b. secundum. c. &c. (Nam. a. inquit de. b. sumitur) id est prædicatur in minori prima demonstrationis &. b. de. c. in secunda demonstratione, &c. & ita consequenter. ¶ Secundo modo augetur huiusmodi scientiæ ad latus, id est per species ex æquo diuidentes idem genus. Hoc exemplum expositores versionem Boetij secuti explicant hoc modo. Dicitur passio propria generis, vt omnis numerus est finitus vel infinitus, tunc sequitur, numerus par est numerus: ergo est finitus vel infinitus. Si vero subsumas, numerus impar est numerus idem concludetur de illo. Et si dicas, omne animal est sensibile, quancunque speciem animalis subsumas, concludetur illa passio. ¶ At vero quauis exemplum sit verum, non tamen est quo vtitur Arist. nec in Græco, nec in versione Argyropoli. Ait enim a. sit numerus absolutè (quod sit maior extremas). b. vero simpliciter numerus impar (quod sit mediū). c. vero definitus numerus impar, id est certa species numeri imparis: quod sit minor extremas. Fiet hæc demonstratio, omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. id est omnis numerus impar est numerus: ternarius est numerus impar: ergo ternarius est numerus. Rursus si. d. sit numerus par. e. vero definitus numerus par: vt binarius vel quaternarius: fiet hæc demonstratio, omne. d. est. a. omne. e. est. d. ergo omne. e. est. a. Vult ergo quod genus superum, quancunque speciem sumas pro medio, concludatur de infima specie subsumpta sub tali medio. Quod est scientiam augeri ad latus. ¶ Tertio modo scientiæ mathematicæ crescit demonstrando primam passionem de subiecto: & per primam, secundam: & per secundam, tertiam: & ita in infinitum. Quomodo procedit Euclides demonstrando primo de linea, a quolibet puncto in quodlibet punctum duci, & deinde super datam lineam triangulum æquilaterum collocari: & ita consequenter. Relinquit ergo Aristote. mathematicas scientias abundè commendatas.

Quæstio quinta.

Vtrum omnis demonstratio procedat ex principijs per se & proprijs.

Parte negatiua possēt statim argumenta fieri contra illam fundamentalem conclusionem Aristotelis cap. 6. text. 16. scilicet omnem demonstrationem procedere ex necessarijs: nam demonstratiōes naturales de motibus, & coniunctionibus planetarum, de pluvia & grandine, & alijs impressionibus naturalibus generant simpliciter scientiam: & tamen nō procedunt ex necessarijs. Sed ad hæc responsum est. q. 3. vbi notum fecimus quædam modum huiusmodi propositiones sint suo modo necessariæ. ¶ Et ideo aliter arguitur aduersus pri-

nam principalem conclusionem in eodem capi, tex. 1 &. &. 7. cap. tex. 19. videlicet, quod omnis demonstratio procedit ex principijs per se & nullo modo ex his quæ sunt per accidens. Aristot. multas rerum proprietates demonstrat quæ illis competunt per accidens: ergo sibi est ipse contrarius. Antecedens patet primo. In. 2. phys. tex. 19. demonstrat casum & fortunam esse rebus, quæ tñ sunt causa per accidens, nam sunt præter intentionem agentis. Secundo in. 2. de celo. tex. 43. demonstrat cælum semper moueri & terram semper quiescere: & tamen motus & quies non sunt proprie passionem cæli & terræ: sed ætidentia communia omnium corporum naturalium. Et text. 104. demonstrat, cælum esse sphericum, & terram rotundam, & tamen sphericum & rotundum non sunt passiones corporum naturalium: sed quantitates. Tertio in. 2. de gene. tex. 16. demonstrat ignem esse primo calidum, aerem vero humidum, aquam frigidam, & terram siccam, & tamen illæ non sunt proprie passiones elementorum, sed communes, vt pote calor, igni & aeri: & humiditas aeri & aquæ. &c. Et Commentator. 4. Physic. text. 2. dicit id quod per accidens competit, si semper cōpetit, posse intrare demonstrationem, vt materiam & formam esse immobiles: potest esse principium & conclusio demonstrationis, licet per accidens conueniat illis ratione totius compositi. Et id demum confirmatur: quia omne corpus esse coloratum cadit sub demonstratione, imo omne animal esse coloratum, licet esse coloratum sit accidens commune. ¶ Secundo principaliter arguitur. Mathematicæ inter omnes scientias sunt quæ potissimis vtuntur demonstrationibus: & tamen demonstrant per causas per accidens, ergo demonstratio non semper procedit ex causis per se. Probat minor Demonstrat geometra super datam lineam diametrum æquilaterum collocare, designata linea recta & sumpto vno extremo pro centro, describendo vnum circulum qui transeat per aliud extremum & rursus super aliud extremum describendo alium circulum æqualem, & a puncto quo interfecant se circuli deducendo duas lineas vsque ad extrema datæ lineæ, vt patet in hac figura. Tunc arguitur sic.



Ad triangulum esse æquilaterum per accidens est descriptio illorū circulorum: nam licet nullus ad imaginationem possit esse circulus, triangulus nihilominus esset æquilaterus. Item probat omnem triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, protrahendo vnam quancunque lineam trianguli. Quæ faciat. v. g. triangulum extrinsecum. d. & arguendo hoc modo, angulus extrinsecus d. est æqualis duobus extrinsecis sibi oppositis, scilicet. a. b. (quæ est 32. Euclidis) ergo duo anguli. c. d. sunt æquales tribus. a. b. c. quia si ideo commune. scilicet c. addatur duobus æqualibus, quæ remanent sunt æqualia, sed. c. & d. æquivalent duobus rectis (quæ est. 13. Euclidis) ergo tres anguli. a. b. c. æquivalent duobus rectis. At vero quod angulus extrinsecus d. sit æqualis duobus sibi oppositis est causa per accidens nam licet nullus esset angulus extrinsecus, nihilominus tres anguli intrinseci æquivalerent duobus rectis. ¶ Tertio principaliter arguitur aduersus secundam conclusionem principalem. sc. demonstrationem procedere ex proprijs. Et arguitur primo, quod procedat ex alienistrâ secundo de genere in genus contra conclusionem positam cap. 7. tex. 10. Philosophia naturalis & Geometria sunt omnino scientiæ diuersæ, nam subiectum philosophiæ est ens mobile, & subiectum geometriæ est quantitas cō-

tinua, vt abstrahit à materia & motu: ergo principia vnius sunt simpliciter aliena respectu alterius: & tamen geometra probat illud principium, A quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, per hoc principium physicum, inter quolibet duo puncta mediatur spatium. Et vice versa philosophus naturalis. 2. de celo. text. 104. probat terram esse rotundam & cælum sphericum: quod non potest probari nisi per medium geometricum, videlicet quod omnes lineæ ductæ a centro ad circumferentiam sunt æquales. Et eodem modo Chirurgus probat vulnera rotunda difficilius sanari per medium geometricum: per hoc. scilicet quod latera talis vulneris magis distant quam si haberet figuram oblongam. Quinimo lunam esse eclypsabilem est propositio Astrologiæ, & tamen probatur per interpositionem terræ inter solem & lunam quæ est medium physicum: nam interpositio dicit motum, de quo tractat philosophus naturalis. Et confirmatur specialiter argumentum in exemplo Aristotelis. Geometra vtitur principio Arithmetiæ, ergo malè ponit exemplum: Aristoteles in istis, nullo modo vna scientia vtitur principijs alterius. Probatur antecedens. Geometra probat diametrum quadrati æqualiter non esse commensurabilem costæ, eo quod diameter & costa non se habent sicut duo numeri, puta quæ sit numerus maior excedit numerum minus per unitatem vel unitas quæ sunt partes aliquorū omnium numerorum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Hoc principium vniuersalissimum, de nullo idem simul affirmatur & negatur, intrat formaliter demonstratione ergo malè id negauit Aristoteles cap. 8. tex. 26. & per consequens omnes scientiæ possunt vti hoc communissimo principio. Probatur antecedens. Hic est optimus syllogismus, idem simul esse & non esse est impossibile: materiam primam esse sine forma est idem simul esse & non esse: ergo materiam primam esse sine forma est impossibile. Item si quis proteruisimus concederet idem posse produci à se ipso, red arguendus esset contradictionis hoc modo. Idem simul esse & non esse est impossibile: sed id seipsum producere includit idem esse quando non est (nam causa debet præcedere effectum) ergo idem non potest seipsum producere. Et multis alijs modis potest principium intrare demonstrationem.

Quæstio hæc partim ex tertia

quæstione, partim ex expositione textus facile dilucidatur. Nihilominus ad maiorem dilucidationem forma ta sunt pauca hæc argumenta. Præmissa ergo affirmatiua responsione ad quæstionem, ad primum argumentum negatur antecedens. Et ad primam probationem respondetur, quod de casu & fortuna possumus loqui aut particulariter aut in genere. Particulariter non est de illis scientia nec demonstratio: vt infra in hoc lib. assertit Aristoteles, text. 43. 1. non demonstratur, quod edificator inueniat thesaurum, aut quod nauigans detelcat, & similia: quia hæc sunt causæ per accidens, & per consequens non sunt per se quarto modo. Tamen in genere hoc cadit sub scientia. scilicet quod casus & fortuna sunt causæ per accidens & dubiæ, quæ earum effectus sequuntur præter intentionem agentis. Huiusmodi enim propositiones sunt per se: nam hoc quod est esse causam per accidens, per se primo modo conuenit fortunæ: quia illa est eius definitio. Et hoc modo tractat Aristoteles de fortuna in. 2. Physic. Et item. 3. Ethico. ca. 3. docet quod de fortuitis, quippe quæ in nostra potestate non sunt non est consilium. ¶ Ad secundum membrum respondetur per illud quod supra dictum est. q. 3. in solutione confirmationis quarti argumenti. scilicet quod sit aliqua propositio demonstrabilis, satis est quod sit per se aut per se-

Ad primū.

tate solius subiecti aut perfectitate solius prædicati: & ille cælum mouetur, terra quiescit, sunt per se perfectitates subiecti, sicut homo est bipes: nam per se cælum habet vt moueatur: licet moueri per se primo non conueniat cælo. Econuerso, homo est aptus ad medicinam, est demonstrabilis: quia est per se perfectitate prædicati: nam talis aptitudo per se conuenit homini: quauis non omnis homo per se habeat illam. ¶ Eodem modo posset dici ad tertiam probationem, quod ignis per se perfectitate subiecti est calidus, quauis caliditas conueniat etiam aeri. Sed tamen alia est intentio Aristot. videlicet, quod quauis quodlibet elementum vendicet sibi duas qualitates, tamen vna est quæ per se primo illi conuenit. vt caliditas per se primo conuenit igni, & siccitas secundario: aeri vero per se primo conuenit humiditas, & secundario caliditas, hæc autem qualitates conueniunt mixtis elementorum. Et ideo respondetur, quod ignis est calidus, est per se primo in secundo modo dicendi per se, & ignis calefacit, est in quarto, & per consequens sunt propositiones simpliciter demonstrabiles. Ad illas propositiones, cælum est sphericum, terra est rotunda, respondetur, quod quauis rotunditas sit passio quantitatis, nihilominus quia quantitas est accidens proprium corporis, corpora naturalia determinant sibi certam quantitatem quæ proinde est de illis demonstrabilis. Vnde homini alia est propria figura altitudo equo, alia que alijs animalibus. ¶ Ad autoritatem Commentatoris multi varie respondent: conceditur tamen in tentum quod aliquando philosophi non vtuntur ita fideliter propositionibus necessarijs. scilicet quarum prædicato per se primo conueniunt subiectis, sed satis est si semper conueniant, & ideo illa ferunt demonstrationi, materia & forma mouentur localiter, & item illa omne animal est coloratum, & quandoque hæc cygnus est albus coruus est niger & similes. ¶ Ad secundum principale respondetur, quod Mathematica scientia potissimum demonstrant per causas formales, sicuti scientiæ naturales per efficientem & finalem, vt videbimus lib. 2. cap. 11. Demonstrat enim mathematicæ valorem & virtutem figurarum quantitatis: & quia per vnam figuram ostenditur longitudo linearum alterius figuræ, & per vnum angulum extrinsecum ostenditur ad oculum quantitas oppositorum angulorum, præpterea ad demonstrandam passionem vnius figuræ vtitur mathematicus alia figurâ. v. g. quia triangulus æquilaterus constat ex tribus æqualibus lineis, & lineæ exeuntes à centro ad circumferentiam eiusdem vel æqualis circuli sunt æquales, propterea ostenditur æquilaterus triangulus per descriptionem circulorum. ¶ Vnde ad argumentum negatur, quod mathematicæ demonstrat per causas omnino accidentales, nam quauis descriptio circulorum non sit per se causa efficiens trianguli æquilateri, tamen quodammodo est causa formalis per se, ad hunc sensum, quod ad descriptionem talium circulorum formaliter sequitur illa dispositio trianguli. Et eodem modo angulus extrinsecus est quodammodo forma per quam manifestatur valor angulorum interiorum trianguli. ¶ Ad tertium principale responso patet ex expositione text. 10. Vnde colligitur Aristot. non negare vniuersaliter scientiam vnam posse vti principijs alterius, sed duo sunt quæ docet. Primum quod vna quæque scientia habet sua propria principia, vltra quæ ipsa non procedit, sed vel sunt per se nota vel aliam scientiam pertinebit illa probare. Secundo docet, quod nulla scientia probat principia alterius, nisi aliquo modo subiectum illius pertineat ad subiectum alterius, alias si subiecta sunt omnino diuersa erit transitus seu migratio à scientia in scientiam, qui quidam transitus reprobat, at si aliquo modo vnum subiectum Logi. Do. Sor. O 4 perti-

Ad secundum.

Ad tertium.



pertineat ad aliud, non erit transitus, sed descensus licitus. ¶ Vnde ad primum membrum argumenti negatur subiectum Geometriæ & Philosophiæ esse omnino a deo diuersa, vt principia vnus sint prorsus aliena respectu alterius: nam quauis Geometria tractet de quantitate & punctis vt abstrahunt a materia, nihilominus quia quantitas & puncta sunt accidentia corporis naturalis, potest philosophia reddere principiorum Geometriæ ratione. ¶ Et pariter ad secundum membrum respōdetur, quod eadem passio demonstratur de eodem subiecto a diuersis sciētij per diuersa media, vt, q̄ terra est rotunda, probat philosophus naturalis, per motum quia videlicet omnes partes terræ quantum possunt tendunt ad centrum, & per consequens æqualiter distant à centro: quod est facere circulum Astronomus vero id probat, quia terra est velut centrum mundi æqualiter distans à celo. Item lunam esse eclipsabilem philosophus naturalis probat per motum: quia, s. terra interponitur inter solem & lunam, nō curando in quibus punctis cœli sint luminaria. Astronomus vero vice versa id demonstrat, quia quoties conque sol & luna sunt in capite vel cauda draconis luna priuatur lumine, non curando quod corpus interponit. ¶ Ad aliud de Chirurgia respōdetur eodem modo, quia figura vulneris aliquid nonnunquam refert ad sanitatē: propterea chirurgus in quatuor Geometria reddidit aliquā causam suorum principiorum. ¶ Sed ad confirmationē negatur, q̄ Geometria vtatur principijs Arithmeticis: sed tamen aliquando potest vna sciētia vti exemplis alterius: vel quia opposita iuxta se posita clarius elucescunt, vel quia conclusio vnus scientiæ euidentior est in materia alterius. Et quia inter numeros nunquam potest esse proportio irrationalis: quia saltem vnitas erit pars aliquota amborum, propterea geometria probat diametrum non esse commensurabilem costæ, quia non se habent vt duo numeri, vt eadem sit pars aliquota vtriusque. ¶ At vero circa quartum arg. notandum est q̄ hæc principia vniuersalissima dupliciter possunt considerari intrare demonstrationem: vno modo ad explicandam contradictionem in aliqua particulari materia, vt si dicas, idem si mul esse & non esse est impossibile: sed idem simul moueri & quiescere est impossibile. Et isto modo non inconuenit q̄ expresse intrent demonstrationem: & ita fit in confirmatione: quauis aliquis posset negare illam minorem, materiam esse sine forma, est esse & nō esse, de quo alias. Alio modo ista principia considerari possunt in demonstratione ad probandum alias conclusiones particulares scientiarum. Et hoc modo negat Aristot. intrare formaliter demonstrationem: sed solum intrat virtualiter. Vnde sicuti est in principijs rerum naturalium vbi sunt aliqua principia formaliter intrantia compositionem & principia particulariter applicata, vt ignis ad calefaciendum: & alia præterea generalia in quorum virtute ista particularia agunt, vt putā constellationes cœlestes, ita in demonstratione sunt aliqua principia particularia putā præmissæ formaliter intrantes demonstrationem, & alia sunt principia vniuersalia quæ non intrant demonstrationem formaliter, sed solum virtualiter: qualia sunt, de quolibet idem vel affirmatur vel negatur, & de nullo idem simul affirmatur & negatur. Enimvero proteruisimo neganti principium immediatum persuadetur, deducendo eum ad impossibile per ista principia, vt dictum est in expositione textus. Exempli gratia, Si quis negasset ab æqualibus, demptis æqualibus, remanere æqualia, deduceretur ad impossibile hoc modo: Si non remanet æqualia, ergo remanent inæqualia: per primum principium (de quolibet enim quantitate affirmatur æquale vel in-

æquale) si sunt inæqualia: ergo vnum est maius: addantur ergo excessus æquales qui dempti fuerant, & illud idem remanebit maius: & per consequens illa antequā demerentur excessus non erant æqualia: cuius oppositum supponebat dignitas assumpta.

De demonstratione propter quid, & quod est.

CAP. X.



Differt autem scire esse, & propter quid est: primo quidem in eadē sciētia: atque in hac dupliciter.

Tex. 30.

Vno quidem modo, si ratiocinatio non per ea quæ vacat medio fiat: non enim prima sumitur causa: sciētia autem eius propter quid est, per primam fit causam. Alio vero modo, si per ea quidem quæ vacant medio non tamen per causam, sed per notius eorum quæ conuertuntur, efficitur. Atque nihil prohibet, vt eorum quæ de sese mutuo prædicantur, notius interdum fit id, quod nō est causa: qua re demonstratio per id ipsum efficitur. ¶ Veluti vagas stellas esse propē, quia non micant: vagæ stellæ sint. c. non micant. b. propē esse collocetur in. a. Verē igitur. b. dicetur de. c. vagæ nanq; stellæ non micant. at verē etiam. a. de ipso dicitur. b. quod enim nō micat, id est propinquum: hoc autem per inductionem vel sensum summat. a. igitur necesse est ipsi competere. c. quare demonstratum est, vagas esse propinquas. Hæc igitur ratiocinatio non est ipsius propter quid est: non enim, quia non micant vagæ stellæ, ideo sunt propē: sed quia sunt propē, ideo non micant. ¶ Fieri autem potest, vt per alterum ostendatur: atque tunc erit ipsius propter quid est ratiocinatio: nam stellæ vagantes quidem sint. c. propē autem esse fit. b. & non micare collocetur pro. a. & b. igitur competit ipsi. c. nā vagantes stellæ sunt propē. & a. constat ipsi competere. b. ea nanque non micant quæ propē sunt. Quibus fit, vt. a. quoque competit ipsi. c. atq; hæc est ratiocinatio ipsius propter quid est: nā sumpta est ipsa causa prima. ¶ Proteruis fit, vt luna per accretiones demonstratur est rotunda: quæ admodum quidam demonstrant: nam si rotundum est id omne quod sic accrescit, luna autem sic accrescit, perspicuum est, lunam esse rotundam. Atq; hæc quidem modo causa est ratiocinatio, quia ipsum esse ostenditur. At si medium ecōtra ponatur, extruetur ipsius propter quid est ratiocinatio: non enim ob accretiones tales rotunda est luna: sed quia est figuræ rotundæ, ideo talia suscipit incrementa. Atq; fit pro-

c. Luna, rotundū pro. b. sic accrescere ponatur pro. a. ¶ In quibus autē ipsa media non cōuertuntur, & est id notius q̄ non est causa ostenditur, quidē esse, ipsum autē propter quid est nō demonstratur. ¶ Præterea in his, quibus mediū extra ponitur: etenim in his ipsis est ipsius esse, & non ipsius propter quid est demonstratio: non enim dicit causam ipsam, veluti propter quid paries non respirat, quia non animal est: nam si hoc non respirandi causa est, oportebat animal respirandi causam esse: ceu si negatio causa est non essendi, affirmatio causa est essendi: vt si calidorū ac frigidorum intemperatio, sanitatē nō habēdi causa est: eorundem temperatio, sanitatē habēdi causa est. Pari quoque modo, si affirmatio essendi causa est. Ad hæc aut quæ hoc pacto sunt assignata, non accommodatur id quod est dictum: nō enim animal omne respicit. ¶ Atque ratiocinatio causę talis in medio fit figura. a. nāq; fit animal. b. respirare paries. c. igitur ipsum. a. cuiuslibet quidē. b. competit: omne nanque q̄ respicit, animal est, nulli aut inest. c. quare neque. b. cuiuslibet competit. c. paries igitur non respicit. Tales verō causę si miles sunt hisce, quæ per exuperationē dicūt. Hoc autē est medium id dicere, quod superat causam. Cuius generis est Anacharsidis illud, in Scythia modularis non sunt, nam neque vites. In eadē igit sciētia, & in mediō ratiocinatione, hæ sunt ratiocinationis ipsius. esse ad ipsius propter quod est ratiocinationē, differētia. ¶ Alio vero modo differūt esse, & propter quid est, quod per aliam atq; alia vtrūque cōsiderat: tales aut sunt ea, quæ ita sese habēt, vt altera sub altera collocetur, vt ad geometriam perspectiua, & ad solidorū scientiam machinarū facultas extruendarū, & ad Arithmetica Musica, & ad Astrologiam sese habet eorū sciētia quæ apparent. Atque harū nonnullæ scientiarū nomine ratione vt ferē cōueniūt: ceu Astrologia est & ipsa Mathematica, & nauigandi sciētia: & Musica ea est quæ Mathematica, & quæ auditum oblectat. ¶ Hic. n. ipsum quidē esse, ad eos pertinet scire, qui sensu vtūtur, ipsum autem propter quod, est ad Mathematicos ipsos: hi nāque causarum demonstrationes habent, & persæpe nesciūt ipsum esse, quemadmodum ij, qui cōtēplantur ipsum vniuersale, nonnulla singularem, quia non animaduertunt, sæpenumero nesciūt. Hæc autem sunt, quæ formis ipsis vtuntur, quæ quidē sunt alia quædā, substantiaque diuersa. Mathematica nāque sciētia circa formas sunt, de nullo enim subiecto dicuntur: nā & si Geometrica ipsa sunt in subiecto, non tamen vt in subiecto sunt geometricæ confide-

rationi subiunguntur, vt autem perspectiua sese habet ad geometricam, sic alia sese habet ad perspectiua, vt veluti de Iride, nam ipsum quidem esse, ad naturalem pertinet scire, ipsum autem tē propter quid est, ipsius est perspectiui, aut simpliciter, aut eius qui cōplectitur mathematicam. ¶ Cōplures etiam scientiarū, quæ non sunt ita dispositæ, vt altera sub altera sit collocata, pari modo sese habēt: vt Medicina atque Geometria. Nam scire vlcerū ea: quæ orbis subeunt formam, tardius cæteris curari, ad medicū spectat: & propter quid autem, ad geometriam.



Hæc est tertia pars mē

bris tertij principalis: in qua post constitutam demonstrationē propter quid ostenditur in hoc capite decimo quibus differat demonstratio propter quid, & quia: & ca. sequenti, quæ nā figura fit ad demonstrationē accommodatior. Et est in diuisione Commentatoris capitulum hoc textus vnicus, nempe trigessimus: quem tñ nos in decem particulas partiti sumus. Duas tñ partes principales cōtinet. In priori ostendit Arist. demonstrationem, quia, dupliciter differre a demonstratione propter quid in eadem sciētia: & in altera addit quomodo tertio differant in diuersis sciētij. ¶ Vbi circa nomen adnotandum est primo, q̄ demonstratio, quia, dicitur ex versione Boetij: nam potius appellanda esset demonstratio: q̄ hoc est hoc, nam hæc est differētia inter demonstrationem, quia, & propter quid: quod demonstratio, quia, demonstrat verum esse, quod hoc est hoc, non reddendo causam illius: quam tñ reddit demonstratio propter quid. Et ideo ly quia, non debet intelligi vt dicat causam, sed vt sit conuinctio, scilicet, demonstratio, q̄ hoc est hoc, seu q̄ hoc est verum. Quo circa apud Argropy nonnunquam appellatur, nisi demonstratio qua ostenditur ipsum esse. ¶ Secundo notandum est, quod definitio demonstrationis posita in. 2. cap. solum est demonstrationis propter quid: quæ simpliciter est demonstratio. Vnde q̄ aliqua demonstratio non fit propter quid & per consequens fit quia, contingit dupliciter: aut quia procedit per causam, non quidē immediatā & proximam & propriā, sed per causam remotam: alio modo, quia non procedit per causam, sed per effectū, & per signum notius quo ad nos, in cæteris vero omnibus debet demonstratio, quia, conuenire cum demonstratio ne propter quid, vt scilicet procedat ex propositionibus necessarijs & per se. ¶ Vnde demonstratio, quia, est demonstratio procedens aut ex causis mediatis, aut ex effectibus nobis notioribus. Et hoc est quod ait (Differt autem, &c.). Atque nihil, inquit, prohibet vt interdum notius sit id quod non est causa, scilicet effectus: imo ita regulariter est in materialibus. Notior enim nobis est eclipsis lunæ, quam interpositio terræ. ¶ In secunda particula. (Veluti vagas stellas) subiungit exemplum secundi modi. ¶ Vbi notandum est, quod stellæ vagæ seu erraticæ, dicuntur planete, eo quod mouentur proprio motu ab occidente in orientem cōtra primum mobile. Quæ quidem non apparent micare (seu scintillare vt verit Boetius) eo quod sunt nobis propinquiores quam stellæ fixæ in firmamento. Micatio enim illa seu scintillatio accidit ex eo quod stellæ firmamenti, cū sint a nobis remotissimæ, causant in oculo debilissimum co-

Demonstratio, quia.

Stellæ vagæ

num, qui proinde male figitur oculo: & dum trepidat, facit sydus apparere scintillare. Tametsi. 2. de cœlo. tex. 48. Sol etiã dicatur scintillare propter excellentiã sensibilis quod disgregat visum: quæ est alia causa apparentiæ scintillationis: veluti in regulis, ubi radij solis reflectuntur, apparet: Ait ergo. (Vagæ stellæ sint. c. id est sint minor extremitas, nō micare. b. id est, medium: prope esse, collocetur in. a. id est, in maiori extremitate.) Tunc fiet hæc demonstratio, quia, stellæ non micantes sunt prope nos: planetæ sunt non micantes: ergo planetæ sunt prope nos. Non micare enim non est causa, sed potius effectus huius quod est, esse prope, & ideo talis demonstratio non est propter quid. Ait vero quod ille præmissæ posuit esse notæ per inductionem aut per sensum: nam maior experientia fit nota. Experimur enim luminosum remotissimum propter debilem angulum in oculo apparere scintillare: & minor itidem fit nota inductione: quia videmus nec Venerem scintillare, nec Mercurium scintillare, & ita reliquos. ¶ In tertia particula. (Fieri autem potest) docet Aristoteles, quem admodum talis demonstratio, quia, potest resolui in demonstrationem propter quid, si id quod accipiebatur pro maiori extremitate accipiatur pro medio, & id quod accipiebatur pro medio, accipiatur pro maiori extremitate. Constructur nanque tunc hæc demonstratio, stellæ quæ sunt prope nos non scintillant: planetæ sunt prope nos: ergo planetæ non scintillant quæ quidem est propter quid: nam esse prope est causa non scintillandi. ¶ In quarta particula. (Prorsus sit) subiungit Aristoteles secundum exemplum, priori simile: si quis demonstrat lunam esse rotundam ab effectu, quia videmus illam orbiculariter crescere, hoc modo, quod orbiculariter crescit est rotundum: luna orbiculariter crescit: ergo est rotunda. Crescere enim orbiculariter, non est causa quod sit rotunda: sed potius effectus. Vnde eodem modo hæc propter quid hoc modo, omne rotundum dum illuminatur orbiculariter augetur (quia quicquid recipitur, recipitur ad modum recipientis ut colligitur à Commē. 3. de anima. cō. 4.) luna est rotunda, ergo dum crescit per receptionem luminis augetur orbiculariter. ¶ In quinta particula. (In quibus autem ipsa media) quia dixerat demonstrationem, quia, resolui in demonstrationem propter quid, ne quis deciperetur credēs id vniuersaliter contingere, docet quando id visu venire possit, quando vero minime dicens, quod vbi pro medio in demonstratione, quia, accipitur effectus adæquatus, & pro maiori extremitate causa adæquata, & pro minori subiectum, adæquatum, potest fieri talis resolutio: alias non semper. ¶ Vbi notandum est, quod effectus adæquatus causa est qui habet duas condiciones, puta qui sequitur ex sola tali causa, & ex omni tali: ut scintillare, & esse prope: apparere, & latescere. In adæquatus vero contingit dupliciter, vel quia est inferior & exceditur à causa, scilicet, quia sequitur ex aliqua tali causa, non tamen ex omni: vel quia est superior puta quæ sequitur ex omni tali causa, non tamen ex sola. Si est in adæquatus primo modo tanquam inferior, tunc demonstratio, quia, procedit: demonstratio vero propter quid non procedit: ut moueri motu progressiuo, est effectus animalis, non tamen cuiuscunque animalis: quia ostræ non mouentur tali motu, tunc sequitur in demonstratione, quia quicquid mouetur motu progressiuo est animal, homo mouetur motu progressiuo: ergo homo est animal: tamen demonstratio propter quid nulla est, omne animal mouetur motu progressiuo: omnis homo est animal, &c. quia maior est falsa. Si vero effectus sit excedens cau-

sa, tunc demonstratio propter quid procedit, demonstratio vero, quia, nequaquam: ut viuere est effectus omnium animalium, non autem solius (nam & plantæ viuunt) sequitur ergo propter quid Omne animal viuunt: omnis homo est animal: ergo omnis homo viuunt: tamen demonstratio quia, non valet. Quicquid viuunt est animal, omnis homo viuunt: ergo, nam maior est falsa. ¶ In sexta particula text. (Præterea in his) subdit Aristoteles. Medium ex tra pom. Immediatū ¶ In de subiungit Aristo. quod si non esse animal, esset causa non respirandi, oportebat, esse animal, esse causam respirandi: nam si negatio est causa negationis, affirmatio contraria est causa contrariæ affirmationis: ut si imtemperatio humorum in animali est causa non habendi sanitatem, temperatio eorum est causa sanitatis. At vero esse animal, non est causa respirandi: nam pisces & ostræ, licet sint animalia, non respirant. ¶ In septima particula. (Atque ratiocinatio causæ) docet quo modo demonstratio negatiua commodius fiat in secunda figura quam in prima, maxime ubi assignatur causa inadæquata: id est, quæ exuperat effectum. a. nanque sit animal. b. respirare paries. c. In secunda figura per. a. intelligitur medium quod prædicatur in vtraque & per. b. maior extremitas, & per. c. minor. Fiat ergo hæc demonstratio, quicquid respirat est animal: paries non est animal, ergo paries non respirat, in Baroco. Hæc inquit demonstratio optima est, non tamen est propter quid, licet procedat a causa ad effectum: quia procedit per causam remotam: quia enim paries non est animal, non habet pulmonem: & quia non habet pulmonem, non respirat. Si tamen ex eiusdem terminis extrueretur demonstratio ab effectu ad causam, non procederet, scilicet, omne animal respirat: paries non respirat ergo paries non est animal, quia maior est falsa. Et hoc est quod ait animal habere se respectu respirandi, sicut causa quæ exuperat, i. tanquam superior quæ affirmatur de effectu distributo, non tamen effectus affirmatur de illa distributa. ¶ Subiungit aliud exemplū Anacharis. ¶ Qui cum esset Scythia ubi vinum non gignitur, & Athenis conuiuio interesset, ubi mulieres de more patriæ inter secundos calices modulis canebant saltabantque, interrogatus an in Scythia modularices essent & saltatrices, respondit, non hercle: quia nec sunt vites, infinuans calorem vini esse in mulieribus causa saltandi. Ait ergo Aristoteles, quod non esse vites in Scythia non est causa proxima non saltandi: sed est causa ut non sit vinum, atque adeo ut mulieres non bibentes, nec calecant, nec subinde saltent. Quod Argyropol. vertit, modularices. Boetius vertit, sibilatores, verbum tamen Græcum est, auletrides, quod significat tibicinas feminas, quæ in aula canunt. Concludit ergo Aristoteles per modum epilogi, quod in eadem scientia hæc sunt differentiæ ratiocinationis ipsius esse ad ipsius propter quid est ratiocinationem, id est, inter ratiocinationem, quia, & ratiocinationem propter

Effectus ad æquatus.

Anacharis.



pter quid. ¶ In octaua particula. Alio verò modo incipit secunda pars principalis ubi ponitur differentia inter huiusmodi demonstrationes in diuersis scientiis. Et primo in subalternis, ac deinde in alijs quæ non subalternatur. Et de subalternis ponit exempla: ut perspectiua se habet ad Geometriam cui subalternatur: & ars extruendarum machinarum se habet ad scientiam solidorum, quæ Græce dicitur stereometria. Geometria enim versatur circa figuras planas, & stereometria circa corpora: cui subalternatur Architectura. Et musica subalternatur Arithmetica & scientia eorum quæ apparent, quam statim appellat nauticam, subalternatur Astrologia: nam nautæ atra etiam considerant, de quibus ventorum ac tempestatum coniecturam faciunt. Subiungit autem. Atque harum nonnullæ, id est, scientiæ istæ conueniunt nominae & ratione. Quod dupliciter potest intelligi. Vno modo, quod subalternans & subalternata sunt scientiæ vniuersæ, id est eiusdem rationis: non simpliciter, sed forte, quia Arithmetica est quodammodo Musica & Geometria quodammodo perspectiua in quantum probat principia perspectiuae. Vel alio modo quod sit sermo de practica & speculatiua, nam Musica alia est speculatiua quæ reddit propter quid, & alia practica quæ consistit in exercitio. ¶ In nona particula. Hic enim ipsum, ostendit quo modo in istis differant, quia, & propter quid, dicens quod scire quia, id est, scire hoc esse pertinet ad scientiam subalternatam seu ad scientiam practicum, scire autem propter quid, pertinet ad subalternantem seu ad speculatiuam. Quod Boetius transfert ipsum quia, Argyropoli significantius vertit ipsum esse. Notandum est hic, quod scientia subalternans, ut Geometria & Mathematica, tractat de formis, quas Boetius transfert species, scilicet de angulis & figuris linearum & numerorum, ut abstrahunt ab hac & illa materia sensibili. Nam geometrica ipsa, inquit licet sint in subiecto, tamen non ut in subiecto sunt, Geometricæ considerationi subiiciuntur, id est quantis angulis & figura non possit esse nisi in aliqua materia, puta in ligno vel in cupro, tamen Geometria non considerat de illis ut in hac vel illa materia. Subalternata vero, ut perspectiua & Musica, tractat de illis, ut sunt in materia sensibili. Quapropter subalternantes vocat Mathematicas, subalternatas vero, sensuales, id est, quæ visum vel auditum oblectant. Et ideo ait, quod ipsum esse pertinet scire ad eos qui sensu utuntur, id est scire, quia: scire autem propter quid, pertinet ad Mathematicos, qui quidem sciunt causas & sepe ignorant effectus: quia non aduertunt ad experientiam. Sicuti stat alique scire in vniuersali omnem numerum esse parum vel imparum, & ignorare in particulari vnum numerum qui est in burla qualis sit. Exempli gratia, quod res dum a longe videtur appareat minor quam dum videtur prope, est propositio perspectiua: quæ per experientiam est manifesta: sed propter quid illius pertinet ad Geometriam. Causa enim est quia res prope visa videtur per maiorem angulum in oculo quam si videatur a longe. Quod autem duorum angulorum ab eadem basi procedentium, ille qui magis distat sit acutior & minor quam ille qui minus distat, est propositio Geometrica, ut apparet in hac figura. ¶ At vero quia dixerat perspectiuam. b. quæ tractat de materia sensibili & naturali, subalternari Geometriæ, quæ est pure mathematica, addit, quod sicut perspectiua subalternatur Geometriæ, ita datur alia scientia naturalis quæ subalternatur perspectiua, ut est scientia de

Irde, quæ traditur tertio Meteororum. Sicut enim Geometria reddit causam propositionis perspectiuae, ita & perspectiua reddit causam apparentum colorum iridis in torida nube. Perspectiua inquit, vel simpliciter quæ subalternatur Geometriæ, vel ista quæ includit mathematicam, i. geometriam quæ censetur quodammodo perspectiua speculatiua. ¶ In decima particula. Complures etiã scientiarum, secundo concludit, quod non solum in subalternis, sed etiã in scientijs, quæ non subalternantur differunt propter quid & quia, ut Medicina puta chirurgia scit vulnera circularia tardius sanari: quam oblonga: cuius ratiõ propter quid reddit Geometria: quia latera circuli magis distat: tametsi nō sit subalternans respectu alterius.

Quod prima figura sit ad demonstrandum aptissima. Cap. XI.



Prima autem ratiocinationis figura maxime ad sciendum ipsam accommodatur: mathematica namque scientia, ut Arithmetica, Geometria, & Perspectiua per hæc (ut patet) demonstrationes afferunt: atque etiã omnes ferè quæ ipsius propter quid est facti conuersione: aut n. omnino, aut per sepe in plurimis hæc in figura ipsius propter quid est exoritur ratiocinatio. Quare propter hoc etiã ipsum, maxime ad scientiam erit accommodata. Propriissimus. n. dicendi modus est, contemplari ipsum propter quid est. ¶ Deinde hac tantum figura ipsius quid est, venari scientiam possumus: in figura namque media nulla fit affirmatiua ratiocinatio: scientia vero ipsius quid est affirmatiua nimirum est: in vltima vero fit quid est, at non est vniuersalis, ut patet. Ipsum autem quid est, vniuersaliū esse constat: nō n. aliqua ex parte hō est animal bipes. ¶ In super hæc figura ceterarū nō indiget figurarum, at indiget huius illæ perfectio. Nā hæc desuntur atque accrescunt, quousque ad ea pertineant quæ medio vacat: patet igitur primam figuram exactissimam atque accommodatissimam ad scientiam esse. ¶ Quæ admodum aut fit, ut. a. indiuidue cōpetat ipsi. b. sic etiã, ut identidem nō cōpetat, fieri potest. At que tū indiuidue cōpetere vel non cōpetere dico, cum inter ipsa nullū mediū est: sic enim nō erit vltorius per aliud in esse. Cum itaque vel a. vel. b. in toto quopiam est, vel etiã vtrouque tum etiã fieri nequit, ut. a. primo non cōpetat ipsi. b. sit. n. a. ipsum in toto. c. si igitur. b. nō sit in aliquo. c. fieri nanque potest, ut. a. quid est in toto quopiam sit. b. vero in hoc eodem non sit, tum ratiocinatio fiet: ac ipsum. a. non in esse. b. per

Tex. 31.



per, c. mediū cōcludetur: nam si. c. cuiilibet qui dem. a. cōpetat, de nullo vero. b. prædicetur. a. sane nulli cōpetet. b. idem fiet, & si. b. in toto quopiam sit, velut in. d. nā ipsum. d. cuiilibet quidē cōpetit. b. de nullo vero dicitur. a. quare fit, vt. a. per ratiocinationem nulli competat. b. Eadem ostendentur, & si vtrunque tam. a. quam. b. in toto quopiam sit. **¶** At vero fieri posse, vt. b. non sit in eo in quo toto est ipsum. a. aut rursus, vt. a. nō sit in eo quo totū est ipsum b. patet ex dispositionibus rerum quæ inter se se non miscntur. Nam si nihil eorum quæ in. a. c. de serie collocantur, de villo prædicantur eorum quæ in. b. e. f. diuersa serie collocantur. a. vero in toto est. g. quod quidem eiusdem est serie: perspicuū est fieri nō posse, vt. b. in ipso sit. g. alioquin conuenirent, ac miscerentur hæ series rerū. Idem fiet, & si. b. ipsum in toto quopiam sit. **¶** Sed si. a. nullibi. b. in sit, & neutrum in toto sit villo, necesse est. a. sine medio non competat ipsi. b. nam si quippiam inter ipsa mediū cadet, necesse est alterum in toto quopiam esse. Aut enim in prima figura ratiocinatio eorum, aut in media extruetur: at sit in prima. b. nimirū in toto quopiam erit. Propositionem enim eam, quæ versus. b. collocabitur, affirmatiuam esse oportet. Si vero in secunda, vtrumuis in toto quopiam erit: nam vtrumuis interual lum affirmatiuum esse potest. Atque nunc versus maius, nunc versus minus extremum, negatiua propositione sumpta conficitur ratiocinatio. Ambæ vero propositiones si fuerint negatiuæ: ratiocinatio non constabit. Patetigitur fieri posse, vt si medio quippiam nō in sit: atque quando, & quemadmodum fieri potest, satis iam explanauimus.

IN vndecimo isto capite, quod postremum est membri tertij huius libri, postquā dixit de materia demonstrationis, ostendit eius formam aptius fieri in prima figura. Et continet capitulum textum vnicum, nempe trigesium primum quē nos in sex particulis fecimus. Sunt tamen duæ partes principales, nā in primis tribus particulis ostenditur demonstrationem affirmatiuam commodius fieri in prima figura, & in reliquis tribus agitur de demonstratione negatiua. Probat ergo demonstrationem aptius fieri in prima figura tribus rationibus. Prima est hæc. Illa figura est demonstrationi accomodatissima, in qua aptius fiunt demonstrationes propter quid & potissimæ: sed talis est prima figura, vt pote qua mathematicæ scientiæ potissimum videntur: ergo hæc est aptissima figura. Causa cur demonstratio propter quid aptius sit in prima figura est, cum, quia medium in tali demonstratione potissimum est definitio quæ est proxima causa passionis: & ideo maior propositio debet explicare talem causam, vt si in quarto modo dicendi per se, & in minori debet definitio præ-

dicari de definito: quod in alijs figuris non potest ita fieri: tum etiam, quia in prima figura medium habet proprium situm medij, quod est subijci maiori extremitati & prædicari de minori. Non tamen negatur quandoque fieri demonstrationem in secunda figura præferentim, quia, vt visum est. **¶** In secunda particula. Deinde hac tantum sequitur secunda ratio quæ parum differt a priori. Illa figura est aptissima demonstrationi per quam commodius inquirimus propter quid de aliqua conclusione: sed talis est prima figura: ergo. Probat Aristoteles maiorem. Scientia propter quid procedit ex affirmatiuis, nam causa potissima est quid positivum respectu effectus: & si aliqua est causa negatiua, reducitur ad affirmatiuam non enim absentia nauæ est causa submersionis nauis, nisi quia præsentia est causa saluationis. Et præterea scientia propter quid est vniuersalis, nam sicut definitio vniuersaliter prædicatur de definito: ita & propria passio: at vero in secunda figura nihil demonstratur affirmatiue, quia semper aliqua præmissarum est negatiua: & in tertia figura nihil concluditur vniuersaliter: quia minor extremitas quæ est prædicatum minoris, nunquam distribuitur (si propositio sit consueta) ergo nec in secunda nec in tertia figura fit demonstratio propter quid & potissima: sed poterit fieri demonstratio, aut particularis aut negatiua. **¶** Dubitant antiqui circa hanc rationem quomodo per demonstrationem inquiramus propter quid, id est, quomodo demonstratur definitio quidditatiue de definito: cum talis propositio, vt homo est animal rationale, non sit demonstrabilis. Nescio tamen unde moti sunt ad hoc dubitandum: quia sensus Arist. nō est iste: sed quod per primam figuram veniamus scientiam alius conclusionis, puta, omnis homo est risibilis, propter quid, id est reddendo causam illius a priori. In tertia particula. In super hæc figura, subsequitur tertia ratio quæ talis est. Illa figura est potissima ad demonstrandum quæ non indiget alijs vt fiat evidens, sed aliæ fiunt evidentes per illam: sed talis est prima figura: ergo. Minor fit manifesta in libris Priorum, vt nos late tractauimus. §. lib. Summu. Secunda enim & tertia figura fiunt evidentes per reductionem ad primam. Cesare enim & Camestres reducuntur ad Celarent. Darapti, ad Darj, vt illic monstrauimus: tamen quatuor primi modi primæ figuræ ad nullum alium reducuntur, sed immediate regulantur per dici de omni & dici de nullo. **¶** At vero verba quæ sequuntur in textu sunt subobscura. Sequitur enim. Nam hac. f. in hac figura, densantur atque accrescunt sed media vel principia, quoad usque ad ea perueniant quæ medio vacant, id est, quoad usque veniatur ad immediata. **¶** Vbi notandum est, quomodo cum aliqua propositio mediata reducitur ad immediatam, extremitates magis ac magis appropinquant, quia media magis ac magis multiplicantur inter illa, vt si ista omnis homo est substantia, reducatur ad immediatam, debet ly animal, sumi pro medio, scilicet, omne animal est substantia, omnis homo est animal: ergo, & maior quæ etiā est mediata, debet reduci per corpus animatum & rursus maior, scilicet corpus animatum est substantia, per corpus, vbi vides media inter hominem & substantiam multiplicari. atque adeo constipari: quod hic Arist. scite vocat accrescere & densari, quia magis ac magis inuicem appropinquant. Veluti partes certæ magis dum condensantur, appropinquant: aut illo proprio modo quo si inter duos homines distanter in scam no sedentes sederent alij medij, comprimerentur. Et quia prima figura aptissima est ad huiusmodi resolutionem

Propō negatiua immediata.

Negatiua mediata.

1. Ratio.

1. Ratio.

3. Ratio.

nem: quia in secunda figura non concluditur affirmatiua, neque in tertia concluditur vniuersalis, vt capite sequenti & capit. 19. manifestius apparebit: atque adeo secunda & tertia reducuntur ad istam vt iam modo dicebamus, propterea dicitur quod in hac figura potissime densantur & accrescunt media, id est, fiunt resolutiones mediatarum propositionum ad immediatas: & per consequens est ad demonstrandum accommodatior. **¶** In quarta particula. (Quemadmodum autem) incipit secunda pars principalis de demonstratione negatiua, in qua primo docet Arist. quod licet sit propositio affirmatiua immediata, ita est aliqua negatiua immediata. Statuit ergo primo conclusionem, quod quemadmodum fit vt. a. indiuidue cōpetat ipsi. b. ita fieri potest vt indiuidue nō cōpetat. Et exponit se, quod indiuidue cōpetere vel non cōpetere est prædicatum conuenire subiecto, per se immediate & sine aliquo medio: sicut homo est rationalis: aut per se negari de illo & non ratione alterius, sicut substantia est qualitas. Atqui probat conclusionem dicens: (Cum itaque vel. a. vel. b. in toto quopiam est.) Qualitate licet subobscura sit, nihilominus est ingeniosa. Ad cuius intelligentiam notandum, quod cum hactenus notū fuerit in affirmatiuis quæ propositio sit mediata (puta in ter cuius extrema aliquid mediat) quæ vero immediata nempe inter cuius extrema nihil mediat hic vult docere in negatiuis quæ dicatur mediata, quæ vero immediata. Et tota litera hoc intendit, quod illa propositio negatiua est mediata cuius prædicatum potest demonstrari negari de subiecto per aliquid medij, & per se conuenit alteri extremorum & negatur de alio. Et talis propositio est: omnis illa negatiua, cuius vel alterum extremorum continetur sub aliquo genere saltem generalissimo, vel ambo simul extrema: vt homo non est equus: nā in his possumus arguere, omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo, in secunda figura: cuius maior est per se primo, & per consequens homo per animal negatur de lapide. Illa vero cuius neutrum extremum ponitur sub aliquo genere, sed ambo sunt generalissima, vt nulla substantia est qualitas, est immediata: quia si posset demonstrari maxime sumendo pro medio aliquid quod per se conueniret subiecto, quod deberet esse vel definitio, vel genus, & generalissimū nec definitionem habet nec genus. At ergo. Cum itaque vel. a. vel. b. id est maior vel minor extremitas in toto quopiam est, id est, sub aliquo genere continetur: nam genus est totum respectu interioris, vel vtrumque, scilicet ambæ extremitates continentur sub eodem genere: vt homo & equus, sub animali, & homo & lapis, sub corpore, tunc fieri nequit vt. a. primo non competat ipsi. b. id est, hæc non potest esse immediata, nullum. b. est. a. Sit enim. a. scilicet maior extremitas, in toto. c. puta sub medio, quod sit genus & b. non sit in aliquo. c. vt. a. v. g. sit homo. c. sit animal & b. qualitas tunc syllogismus fiet in Camestres, omnis hō est animal, nulla qualitas est animal: ergo nulla qualitas est homo, vbi ipsum. a. demonstratur non inesse. b. per se medium. Idem etiam fiet si. b. in toto quopiam sit, scilicet in. d. genere quod negatur de. a. vt si dicas in Cesare, nullum. a. est. c. omne. b. est. c. ergo nullum. b. est. a. id est, nullus homo est qualitas: omnis albedo est qualitas: ergo nulla albedo est homo. Et idem fiet si vtrumque sit sub eodem genere, vt si. a. sit homo. b. sit equus, & c. sit animal rationale, scilicet omnis homo est animal rationale: nullus equus est animal rationale: ergo nullus equus est homo, & eadem ratione, nullum corporeum est incorporeum, est mediata quia demonstratur in Ca-

mestres per definitionem corporis. **¶** In quinta particula. At vero. & c. probat illud quod supra dixerat. f. quod potest. a. esse in aliquo toto, id est, sub aliqua coordinatione prædicamentali, in qua non sit. b. & conuerso: nam sit. a. c. d. vna coordinatio prædicamentalis, scilicet prædicamentum substantiæ. & b. e. f. sit alia coordinatio, scilicet prædicamenti qualitatis: tunc quia prædicamenta sunt impermixta, nihil vnius prædicamenti affirmatur de aliquo alterius prædicamenti, & per consequens si. a. continetur sub. g. generalissimo primi prædicamenti, sequitur quod. b. alterius prædicamenti non continetur sub eodem generalissimo prædicamento esse impermixta. **¶** In sexta particula. Sed ū. a. nulli. b. in sit explanat quæ propositio negatiua sit immediata, dicens: quod propositio est negatiua cuius prædicatum non inest subiecto, & neutrum extremorum continetur sub aliquo genere, saltem generalissimo, illa est immediata: vt substantia non est qualitas, quia non habet medium per quod demonstratur: nam vel demonstratio inquit fiet in prima figura, aut in secunda. Si in prima, tunc. b. in aliquo toto erit. Quod est dicere, tunc minor propositio debet esse affirmatiua, quod est vniuersale in prima figura, in quatuor primis saltem modis euentibus. Et hoc est quod ait, propositioem quæ versus. b. collocabitur, id est, minorem, affirmatiuam esse oportere, & per consequens illic prædicatum putam medium se habet ad minorem extremitatem sicut genus vel definitio: atque adeo b. scilicet minor extremitas erit in aliquo toto. Si vero demonstratio fiat in secunda figura, tunc vtriuvis, inquit, in aliquo toto erit, id est, vel maior extremitas vel minor subiicietur medio affirmatiue, scilicet, minor extremitas in Cesare & Festino, & maior extremitas in Camestres & Baroco. Si autem extremitates sunt genera generalissima, non possunt esse subiecta in prædicatione directa affirmatiua, nisi acciperetur pro medio ly ens, sed illud non potest affirmari de vno generalissimo & negari de aliquo, quia affirmatur de omnibus: sequitur ergo nullum esse medium ad demonstrandum hanc, substantia non est qualitas, vel quantitas non est qualitas. **¶** Quod si quis querat cur non facta est hic mentio de tertia figura, vbi medium subiicitur in vtraque: videtur enim fraudulenter Aristoteles eam subtrixisse: nam potest illa in Bocardo sic demonstrari, homo non est qualitas: omnis homo est substantia. ergo substantia non est qualitas. **¶** Respondeatur, quod propositio immediata debet esse vniuersalis negatiua: nam prædicatum quod per se negatur de aliquo, de omni negatur: vniuersalis vero negatiua concludi non potest in tertia figura.

Negatiua immediata.

Quæstio quinta.

Vtrum demonstratio quia, & propter quid conuenienter distinguantur ab Arist.

A Parte negatiua arguitur primo demonstratio, quia, non est demonstratio simpliciter: quippe quæ nō facit scire, cū scire sit rem per causam cognoscere. Et est, esset demonstratio, nō differt specie a demonstratione propter quid, tum quia ex eisdem propositionibus transpositis cōponuntur ambæ, vt Arist. docuit cap. 10. tum, quia si ad eandem conclusionem, puta ignis est



est calefactiuus, adduceretur vna demonstratio a priori ex natura ignis, & alia ratio a posteriori per experientiam, idem assensus scientificus generaretur: & tamen a causis differentibus specie non videtur generari idem effectus. ¶ Et confirm. Nulla est demonstratio, quia, ergo non sunt duæ species. Probat autem antecedens: quia si esset aliqua, maxime esset aut illa quæ procedit per causam mediatam, aut illa quæ procedit per effectum: sed neutra istarum: ergo. Probat minor quo ad primum membrum. Aut per causam mediatam intelligitur principium proximum conclusionis, quod tamen habet aliud prius per quod demonstretur: & hoc non quia talis demonstratio est propter quid, ut patet ex dictis super secundum capitulum: aut intelligitur principium remotum inter quod & conclusionem mediat alia causa, ut videtur docere Aristotelem, in hoc decimo capite: & hoc non, quia talis demonstratio non semper est bona consequentia: ut patet potest in ipso exemplo Aristotelis. Etenim esse animal, est causa remota respirandi, & tamen non sequitur, hoc est animal: ergo hoc respirat: ut patet de piscibus: aut si facias demonstrationem, maior est falsa, scilicet, omne animal respirat. ¶ Eodem modo potest argui, quod ab effectu remoto non procedat demonstratio. Vivere enim est effectus proximus viventium, & remotus animalis, & tamen non sequitur, hoc vivit: ergo est animal: ut patet in plantis. ¶ Secundo principaliter arguitur, quod sint plures quam duæ species demonstrationis. Commentator in prologo Physicorum, & in 2. libr. text. 2. 2. ponit tres species demonstrationis, scilicet propter quid & quia, & simpliciter. ¶ Et confirmatur. Demonstratio ad impossibile non propter quid, nec quia: ergo sunt plures species. Antecedens apparet in hac demonstratione Aristotelis, 2. metaphysicorum, nulla esset prima causa, nullus esset effectus in mundo (quia causæ non procedunt in infinitum) consequens est impossibile: ergo & antecedens. Nec enim habet formam demonstrationis propter quid, nec quia. ¶ Tertio principaliter arguitur contra illam propositionem Aristotelis. Si negatio est causa negationis, affirmatio est causa affirmationis, sequeretur inde quod si aliud quod antecedens infert consequens, ex opposito ipsius antecedentis habet inferre oppositum consequentis, quod tamen est contra regulam logicalem. Sequitur enim hoc non est animal: ergo non est homo (ubi negatio est causa negationis) & tamen non sequitur, hoc est animal: ergo hoc est homo: imo in exemplo Aristotelis, sequitur, hoc non est animal: ergo non respirat, & tamen non sequitur hoc est animal: ergo respirat: ut patet in piscibus & o. streis. ¶ Et confirm. Non sequitur, si affirmatio est causa affirmationis, ergo negatio est causa negationis: ergo nec sequitur e converso. Probat autem antecedens. Sequitur enim, homo currit, ergo non movetur. ¶ Quarto principaliter arguitur contra id quod ait Aristoteles, scilicet: quod circulariter potest demonstrari ex effectu causa, ex causa effectus: ut stella esse prope, quia non scintillat, & non scintillare, quia sunt prope. Demonstratio fit innotescendi causa: ergo debet procedere ex notioribus ad minus nota: ut habetur in definitione demonstrationis: nis: nec sufficit dicere: quod demonstratio propter quid procedit ex notioribus natura, & demonstratio, quia, ex notioribus nobis: nam demonstratio debet fieri ex notioribus ipsi cui fit demonstratio: si ergo Petro per. a. demonstrat. b. iam. a. est illi notius, & per consequens non demonstrabitur illi rursus per. b. ¶ Quinto principaliter arguitur contra aliam particulam de subalternatione scientiarum. Perspectiva & Musica sunt partes scientiarum naturalis: nam tractant de objectis sensuum visus & auditus, quæ pertinent ad scientiam de anima, ergo potius subalternantur philosophiæ naturali, quam mathematicis. Et inde arguitur, quod scientia de iride non subalternetur perspectivæ, cuius oppositum asserit Aristoteles. Scientia de iride est pars philosophiæ naturalis, quæ est subalternans perspectivæ: ergo scientia de iride non subalternatur perspectivæ: alias esset circulus in subalternatione: ¶ Et confirm. Si perspectivæ & musica subalternantur geometriæ & arithmetici, eo quod principia earum probantur ab illis mathematicis, sequeretur eadem ratione primo, quod mathematicæ subalternentur philosophiæ naturali: nam ut dictum est, illud principium mathematicum, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, probat philosophus naturalis, 5. & 6. phisicorum, eo quod inter quælibet puncta mediat spatium. Secundo sequeretur, quod chirurgia subalternetur mathematicæ, postquam mathematicis probat illud principium, quod vulnera circularia tardius curantur. Imo tertio sequeretur, quod metaphisica subalternaretur philosophiæ naturali: nam ut ait Commentator. 1. Physicorum, comment. vlti. metaphisicos supponit tanquam primum principium substantias separatas esse, quod certe a priori probari non potest: & tamen philosophus naturalis ut patet. 8. phisicorum, per eternitatem motus probat aliquas esse substantias separatas perpetuas: & probare aliquid per motum est probatio philosophi naturalis. Hæc tamen tria consequentia sunt falsa, & apud Aristotelem haberentur pro inconuenientibus. ¶ Et confirmatur. secundo, quia non apparet quomodo nautica subalternetur Astrologiæ aut architectura subalternetur stereometricæ: imo videntur esse partes illarum: sicut scientia isoscelis est pars scientiæ trianguli. Sexto principaliter arguitur. Esto sint aliquæ scientiæ subalternatæ respectu aliarum, differentia tamen quam Aristoteles constituit, videlicet, quod subalternata dicit solum, quia, subalternans vero propter quid, non apparet vera: nam perspectivæ & musica saltem speculative demonstrant propter quid: quia sunt veræ scientiæ, in hoc enim differunt scientiæ speculative a practica, quod. v. g. musica speculative reddit rationes a priori consonantiæ sonorum. Practica vero solum indicat de consonantijs in ordine ad auditum, sicut perspectivæ practica in ordine ad visum. Et confirmatur. Si Geometria demonstrat a priori conclusiones quæ sunt principia perspectivæ, sequeretur geometriam esse formaliter perspectivam, nam scientia debet denominari a conclusione demonstrata, ob id que si conclusio demonstrata a geometra est perspectivæ, geometria est perspectivæ.

Ad quæstionem respondetur

affirmatiue. Vnde ad primum argumentum respondetur, quod forsitan disputatio est de nomine, an demonstratio, quia, sit simpliciter demonstratio. Certum est quod si demonstratio est solum syllogismus qui facit simpliciter scire, tunc demonstratio quia, non est demonstratio, sancire simpliciter est ræ causam cognoscere. Possent tamen dici ad rationem demonstrationis satis esse, quod procedat ex necessitate & per se, & ex causis, quæ licet non sint causæ efficiendi, sunt tamen causæ cognoscendi, & demonstratio quia, licet non facit scire quare res sit, ut cur rhabarbarum purget cholera, facit tamen scire rem esse, rhabarbarum purgare cholera: ob idque de nomine non disputo. Hoc tamen est certum, quod definitio demonstrationis posita in 2. capite solum conuenit demonstrationi propter quid, & ideo

Prima qd.

dixit Aristoteles, quod si alius est modus sciendi, postea videtur: insinuans aliud esse scire, quia. ¶ De alio membro argumenti problema est quod pro utraque parte sustineri potest, an propter quid, & quia specie differant. Quod tamen mihi verisimilius est his propositionibus exponam. Prima. Demonstratio propter quid & demonstratio quia, cuiusdem conclusionis differunt specie. Probat quia præmissæ differunt specie. Cum enim demonstratur Lunam eclipsari a priori quia terra interponitur & a posteriori, quia prius luce, præmissæ sunt distinctæ. Quod in exemplo Aristotelis, apparet, cum stellas non scintillare, demonstratur propter quid, quia sunt prope, & esse prope, ab effectu quia non scintillant. ¶ Secunda conclusio. Nihilominus videntur assensus ab illis producti non differre specie. Sed solum quod vnus forte est clarior alio quemadmodum ignis productus a sole, & productus ab igne, sunt eiusdem speciei: quauis causæ differunt specie. Est enim demonstratio sicuti causa a quocumque respectu conclusionis (cum intellectus principiorum producat scientiæ conclusionis differentem specie) & ideo possunt demonstrationes differentes specie producere assensus eiusdem speciei, quando obiectum est idem. ¶ Probat conclusio. Primo: quia scientia de eclipsi quæ habetur per experientiam, certe non videtur differre specie ab illa quæ gignitur a priori per demonstrationem: præter quam quod illa quæ habetur per experientiam est clarior. ¶ Item confirmatur, si assensus tales eiusdem conclusionis differret specie, simul possent se compari, si quidem ambo sunt clari: & per consequens si dum video Lunam eclipsari adduceretur mihi demonstratio propter quid, nouus generaretur assensus, & sic haberem duos simul assensus euidentis eiusdem conclusionis: quod videtur contra experientiam. ¶ Vnde ad illud membrum primi argumenti conceditur, quod si ad eandem conclusionem simul afferantur demonstratio propter quid, & quia vnicus assensus generabitur tam clarus quam potest eum producere clarissima demonstratio. Sed inde non sequitur quin demonstrationes differant specie, ut dictum est de sole & igne. Et quauis ex eisdem propositionibus, faciendæ de præmissa conclusionem & de conclusione præmissam, possint constitui demonstratio quia & propter quid, satis tamen est ut differant specie, quod præmissæ vnus differant a præmissis alterius. ¶ Ad confirmationem respondetur ut diximus super textum, quod quando dicitur demonstrationem quia, esse illam quæ procedit ex causa mediata, non intelligitur de causa quæ habet priorem: nam illa est propter quid reducibilis ad immediata principia: sed intelligitur de causa remota respectu conclusionis, ut patet in exemplo Aristotelis. ¶ Est tamen notandum quod causa remota dicitur tripliciter. Vno modo quia licet conuertatur cum effectu, est tamen mediata mediatiore causa: ut esse animal rationale, est causa mediata risibilitatis: inter quam mediata administrationem, vel luminaria esse in capite vel cauda draconis, est causa remota eclipsis, proxima vero est interpositio terre. Et quando isto modo causa est remota, tunc a causa ad effectum ab effectu ad causam affirmatiue & negatiue est optima consequentia. Sequitur enim est animal rationale: ergo est risibile, & e converso & pariter sequitur negatiue, non est animal rationale, ergo non est risibile: & e converso. Item sequitur, luminaria sunt in capite vel cauda draconis, ergo Luna eclipsatur: & e converso affirmatiue & negatiue. Secundo modo, per aliquid extremum potest dici causa remota illa quæ cum sit causa aliquando talis effectus, tamen nec infert illum nec infertur ex illo: sicut habere concitatum

Ad confir.

Causa remotatripliciter

pullum, est effectus & signum febris: tamen nec semper ex illa causa sequitur talis effectus, puta quando homo prope mortem non habet pullum: nec ex sola illa causa sequitur ille effectus: nam ex vehementia, aut suu vel alia passione potest concitari pullus. Et tunc nec affirmatiue nec negatiue sequitur demonstratio. nec propter quid nec quia. ¶ Et id patet in exemplo Aristotelis quod positum est potius gratia exempli, quam eo quod sit verum: nam vinum est causa lacticiæ & modulandi qui quidem effectus ex alia causa potest etiam provenire: nec illa causa semper efficit illum effectum. Et ideo nec sequitur, in tali patria sunt vitæ: ergo modulatores: nec sequitur, non sunt vitæ: ergo nec modulatores. Tertio modo causa dicitur remota, quia se habet est superior ad effectum, & dicitur mediata meditatione prædicacionis. Et tunc infertur affirmatiue ex effectu, non tamen infert ipsum affirmatiue, sed solum negatiue infert negationem effectus, & illa est demonstratio quia ex mediatiore causa: ut quicquid respirat est animal, lapis non est animal: ergo non respirat: tamen affirmatiue non sequitur, est animal ergo respirat. ¶ Eodem omnino modo distinguendum est de effectu remoto. ¶ Quando enim est effectus qui sequitur ex sola causa non tamen ex omni sequitur affirmatiue: ut hoc respirat, ergo est animal: non tamen negatiue: hoc non respirat, ergo non est animal. Si autem sequatur ex omni non tamen ex sola, sequitur negatiue ab effectu ad causam: ut non vivit: ergo non est animal, non tamen sequitur affirmatiue, vivit ergo est animal. ¶ Ad secundum principale de Commentatore parum refert scire quid illic senserit. Forte demonstrationem simpliciter non distinguit a demonstratione propter quid, tanquam diuersam speciem: sed tanquam id quod addit aliquam perfectionem: ut de demonstrationem propter quid, appellat illam quæ procedit ex causa quacumque: & demonstrationem simpliciter: appellat rotum dicentem qui incipit ex causis proximis conclusionis, & resoluit præmissas vsque ad prima principia per se nota. Quæ solet appellari propter quid & potissima. ¶ Et ad confirmationem respondeatur, quod demonstratio ad impossibile aliqua reducitur ad demonstrationem propter quid, & aliqua ad demonstrationem quia ut illa demonstratio confirmatio nis virtualiter est quia: acti argueretur hoc modo. Alii qui sunt effectus in mundo, & non est procedere in infinitum in causis: ergo danda est prima causa. In qua demonstratione procedatur ab effectu ad causam. Hæc vero reducitur ad propter quid. Si ignis non esset attractiuus non esset calidus, consequens est impossibile: ergo & antecedens. Est enim ac si diceret, omne calidum est attractiuum: ignis est calidus: ergo. ¶ Ad tertium principale respondetur, quod illa propositio Aristotelis intelligitur de causa proxima, & quæ per se primo est causa talis effectus: in quibus causa & effectus dicuntur ad conuertentiam: ut si hoc non esse animal rationale est causa per se primo ut non sit risibile, esse animal rationale est causa risibilitatis, esse non rationale est causa ut non sit risibile. Quemadmodum arguit Aristoteles. 2. Physicorum, text. 30. si presentia nautæ est causa seruationis nauis, absentia nautæ est causa submerisonis. Debet autem oppositio similis esse in causis & in effectibus: non enim sequitur, si esse album sit causa disgregandi visum, quod non esse album sit causa congregandi visum: nam rubrum non est album, & tamen non congregat visum: quia album & non album opponuntur contradictorie seu infinite, & tamen congregare, & disgregare, opponuntur contrarie sed

Ad secundum

Demonstratiopotissima

Ad confir. Demonstr. ad imposs.

Ad tertium

Si nega. est ca. neg. affirm. est cau. affirma.



sed dicendum est, quod si esse album est causa disgregandi esse non album est causa non disgregandi: sed esse nigrum est causa congregandi, quia album & nigrum opponuntur contrarie, sicut disgregare & congregare. At vero in causis quæ non sunt adæquate: & per se primo, non sequitur, quod si negatio est causa remota alicuius effectus, affirmatio sit aliquo modo causa, nec remota. Vnde ad argumentum respondetur: quod quando antecedens inferit consequens a superiori ad inferius negative: ut hoc non est animal, ergo non est homo: non sequitur ex opposito antecedentis oppositum consequentis: quia non esse animal non est causa adæquatio huius est, non esse hominem. Et eodem modo si antecedens inferit consequens ab inferiori ad superius affirmative: ut homo currit, ergo mouetur, quia currere non est causa adæquata motus. Imo vero exemplum Aristotele, hoc manifeste docet, non enim negat, quin non esse animal sic causa non respirandi: sed dicit esse causam remotam: & probat non esse causam proximam & per se, quia alias esse animal, deberet esse causa respirandi. Et per hoc patet responsio ad confirmationem. Ad quartum principale responderit, quod Aristoteli. nullo modo admittit circulare demonstrationem respectu eiusdem hominis cui adducitur demonstratio innotescendi causa: ut argumentum probat. Etenim fieri nequit ut mihi innotescat, a per. b. & b. per. a. eodem genere scientiæ. Attamen per viam inuentionis possunt homines per effectum venire in cognitionem causarum, qui postea docti causas, possunt docere effectus per causas. Et ita demonstratio, quia, procedit ex notioribus pro isto statu, quia cognitio nostra incipit a sensu: sed demonstratio propter quid, procedit ordine naturali. Ad quintum principale responderit, quod quia subiectum in respectu & musica est complexum ut linea visualis, & numerus sonorus, ratione lineæ & numeri subalternatur geometriæ & arithmetice: sed ratione adiecti, scilicet, visualis aut sonori sunt partes philosophiæ naturalis. Et hac ratione dicuntur scientiæ mediæ inter mathematicas & naturales. Vnde propositio quæ loquitur de visibili in ordine ad angulum quem causat in oculo, vel in ordine ad lineam visualem, illa est mere perspectiuæ: ut quod obiectum prope maius videtur, quia causat maiorem angulum visualem. Cum vero hæc probat per lineam abstractam a visu. scilicet, quod lineæ procedentes ab eadem basi acutiorem & minorem angulum faciunt in parte distanti quæ in propinqua, definit esse perspectiuæ, & ascendit ad Geometriam. Si vero consideret obiectum visibile non in ordine ad lineam vel angulum, iam definit esse perspectiuæ & est mere philosophiæ naturalis: ut excellens visibile lædit visum, visibile supra sensum non facit sensationem. & c. Et proportionabiliter dicatur de musica. Et per hoc respondetur ad aliam rationculam de Iride. Apparentia enim coloris quæ sit in iride accidit ex refractione radiorum solarium in nube rorida. Sed apparentia figuræ circularis in arcu iridis accidit ex refractione radiorum ad modum circuli: eo quod cum nubes opponitur soli, radij medij penetrant centrum nubis sine refractione, & ad latera refranguntur orbiculariter: ut est videre. 3. meteororum. Et ideo quantum ad figuram circularem illa scientia de iride subalternatur perspectiue: nam illa apparentia sit propter refractionem linearum visualium, & per consequens mediate subalternatur geometriæ. Sed quantum ad apparentiam colorum, licet quodammodo pertineat ad perspectiuam, proprius tamen pertinet ad philosophiæ naturalem: cuius est illa propositio, lucidum transiens per nigrum apparet rubeum, & per magis rarum appa-

ret viride, & per magis rarum apparet flauum. Vnde nihil vetat, quod perspectiuæ aliquo modo sit vna pars philosophiæ naturalis: & tamen aliquo modo subalternetur alia pars philosophiæ naturalis. Ad primam confirmationem respondetur, quod perspectiuæ & musica non ex eo solum subalternatur geometriæ & arithmetice, quod ab illis probantur sua principia: sed quia subiecta illarum sint quodammodo inferiora ad subiecta illarum, ob id que licet philosophia naturalis probet aliquod principium geometriæ non sequitur philosophiam esse subalternam respectu geometriæ. Subiectum enim geometriæ quæ est quantitas, ut abstracta materia & motu, nullo modo est inferius ad ens mobile: sed est accidens illius. Et ita philosophia non tanquam subalternans probat principia geometriæ: sed quia scientia de substantia aliquo modo iudicat de suis accidentibus. Eadem ratione nec chirurgia subalternatur geometriæ: quia corpus sanabile non est inferius ad quantitatem, sed subiectum eius. Et hac ratione Geometria probat principium chirurgiæ nam per accidentia sumitur notitia subiecti. Ad tertium inconueniens respondetur illud minime sequi: nã ut philosophia naturalis esset subalternans respectu metaphisicæ, requireretur quod a priori quid probasset principia metaphisicæ: attamen non probat substantias separatas esse nisi ab effectu per æternitatem motus: ut si motus cœli est perpetuus, aliqua est intelligentia perpetuo mouens. Ad secundam confirmationem respondetur, quod Astrologia tractat de astris: puta de motibus & coniunctionibus eorum absolute. Nautica vero tractat de illis in ordine ad operationes nostras. Nauticæ enim ex astris coniectant ventos & serenitates, & inde prospiciunt nauigandum ne sit, an cessandum. Et ideo Nautica quia addit aliquid ad subiectum astrologiæ non est pars illius sed subalternatur illi: sicut perspectiuæ quia addit visualem supra lineam, non est pars geometriæ, sed eius subalterna. Nautica ergo est pars astrologiæ iudicialis quæ ex astris sumit iudicium effectuum qui omnibus possunt accidere. Eodem modo Stereometria tractat absolute de mensuris corporum. Ars vero machinarum seu Architectura tractat de tali mensura in ordine ad ædificia construenda. Ad sextum principale varie respondent doctores: quia non est facile nosse quomodo subalternata dicat quia: & subalternans propter quid. Omnis vero opinionibus sit prima propositio. Scientia subalternata non solum demonstrat ab effectu sed priori & propter quid, ut argumentum probat, quia in hac consistit ratio perspectiue & musicæ speculatiue quod a priori demonstrant conclusiones. Secunda propositio. Quauis posset forsan sustineri: i quod perspectiuæ speculatiua non est nisi Geometria, pro illa parte qua probat conclusiones perspectiue, & musica speculatiua est Arithmetica pro illa parte qua probat conclusiones musicæ, tamen alia est rei veritas, videlicet, quod infra limites perspectiue distinguitur speculatiua & practica. Prima pars patet, quia si Geometria a priori probat principia perspectiue, videtur subinde Geometria esse perspectiua speculatiua. Sed secunda pars probatur. Perspectiua ex proprijs terminis perspectiue reddit causam suarum conclusionum: ergo perspectiua speculatiua distinguitur a geometria. Probatur antecedens. Illam conclusionem, obiectum prope maius videtur quam longe, perspectiua probat hoc syllogismo, obiectum quod maiori angulo visuali videtur maius apparet: sed quod prope videtur, videtur maiori angulo visuali: ergo. Quæ quidem demonstratio est a priori & intra limites perspectiue: quia præmissæ loquuntur de angulo visuali. Vnde Geo

Ad conf.

Ad confir.

Ad confir.

Ad 1. co

Ad sextum.

1. Propo.

2. Propo.

Geo

Geometria non dicitur demonstrare propter quid perspectiue, eo quod omnis demonstratio propter quid perspectiue sit Geometria: sed quia demonstratio perspectiua non potest resolui vsque ad principia immediata & per se nota, nisi per geometriam: nam illæ præmissæ probantur à geometria per lineas & angulos abstractendo à visibilibus, scilicet, Si eadem basi duo latera trianguli procedent, maiorem angulum causant in parte propinqua quam in remota. Itaque ubi demonstratio incipit per visuale, iam est pure perspectiua. Et idem dicitur de musica respectu arithmetice. Ex quo sequitur quomodo differat perspectiua practica & perspectiua speculatiua: nam perspectiua practica solum probat obiectum prope minus videri, ab experientia per visum sicut musica practica probat, quod Diapente est optima consonantia, quia bene consonat auribus: & ideo musica practica aquiritur exercitio cantandi: speculatiua vero reddit a priori rationes conclusionum. Hinc sequitur solutio confirmationis. Respondetur enim primo quod Geometria non demonstrat conclusiones perspectiue, sed solum principia. Itaque quam primum venit ad lineas visuales cessat negotium Geometriæ & incipit demonstrare perspectiuus. Secundo respondetur, quod geometria in quantum geometria non habet semper applicare sua principia ad principia perspectiua formando demonstrationes: sed quando geometria requiritur à perspectiuo, aut vult descendere ad perspectiuam: & vtraque de causa geometria non est perspectiua. Et hoc secundum est quod ait Aristoteles videlicet, quod geometria & arithmeticus sciunt in vniuersali conclusiones perspectiue & musicæ, non tamen in particulari. Stat enim quod sit quis perfectus geometria, sciens quod ab eadem basi latera per eandem maiorem angulum faciunt in puncto propinquiori, quam in remotiori, & tamen hoc nunquam applicuerit ad lineas visuales: & per consequens nunquam aduerterit an obiectum prope videtur maius quam longe. Et pariter arithmeticus stat, quod sciat omnes proportionationes numerorum quas nunquam applicauerit ad sonos, nec aduertit quæ nã proportionis consonet, quæ vero dissonet.

nã si neque. a. cuiquam. c. neque. c. cuiquã competat. b. vtraque aut per interuallum e contra si sumpta, ambæ propositiones erunt sine dubio falsæ: fieri nãque potest vt. c. sic se habet ad extremū vtrūq; vt neque subijciatur. a. neque vniuersaliter cōpetat ipsi. b. etenim. b. quidem fieri nō potest, vt in toto quopiam sit: nam. a. primo remouebatur ab ipso. a. vero nō necesse est vniuersaliter cūctis quæ sunt inesse, quare sit ambæ vt propositiones sint falsæ. At fieri quoque potest vt altera vera sumatur, non tñ vtrauis. sed. a. c. nã propositio. c. b. semper erit falsa quia in nullo est ipsum. b. sed. a. c. vera esse pōt veluti si. a. sine medio cōpetat quidē ipsi. c. nō cōpetat aut ipsi. b. cum enim idem primo de pluribus quouis dicitur modo, neutrum erit in altero: nihil autem interest, & si nō sine medio cōpetat. Deceptio igitur essendi per hoc atque hoc nō fit solum: nō enim alia in figura ratiocinatio erat essendi: nō essendi vero & in prima, & in media fit. Atq; primum dicimus, quot modis & quomodo sese habentibus ipsis propositionibus sit in prima figura. Fieri itaque pōt vt ambæ falsæ propositiones sumatur: veluti si ipsum. a. tã. c. quam. b. sine medio cōpetat. Nã si sumatur. a. quidem nulli inesse. c. ipsum aut. c. cui libet cōpetere. b. erit vtraque propositio falsa. Fieri quoq; pōt, vt altera propositionū vtrauis falsa sumatur. Nam esse pōt. a. c. quidem vera. c. b. vero falsa. a. c. quidem vera: quia. a. non omnibus inest quæ sunt. c. b. vero falsa, tñ quia fieri nequit vt. c. cui ipsum. a. nulli cōpetat, ipsi cōpetat. b. nã alias. a. c. propositio nō erit vera: tñ quia si ambæ sint veræ, erit ipsa conclusio vera. At. c. b. etiam vera esse potest, altera sumpta falsa: ceu si b. & in. a. sit & in. c. necesse est. n. tunc alterū esse sub altero: quare si sumatur. a. nulli competere. c. erit hæc propositio falsa. Patet igit & ex altera tantū & ex ambabus propositionibus falsis ratiocinatio fieri falsam. Sed in figura media, vt totæ quiddē propositiones ambæ sint falsæ, fieri nequit nã cū. a. cui libet inest. b. nullū tñ sumi mediū pōt q; alteri cui libet, alteri nulli competet. Oportet aut hoc pacto, sãmere propositiones, vt alteri quidē inest, alteri vero non inest, si hac in figura ratiocinatio fieri debeat. Si igitur quæ sic sumatur sint falsæ, constat e contra veras vtrasq; fore, q; quidē fieri nequit. Verū aliqua ex parte falsam esse vtranq; non obstare quicquã vides: veluti si mediū. c. tã. a. q. b. cui dã inest. Tūc n. ipsum. c. cui libet quidē. a. nulli vero. b. dicat inesse, falsæ quidē erūt ambæ propositiones, at nō simpliciter, sed aliqua ex parte, sicut patet. Eadē erūt, & h. propositionē negatiua versus

Log. Do. Soto. P. extre.



Ignoratio autē ea quæ nō negatione, sed dispositio ne dicitur ignorantia, deceptio est: quæ circa propositiones medio vacantes vel non vacantes, affirmatiuas vel negatiuas, aut per ratiocinationem, aut simpliciter sit. Nam aut simpliciter quispiã esse, aut nō esse putat, aut per ratiocinationem existimationem talem sequitur. Simplicis igitur existimationis simplex est error: cuius autem quæ per ratiocinationē efficitur, plures. a. nãque sine media nulli competat. b. Si igitur quispiã cōcludat. a. cōpetere ipsi. b. sumpto medio. c. deceptus erit, sanè per ratiocinationem: atque fieri potest, vt ambæ propositiones sint falsæ: & etiam altera tantum



extremū maius posueris. Fieri tñ potest, vt al-
tera falsa atque vtrauis ppositionū sumatur: q
n. inest cuilibet. a. id. b. quoque cuilibet inest.
Si igitur ipsum. c. tale sumptū cuilibet quide
a. nulli verò. b. cōpetere dixeris. a. c. quidē erit
vera. c. b. aut falsa. Rursus quod nulli. b. compe-
tit, id nec. a. cuilibet in erit: nam si cuilibet. a. cō-
peteret, & ipsi quoque. b. cuilibet profecto cō-
peteret: at nulli inesse supponit. Si igitur cuili-
bet quidē. a. nulli vero. b. cōpetere dixeris. c. b.
quidē veram, alteram verò falsam efficiēs. Idē
vtique fiet, & si versus maius extremū pposi-
tionem negatiuam posueris: q enim nulli cō-
petit. a. id etiam nulli competit. b. Si igitur. c.
nulli quidem. a. cuilibet vero. b. competere di-
xeris. a. c. quidē propositio erit vera, altera ve-
ro falsa. Rursus si id q. b. cuilibet inest, nullicō-
petere dixeris. a. falsam tū efficiēs propositio-
nem. Necesse est enim, si. b. cuilibet inest, & a.
cuidam competat. Si igitur huiuscemodi sum-
ptum. c. nulli quidē. a. cuilibet vero. b. dicatur
competere, erit. c. b. quidē vera. a. c. autem fal-
sa. Patet igitur ex vtrisque falsis, & ex altera tan-
tū circa propositiones indiuiduas ratiocinatio-
nem falsam fieri posse.

mera priuatio & carentia scientiæ: vt ignorantia geom-
triæ in rustico. Ignorantia vero prauæ dispositionis, est
falsum iudicium de re aliqua. Prima dicitur simplex ne-
gatio, quia nullum dicit habitum vel actum: secunda ve-
ro fit per habitum vel actum quæ est mala dispositio.
Item prima non dicitur deceptio: nam qui negatue ig-
norat, scit se ignorare, & ideo nec decipitur, nec quic-
quam asserit, nec alicui contradicit: quare talis ignoran-
tia nihil pertinet ad Scientiam. Secunda vero ignoran-
tia est deceptio & error: nam qui ita ignorat, decipitur
putans se scire quod nescit: ob idque contradicit scienti:
atque adeo talis ignorantia pertinet ad scientiam, vt ex-
tirpetur. ¶ Ait ergo, quod illa ignorantia quæ non est se-
cundum negationem sed secundum dispositionem, illa
est deceptio. Boetius vertit, illa est per syllogismum de-
ceptio, & in aliquibus codicibus Græcis ita legitur: sed
forsan in codice Argyropili non erat illa particula, per-
syllogismum: quæ quidem littera certe melius quadrat:
nam statim deceptio distinguitur in deceptionem quæ
fit per syllogismum & deceptionem quæ fit sine syl-
logismo: vnde sequitur quod non omnis talis. deceptio
est per syllogismum. ¶ Secunda distinctio est
Ignorantia prauæ dispositionis, alia est circa prima prin-
cipia immediata (de qua agitur in hoc capite) & alia est
propositionum quæ sunt mediatae tanquam conclusio-
nes: de qua agitur in sequenti. ¶ Quod si quis dubitet
quomodo potest haberi error primorum principiorum
vt de hoc generali, quodlibet est vel non est. Ad hoc re-
spondent expositores, quod potest quis illa negare sal-
tem ore, licet non corde: vt supra dictum est cap. 8. text.
13. & habetur 4. metaphysic. textu. 8. At vero quia vo-
calis negatio veritatis, non proprie dicitur error, sed p-
teruia: aliter mihi videtur dicendum, videlicet, quod
Aristoteles loquitur hic de propositionibus immedia-
tis, quæ quauis secundum se sint immediatæ, non ta-
men simpliciter & quoad nos sunt per se notæ: vt om-
ne animal rationale est disciplinabile, nulla substantia
est qualitas, & similes: circa quas immediatas potest esse
error, etiam mentalis. ¶ Vnde subiungit tertiā distinctio-
nem scilicet, quod talis deceptio, siue sit circa immediata siue
circa mediata, potest esse aut circa affirmatiuas aut
circa negatiuas. Vbi notandum, quod sicut est propositio
immediata in veritate tam affirmatiua, quam nega-
tiua, ita contradictoria est immediata in falsitate: vt ho-
mo non est rationalis, substantia est qualitas, & sicut vna
est mediata in veritate, ita alia est mediata in falsitate:
vt mundus non est creatus, est falsa mediata, quia
mundus est creatus, est vera mediata: & mundus non est in-
finitus est mediata in falsitate, quia mundus non est in-
finitus est vera mediata. ¶ Quarta distinctio est. Igno-
rantia prauæ dispositionis aut fit per syllogismum dece-
ptorium, qui dicitur paralogismus, aut simpliciter. Ete-
nim tunc quispiam simpliciter aut credit non esse, quod
est, aut esse, quod non est, quando id credit deceptus
vel experientia vel autoritate: vt cum rusticus credit
solem non esse maiorem rota molari deceptus visu aut
credit mundum esse perpetuum deceptus autoritate
alicuius philosophi. Et hæc ignorantia nihil pertinet
ad scientiam posteriorum. Potest tamen huiusmodi er-
rores pati propter aliquem paralogismum, vt si addu-
ceretur illis talis paralogismus, vnaquæquæ res est talis
qualis apparet: sol apparet vt rota molari: ergo tantus
est quanta est illa. Et de hac deceptio est præsens sermo. ¶ In
secunda particula. (Simplicis igitur) pergit
exempla ponere singulorum membrorum statuen-
simo fundamentum videlicet. (Simplicis existimationis
sim-

Ucusque sunt quæ ex
libris Posteriorum opereratum est dia-
lecticos discipulos doceri: quæ verè post
hac subsequuntur, quauis sint ingenio
plena, & que ingeniosum quempiam perlustrari nō pō-
nentebit, forsā tamen prolixiora sunt quam necessaria:
ob idque propter prolixitatem non exponuntur a neo-
tericis. Nos vero statim singula exponere: non vt ne-
gotium facessamus doctores interpretandi (si forsā
tempus non succerit) sed vt totum Aristotelē illis qui
accuratius esse volunt dialecticis exponamus. Nec mi-
rum si operis & longissimi, & obscurissimi, longa sit ex-
positio, ne obscura fiat. In hoc ergo duodecimo capite
incipit quartum membrum principale eorum sex in quæ
primum istum librum partitissimus. Enimvero post quā
in primo capite institutum est demonstrationem esse ne-
cessariam, & in duobus sequentibus definitum est quid
est scientia & demonstratio, & in octo sequentibus osten-
sum est, ex quibus quilibetunque principijs procedat
omnis demonstratio, tam propter quid quam quia, & in
qua figura aptius fiat, in his tribus capitulis quæ modo
sequuntur agitur de ignorantia, quæ opponitur sciētiæ.
Atqui in duobus capitulis agitur de ignorantia prauæ
dispositionis, nempe in primo de ignorantia principio-
rum immediatorum, & in secundo de ignorantia media-
torum quæ sunt conclusiones. In tertio denique agitur
de ignorantia puræ negationis. At vero in partitione
Commentatoris duodecimum & tertium decimum ca-
pita, non continent nisi vnicum textum, qui est trigēsi-
mus secundus. Quocirca nos caput hoc duodecimum per
sex particulas distribuimus. ¶ In prima ergo particula
præmittit Arist. quatuor distinctiones ignorantiae. Pri-
ma est. Duplex est ignorantia, scilicet puræ negationis,
& prauæ dispositionis. Ignorantia puræ negationis est
Dubium.

Dubium.

Immediata in falsis.

Secūda par-
ticula.

sim-

implex est error: eius autem quæ per ratiocinationem
efficitur, plures id est, cum quis errat sola autoritate
aut alia via sine syllogismo deceptus, vnicum habet er-
rorem, scilicet, propositionis in qua decipitur. Qui au-
tem errat per syllogismum plures habet, scilicet, & con-
clusiōis & vtriusque vel alterius præmissarum. ¶ Vbi no-
randum, quod error per paralogismum aut cōtingit ex
defectu formæ, consequentiæ: & iste nō pertinet ad præ-
sentem materiam, sed ad libros priorum. Aut cōtingit
ex defectu materis: puta ex falsitate præmissarum: & de
isto est sermo præsens. ¶ Ostendit ergo Aristotel. in hoc
capite quomodo contingant huiusmodi paralogismi in
immediatis propositionibus falsis. Et primo in affirmati-
uis quæ opponantur veris immediatis negatiuis. Vnde
supponit primo, quod. a. sine medio nulli competit. b.
vt. si. a. sit substantia. & b. qualitas, hæc sit immediata,
nullum. b. est. a. (Si igitur quispiam, inquit, concludat. a.
competere ipsi, b. sumpto medio. c. deceptus erit sane
per syllogismum: vt si dicat omne. c. est. a. omne. b. est. c.
ergo omne. b. est. a. ¶ Subdit tamen, quod huiusmodi pa-
ralogismus fieri potest dum ambæ præmissæ sunt falsæ,
aut dum altera tantū. (Nam si neque. a. inquit, cuiquam
c. neque. c. cuiquam competit. b. vtraque autem per in-
teruallum contra sit sumpta) id est ambæ præmissæ su-
mantur affirmatiue contrariæ illarum, tunc ambæ sunt
falsæ. Contrariæ (inquam) quia debent esse vniuersales,
cum debeant inferre vniuersalem: nam propositio imme-
diata falsā debet esse vniuersalis & de omni, sicut imme-
diata vera: vt si acciperetur pro medio (quod significa-
tur per. c.) aliud generalissimum extraneum, puta quan-
titas, cui nec. a. nec. b. competit: & fiat talis syllogismus,
omnis quantitas est substantia: omnis qualitas est quan-
titas: ergo omnis qualitas est substantia. Ambæ enim
præmissæ sunt immediatæ falsæ apud Aristotel. hoc est
quod subiungit. (Fieri nanque potest vt. c. sic se habeat
ad extremum vtrunque, vt neque subijciatur ipsi. a. q
est maior extremitas) neque vniuersaliter competit ip-
si. b. id est, neque prædicetur vniuersaliter de minori.
¶ Subiungit autem rationem dicens. (Et enim. b. quidem
fieri non potest vt in toto quopiam sit. & c.) in qua ratio-
ne, cum sit obscura, nescio quæ mysteria, præter inten-
tionem (vt existimo) Aristotelis fingunt expositores.
Sensus tamen manifestus si cōsideratur primo huiusmo-
di paralogismos fieri in prima figura ex præmissis vni-
uersalibus, vt iam adnotauimus. Probat ergo quod po-
test. c. medium nec subijci ipsi. a. in maiori, nec vniuersaliter
prædicari de. b. in minori. Et probat primo secun-
dam partem per hoc, quod fieri nequit vt. b. scilicet mi-
nor extremitas sit in aliquo toto (quod est dicere, conti-
neatur sub aliquo genere.) Quod probat eo quod. a. re-
mouebatur. a. b. immediate. Ac si diceret. Cum hæc ef-
fer immediate, nullum. b. est. a. sequitur vtrunque extre-
mum esse generalissimum, & per consequens subiectum
nec habere genus nec definitionem nec differentiam: &
inde sequitur quod nihil prædicetur de. b. vniuersaliter
affirmatiue, & per consequens. c. nunquam prædicabitur
vniuersaliter de. b. poterit tamen prædicari particu-
lariter: vt si. c. esset, color verum esset dicere, aliquod. b.
id est, aliqua qualitas est. c. sed non esset sufficiens præ-
missa ad concludendum vniuersalem immediatam. Pri-
mam vero partem, scilicet, quod potest. c. non subijci-
affirmatiue ipsi. a. probat per hoc, quod. a. quauis sit
generalissimum (vt substantia) non est necesse vt prædi-
cetur de omnibus quæ sunt: nam non prædicabit de ac-
cidentibus. Et ita concludit, possunt esse ambæ præmissæ
falsæ: vt exemplo iam indicauimus. ¶ Est tamen hic du-

bium: nam videtur non obstante q. b. sit generalissimū, Dubium.
q nihilominus sit in aliquo toto id est, prædicetur de il-
lo aliquid vniuersaliter, puta ly ens, vel descriptio vel p-
pria passio illius generalissimū, vt si dicas, omnis qual-
tas est accidens substantiæ ratione formæ, aut omnis qua-
litas est ens. Respondetur, quod cum ly ens secundum
Aristotelem æquiuoce dicatur de substantia & acciden-
tibus, non est ad propositum vt sit medium demonstratio-
nis: quia facit paralogismum in forma. Sed neque illa de-
scriptio qualitatis facit ad rem posteriorificā, vbi cum
syllogismi sint disciplinares, non accipitur pro medio
nisi vel genus, vel differentia, vel definitio, vel propria
passio quæ nullo modo reperiuntur in genere generalis-
simo. ¶ Prosequitur deinde ostendere. At fieri quoque
& c. prosequitur inquam ostendere aliud membrum:
quomodo videlicet in tali paralogismo potest esse altera
tantum præmissa, falsa, non tamen indifferenter, quia
non potest esse maior falsa, & minor vera: nam minor
nunquam potest esse vera, propterea quod debet esse v-
niuersalis, & cum minor extremitas quæ est illic subie-
ctum, sit generalissimum, non habet genus, nec definitio-
nem, nec differentiam quæ de illo prædicetur vniuersaliter:
vt modo dicebamus. Et hoc est q. aut (propositio. c. b. semper
erit falsa, sed. a. c. vera esse potest) Appellat enim
minorem. c. b. in qua. c. prædicatur, & b. subijci-
tur: & maiorem. a. c. in qua. a. prædicatur, & b. subijci-
tur. Subiungit exemplum, veluti si. a. sine medio competit
ipsi. c. & non cōpetat ipsi. b. puta si accipitur pro medio
genus subalternum ad ly. a. videlicet angelus & dicitur
omnis angelus est substantia, omnis qualitas est angelus
ergo omnis qualitas est substantia. Subdit rationem cur
potest contingere quod. a. competit. c. & non competit.
b. (Cum enim inquit de primo de pluribus dicitur, neu-
trum erit in altero) id est, cum genus aliquod prædicatur
de pluribus speciebus, sicut animal de homine & equo,
neutra illarum specierum prædicabitur de altera. Et à
fortiori illud genus subalternatum, de quo prædicatur
generalissimum negabitur de alio generalissimo. Subiū-
git autem, quod nihil refert ille d. medium sit genus im-
mediatum, vt substantia spiritualis, aut mediatum, vt ani-
mal. ¶ In tertia particula. Deceptio igitur subsequitur
exemplum paralogismorum concludentium conclusiones
negatiuas falsas contrarias immediatis veris. Et con-
stituit primo differentiam, quod deceptio essendi, id est,
paralogismus cōcludens affirmatiue, solum sit in prima
figura: paralogismus vero non essendi, id est, concludens
negatiue, fieri potest in prima & in media, i. secunda. Et
ratio huius est, quia cum conclusio immediate falsa, vt
dictum est, debeat esse vniuersalis, nullo modo potest cō-
cludi in tertia figura: quia nullus modus illius figure, cō-
cludit vniuersalem. Quod si sit affirmatiua, non potest
concludi in secunda figura: quia nullus modus illius fi-
gure concludit affirmatiue. Restat ergo vt vniuersalis
affirmatiua immediata falsa solum cōcludatur in prima
figura. Vniuersalis vero negatiua potest concludi, & in
secundo modo primæ figure & in primo, & in secundo
secundæ. ¶ Subiungit ergo horum exempla. Et primo
in prima figura ambabus præmissis existentibus falsis:
veluti si ipsum. a. id est, maior extremitas tam. c. scilicet
medio quam. b. scilicet minori extremitati sine
medio competit: vt si tam medium quam minor extre-
mitas sint duo genera contraria immediata ad maiorem
extremitatem: nam tunc si maior sit vniuersalis negati-
ua & minor affirmatiua, sit in Celarent paralogismus v-
triusque præmissæ falsæ: videlicet, nulla substantia spi-
ritualis est substantia: omnis substantia corporalis est
Logi. Do. Sot. P 3 sub.

Substantia spiritalis: ergo nulla substantia corporalis est substantia. **C** Fieri quoque potest vt. a. scilicet maior sit vera. c. b. vero, id est minor sit falsa. vt si arguas, nulla qualitas est substantia: omnis angelus est qualitas, ergo nullus angelus est substantia. Et probat, quod a. c. scilicet maior sit vera, quia non est necesse, vt. a. quantus sit generalissimum, prædicetur de omnibus quæ sunt, sed. c. b. id est, minorem probat esse falsam, duplici ratione. Primo, quia fieri nequit vt. c. de quo vniuersaliter negatur, a. conueniat. b. scilicet minori extremitati, nam alias. a. c. scilicet maior negatiua esset falsa: Supponitur enim quod maior extremitas affirmatur de minori, alias conclusio negatiua non esset falsa. Quod dato si detur etiam quod medium affirmatur de eadem minori extremitate: vniuersaliter, sequitur quod maior extremitas affirmabitur de eodem medio, & per consequens maior esset falsa, vt facile colligitur quilibet potest. Secunda probatio est quod si maior & minor essent veræ, tunc conclusio esset vera, & per consequens nulla esset deceptio. **O**stendit subsequenter, quod potest vice versa maior esse falsa, & minor vera, si. b. & in. a. in. c. vt si minor extremitas sumatur inferior & ad medium, & ad maiorem extremitatem, vt apparet in hoc paralogismo, nullum corpus est substantia, omnia animalia sunt corpus, ergo nullum animal est substantia. **I**n quarta particula. (Sed in figura media) transit ad paralogismos secundæ figuræ. Atque de ambabus præmissis falsis ponit hanc conclusionem. Pter nequit vt in secunda figura inferatur conclusio negatiua immediata falsa, taliter, vt ambæ præmissæ totæ sint falsæ, totæ id est vniuersaliter pro quolibet supposito subiecti, possunt tamen ambæ esse falsæ particulariter, id est, quod reddatur falsa pro aliquo supposito subiecti. **A**d cuius intelligentiam notandum est, quod negatiua immediate falsa est vniuersalis contraria immediate vera, vt si omnis homo est animal est immediate vera, nullus homo est animal, est immediate falsa, ita vt prædicatum sit ut genus, aut differentia, aut definitio subiecti, Et prædicatum appellatur: a. quod in secunda figura est subiectum in maiori, subiectum vero. b. quod est subiectum in minori. Igitur vt daretur vtique præmissæ falsæ deberet dari medius terminus qui alteri extremitas contingeret vniuersaliter, & de altero negaretur videlicet, nam debent ambæ præmissæ esse vniuersales cum concludant vniuersalem. Et vna præmissarum debet esse affirmatiua & altera negatiua: quare vt negatiua sit falsa, debet prædicatum competere subiecto. Talis vero medius terminus dari non potest, nam detur quod non competat ipsi. a. & competat ipsi. b. vt nullum. a. sit. c. & omne. b. sit. c. Si nullum. a. est. c. tunc per conversionem nullum. c. est. a. & omne. b. est. c. quod est concessum ergo nullum. b. est. a. cuius contrarium erat suppositum, videlicet, nullum. b. est. a. esse immediatam in falsitate, si vero detur e converso. c. competat ipsi. a. & non ipsi. b. tunc sequitur nullum. b. est. c. ergo nullum. c. est. b. per conversionem, & omne. a. est. c. quod est concessum ergo nullum. a. est. b. & per consequens nullum. b. est. a. quod est contrarium suppositi, videlicet, nullum. b. est. a. esse immediatam in falsitate. Subiungit ergo Aristot. Verum aliqua ex parte falsam esse vtraque non obstare quicquam videtur vult si medium. c. tam. a. quam. b. cuiusdam in sit vt si. c. sit rationale, fiet hic paralogismus in Camestres, omne. a. est. c. nullum. b. est. c. ergo nullum. b. est. a. id est, omne animal est rationale, nullus homo est rationalis, ergo nullus homo est animal, ubi ambæ præmissæ sunt falsæ: sed maior solum pro aliquibus suppositis. Eadem erunt & si

propositionem negatiuam versus extremum maius posueris, vt si in Cesare dixeris, nullum animal est irrationale, omnis homo est irrationale, ergo nullus homo est animal. **S**ubsequenter in quinta particula. Fieri tamen potest vt ostendat quemadmodum potest maior esse vera, minor vero falsa & e converso. Primo in Camestres, vt si medium. c. sit genus quod vniuersaliter affirmetur de vtraque extremitate, quale est ly corpus, nam si tale medium cuiuslibet quidem. a. nulli vero. b. competere dixeris, vt omne animal est corpus, nullus homo est corpus, ergo nullus homo est animal, tunc. a. c. scilicet maior est vera, & c. b. scilicet minor est falsa. (Rursus quod nulli. b. competit, & c.) Probat vice versa, quod potest maior esse falsa, & minor vera, vt potest si medium. c. nulli. b. competit nec cuiuslibet. a. vt si dicas, omne animal est irrationale, nullus homo est irrationale, ergo nullus homo est animal. **I**n sexta denique particula, (idem vtique fiet) ostendit idem in Cesare. Et hoc est quod ait. Si versus maius extremum negatiuam posueris, id est, si maiorem feceris negatiuam. Si enim medium. c. fuerit extraneum vtrique extremitati, maior negatiua erit vera, & minor affirmatiua falsa, vt nullum animal est angelus, omnis homo est angelus, ergo nullus homo est animal. Rursus si medium competit cuiuslibet. b. & non cuiuslibet. a. vt rationale, tunc vice versa maior erit falsa & minor vera, vt si dicas, nullum animal est rationale, omnis homo est rationale, ergo nullus homo est animal.

De mediatorum ignorantia. Cap. XIII.



SE D cum propositiones affirmatiuæ vel negatiuæ medio non vacantes, falso per medium proprium concluduntur: fieri non potest vt propositiones ambæ falsæ sumantur: sed ea tantum sumitur falsa, quæ est versus extremum maius, atque proprium id medium dico, per quod fit ea ratiocinatio, quæ opponitur falsæ. a. nâque per. c. medium competit ipsi. b. cum igitur. c. b. propositionem affirmatiuam oporteat sumi, si prima in figura ratiocinatio fieri debeat, patet hanc quidem perpetuo veram esse: non enim ipsa conuertitur. a. c. autem esse falsam: hac enim conuersa, contrarius syllogismus fit. Idem efficitur, & si medium alia ex serie fuerit sumptum, ceu. d. si in tota sit. a. & de omni. b. prædicetur. Etenim. d. b. quidem intacta maneat propositio, altera vero vertatur necesse est. Quibus efficitur, vt illa quidem perpetuo vera, hæc autem semper falsa sumatur. Atque talis error concurret cum eo, qui per medium efficitur proprium æfere idem est. **S**i vero non per medium proprium, extruitur ratiocinatio, cū hoc tale est vt ipsi quidem subijciatur. a. de nullo vero dicatur. b. in ambas propositiones falsas esse necesse est. Etenim mō

5. Parti.

6. Parti.

con



Ubsequitur in hoc tertio decimo capite dicere de paralogismis concludentibus propositiones falsas mediatas, quando quidem in superiori satis de immediatis dictum est. Atqui eo hic ordine procedit quo in superiori. Prius videlicet de prima figura, mox de secunda. Atqui prius de concludentibus negatiue, quam de concludentibus affirmatiue: vt in quinque particulis per quinque conclusiones palam fiat. **I**n prima ergo particula ponit primam conclusionem. Quando propositio mediata siue affirmatiua siue negatiua falso concluditur in prima figura per proprium medium, non possunt ambæ præmissæ esse falsæ, sed sola maior. Atqui medium proprium appellat illud, per quod contraria propositio vera demonstraretur. **A**d cuius intelligentiam ex superioribus meminisse opus est, eandem esse mediatam propositionem veram, & propositionem demonstrabilem: nempe cuius prædicatum non inest subiecto immediate, sed per medium, per quod demonstratur: vt omnis homo est corpus, quæ demonstratur per animal: & omnis homo est risibilis, quæ demonstratur per admiratiuum. Statuamus ergo hanc mediatam falsam, nullum. b. est. a. id est, nullus homo est risibilis, cuius proprium medium est admiratiuum, per quod. a. vere demonstratur de. b. Si hæc ergo falso concludatur per medium proprium in prima figura, erit per hunc paralogismum, nullum. c. est. a. omne. b. est. c. id est, nullum admiratiuum est risibile, omnis homo est admiratiuum, ergo nullum. b. est. a. qui quidem syllogismus appellatur syllogismus contradictionis, quia infert oppositam conclusioni quæ per tale medium deberet inferre. At ergo Aristot. quod cum in prima figura minor paralogismus debeat esse affirmatiua, siue affirmatiue concludat siue negatiue (saltem in quatuor primis modis euidentibus de quibus loquitur) & medium sit proprium, minor semper erit vera: quia ea profus minor sumitur in paralogismo ad concludendum falsum, quæ sumitur in syllogismo ad vere demonstrandum. Et hoc est quod ait (non enim ipso) (scilicet minor. c. b.) conuertitur id est, minor non mutatur in suã contrariam. Maior vero. a. e. est falsa: quia conuertitur, id est, mutatur in suam contrariam: nam in demonstratione assumitur, omne admiratiuum est risibile, & in paralogismo assumitur, nullum admiratiuum est risibile. **S**ubiungit autem. (Idem efficitur & si medium alia ex serie fuerit sumptum, & c.) id est, perinde erit si sumatur medium quod licet non sit proprium, subijciatur autem vniuersaliter maiori extremitati & prædicetur de omni minori: vt si acciperetur pro medio, animal rationale, qui est causa remota: vel flebile, aut alia passio hominis quæ non sit causa risibilitatis. Idem enim inquit error erit tunc (puta quod sola minor erit falsa) ac si assumeretur medium proprium. **I**n secunda particula. (Si vero non per medium proprium) ponit secundam conclusionem. Si talis propositio negatiua mediata falsa concludatur in prima figura per tale medium vt subijciatur quidem. a. scilicet maiori extremitati, de nullo tamen. b. si dicatur, tunc ambæ præmissæ sunt falsæ. Cuius rationem subiungit, quia in prima figura contrario modo debent sumi præmissæ, vt. f. maior sit negatiua & minor affirmatiua: vt si ad concludendum hanc mediatam falsam, nullus homo est sensibilis, sumatur pro medio, equus, quod subijciatur sensibilis, & negatur de homine, videlicet nullus equus est sensibilis: omnis homo est equus: ergo nullus homo est sensibilis. **S**ubiungit autem. (Cum vero medium ceu. d. non subijciatur ipsi. a.

contrario sunt sumendæ, si ratiocinatio fieri debeat. At si hoc modo sumantur, ambæ sanè vertentur in falsas: veluti si. a. quidem cuiuslibet in sit. d. ipsum autem. d. nulli competat. b. His enim versis, ratiocinatio fiet, & ambæ propositiones erunt, vt diximus falsæ. Cum vero medium ceu. d. non subijciatur ipsi. a. tum. a. d. quidem propositio erit vera: quia. d. non erat in. a. d. b. vero falsa: quoniam si esset vera, conclusio etiam esset vera, at erat falsa. **C**um autem per mediam figuram sit error: tunc fieri nequit vt ambæ propositiones totæ falsæ sumantur. Nam cum. b. subijciatur ipsi. a. fieri non potest vt quicquam vnquam alteri cuiuslibet, alteri nulli competat: sicut & antea diximus. Altera tamẽ propositio falsa, & vtravis etiam sumi potest: nam si. c. tam. a. quam. b. cuiuslibet inest, si id ipsum cuiuslibet quidem. a. nulli vero. b. competere dixeris. a. c. quidem erit vera altera vero falsa. Rursus si ipsum. c. nulli quidem. a. cuiuslibet vero. b. competere dixeris. c. b. quidem erit vera. a. c. autem falsa. Si igitur deceptionis ratiocinatio sit negatiua, dictum est quando, & ex quibus ipsa deceptio erit. **S**ed si affirmatiua sit, cum per medium quidem extruitur proprium fieri non potest, vt propositiones sint falsæ. Necesse est enim in tacta maneat ipsa. c. b. si ratiocinatio fieri debeat, quemadmodum & antea diximus. Quare semper erit. a. c. propositio falsa: hæc est enim ea quæ vertitur. Idem efficitur, & si ex alia serie medium ipsum sumatur, sicut & in errore diximus negatiuo. Etenim. d. b. propositio maneat. a. d. vertatur necesse est: atque hic error concuenit cum priore. **S**ed cum non proprium ratiocinatio conficitur medium, si id quidem collocatur sub. a. propositio quidem. a. d. erit vera. d. b. autem falsa fieri nãque potest, vt. a. cuiusdam in sit, cuidam non in sit, quorum neutrum sub altero collocatur. Sin vero. d. non subijciatur ipsi. a. tum. a. d. quidem semper est falsa, quippe cum affirmatiuam eam esse oporteat. d. b. vero fieri potest vt nunc vera, nunc falsa sumatur: nihil enim vetat vt. a. quidem nulli. d. competat. d. vero cuiuslibet in sit. b. animal enim nulli scientiæ competit, at scientia musicæ cuiuslibet inest. Neque rursus prohibet quicquam, vt neque. a. cuiquam. d. neque. d. cuiquam in sit. b. Patet igitur fieri posse, vt ambæ, atque altera sit falsa, cum medium sub. a. non collocatur. Perpicuum igitur est, quot modis per ratiocinationem error, & per quæ fieri potest circa propositiones vacantes medio, & item easquẽ demonstrari possunt.

1. Conclus.

2. Conclus.

Logi. Do. Sor. P 3 (subia

3. Conclusi.

(subintelligē nec prædicatur. de. b.) tunc. a. d. idest, maior erit vera. d. b. vero, idest, minor erit falsa. Ut si. d. sit lapis, & dicas, nullus lapis est sensibilis: omnis homo est lapis, ergo nullus homo est sensibilis. ¶ In tertia particula. Cum autem per medium figuram transit ad secundam figuram ubi paralogismus non potest concludere nisi negatiue: & ponit tertiā conclusionem. In secunda figura fieri non potest ut ambæ præmissæ sint totaliter falsæ: potest tamen altera totaliter esse falsa indifferenter tam maior quam minor. Probatur: nam si datur negatiua mediata falsa, vt nullum. b. est. a. sua contraria omne. b. est. a. debet esse vera. Si autem. b. est. a. non potest dari vnum medium quod vniuersaliter affirmetur de. a. & negetur de. b. Si enim omne. a. est. c. & nullum. b. est. c. fieri non potest ut. b. sit. a. Et tamen vt ambæ præmissæ essent falsæ in secunda figura, cum vna præmissa debeat esse affirmatiua & alia negatiua, deberet mediū quod est prædicatum utrobique in affirmatiua non conuenire subiecto, & in negatiua conuenire illi. Dixit autem, totæ falsæ quia particulariter pro aliquo supposito subiecti bene possunt esse falsæ: vt si dicas, nullum sensibile est equus: omnis homo est equus: ergo nullus homo est sensibilis, maior tamen est falsa non pro omnibus sed pro aliquibus suppositis. ¶ Potest tamen maior esse vera & minor falsa in Cælestes, si sumatur. c. medium quod sit superius ad vtranque extremitatem: vt, omne risibile est animal: nullus homo est animal: ergo nullus homo est risibilis. Rursus si in eisdem terminis arguas in Cæsare, minor vice versa erit vera & maior falsa: vt, nullum risibile est animal: omnis homo est animal: ergo nullus homo est risibilis. Concludit denique Aristotel. quod si deceptio sit negatiua, idest, negatiue concludens, satis dictum est quomodo fiet. ¶ In quarta particula. Sed si affirmatiua prosequitur Aristoteles dicere de paralogismo concludente affirmatiue. Et primo de prima figura ponit quartam conclusionem proportionabiliter ad primam. Cum propositio affirmatiua falsa mediata concluditur in prima figura per medium proprium, fieri non potest ut ambæ præmissæ sint falsæ: sed sola maior. Ex-
4. Conclus.

4. Conclus.

plē gratia. Hæc negatiua est mediata vera, nullus homo est qualitas, cuius proprium mediū est: substantia, rōe cuius hō nō est qualitas, per quod concluditur in Celarent hoc modo, nulla substantia est qualitas: omnis homo est substantia: ergo nullus homo est qualitas. Si igitur per idem medium concludatur, omnis homo est qualitas, in Barbara aut particularis in Darij minor debet manere eadem, & per consequens semper erit vera: sed maior quæ conuertitur, idest, quæ mutatur in suam contrariam, est falsa: vt omnis substantia est qualitas: omnis homo est substantia ergo omnis homo est qualitas. ¶ Subiungit quod idem efficitur: si sumatur medium ex alia serie, quod tamen habeat eandem habitudinem ad extrema, vt in errore negatiuo dictum est. Veluti si medium sit animal, vel sensibile, quod non est proxima ratio cur homo non est qualitas: vt si arguatur, omne animal est qualitas: omnis homo est animal, ergo, omnis homo est qualitas. ¶ In quinta particula. Sed cum non per proprium subiungitur quinta conclusio quando medium nō est proprium sed extraneum. Qui habet tres partes. Prima, Si medium extraneum. d. subiiciatur. a. idest, maiori extremitati, tunc. a. d. idest, maior erit vera. d. b. vero, idest, minor erit falsa. Fieri nanque potest, ut. a. scilicet maior extremitas, cuidam in sit, scilicet, medio, & cuidam non in sit, scilicet, minori extremitati: & tamen quod medium non dicatur de minori extremitate: vt si arguas, omnis color est qualitas: omnis homo est color, ergo omnis homo est, quali-

5. Conclus.

tas. ¶ Si vero medium non subiicitur maiori extremitati, tunc maior semper erit falsa, cum sit affirmatiua, minor vero potest esse vera & falsa. Exemplum Aristotelis primi membri est, omnis scientia est animal: omnis mūsica est scientia: ergo omnis musica est animal. Exemplum secundi potest esse, omnis scientia est animal: omnis color est scientia, ergo omnis color est animal.

De ignorantia negationis. CAP. XIII.



Manifestum est etiam si sensus quispiam defuerit, necessario & scientiā aliquā deesse: quam quidem consequi non possumus, si discimus vel inductione, vel demonstratione. Est autē demonstratio quidem ex vniuersalibus, inductionio verò ex particularibus: fieri vero non potest ut vniuersalia percipiantur, nisi per inductionem. Quoniam & ea quæ abstracta dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis nota voluerit facere, inesse inquam nonnulla generi cuique: & si non separabilia sunt, & vnumquodque est tale. Inductionem autē eum qui sensu caret conficere, vnum eorum esse constat quæ nullo pacto fieri possunt: ipsorum nanque singularium est ipse sensus. Non enim fieri potest, ut ipsorum accipiatur scientia. Neque em̄ ex vniuersalibus absque inductione, neque per inductionem sine vi sentiendi.

Textus. xxxij.

De ignorantia prauæ dispositionis subsequitur in hoc capite.

Post ignorantia prauæ dispositionis subsequitur in hoc capite. (apud Commentatorem est textus. 33.) sermo de ignorantia prauæ negationis quæ fit sine paralogismo. Ignorantia vero multis modis contingere potest quibus contingit homines nō dare literis operam quia non omnibus datum est adire Corinthum: hi tamen modi non cadunt sub arte: quia de contingentibus singularibus non est scientia. Obidque solum docet Aristoteles vnicum modum quo necessarium est carere scientia. Est ergo in hoc capite vnica conclusio. Deficiente sensu necesse est scientiam eam discere, quæ per illū sensum acquiritur: vt cæcus scientiam de coloribus habere non potest: nec surdus, de sono: dummodo à natiuitate huiusmodi sensibus caruerit. Probat Aristotel. conclusionem hac ratione. Omnis scientia aut inductione acquiritur, aut demonstratione: sed neutra istarum deficiente sensu, acquiri potest de obiecto illius sensus: ergo Probatur minor. Inductio, cum fiat ex singularibus, quæ sunt obiecta sensuum manifestum est fieri non posse sine sensu: vt, nisi per tactum, cognoscere non possumus hunc ignem esse calefactiuum, & hunc, & nō aliū, &c. Sed nec demonstratio quæ ex vniuersalibus procedit fieri potest sine sensu: quia vniuersalium cognitio ex singulariū experientia gignitur: vt. 1. metaphysic. capit. 1. docet Aristoteles. ¶ At vero quia posset quis obijcere non omnia vniuer-

Conclusio.

Plato.

vniuersalia cognosci ex inductione singularium. Sunt enim vniuersalia quæ non abstrahunt à materia: vt omnem ignem esse calefactiuum, albedinem disgregare visum, & similia: & hæc manifestum est inductive cognosci, sed sunt alia vniuersalia, vt mathematica, quæ abstrahunt à materia: vt triangulum habere tres angulos: quæ videntur non acquiri per inductionem sensus, quia nec tractant de triangulo caldo nec colorato, &c. Ideo subiungit Aristot., quod illa etiam vniuersalia quæ abstracta dicuntur. s. mathematica, haberi non possunt nisi per inductionem: nam quanuis sint per intellectum abstracta, tamen realiter non sunt nisi in singularibus, & ideo nisi quis per sensum aut visum aut tactus cognosceret partem & totum, non haberet propriam scientiam illius omnne totum est maius sua parte. Et ita concludit, quod neque vniuersalia sunt cognita sine inductione neque inductio fit sine sensu. ¶ In quo vt Sanct. Thom. per doctē considerauit, condemnat Aristot. duas positiones. Primam Platonis qui dicebat nos habere scientias per species ab ideis nobis participatas. Quæ si vera esset, possemus quidem vniuersalia sine inductione singularium cognoscere. Altera quam condemnat opinio est, quam forsitan tenuit Commentator. 3. de anima. commento. 36. videlicet, quod possumus in hæc vita cognoscere substantias separatas quidditatiue: cum tamen illarum sensationes non habeamus proprias.

Quæstio sexta. Vtrum deficiente sensu deficiat scientia illius obiecti.

Parte negatiua argui

Atur. Et primo contra rationem Arist. quæ videtur latius esse prolata quam fuerit necessarium. Inductio rerum spiritualium vt quod hic angelus est separatus à materia, & hic, &c. non fit per sensum: ergo non omnis inductio fit per sensum, vt ratio eius præsupponit. ¶ Secundo arguitur, quæ neque omnia vniuersalia cognoscantur tali inductione quæ fit per sensum. Habemus enim scientiam de Deo, & de intelligentijs, & de materia prima, & de forma substantiali, & de hoc principio, quodlibet est vel non est, alijsque id genus plurimis: & non etiam abstracta, cognoscuntur per sensum. ¶ Tertio arguitur. Per noticiam vnus sensus sæpe devenimus in cognitionem obiecti alterius sensus: vt videntes, lac cognoscimus esse dulce, & in tenebris gustantes cognoscimus esse album. Et cæcus audiens tubam, cognoscit figuram eius, quam prius per tactum expertus est: ergo deficiente vno sensu per aliū possumus habere scientiam obiecti illius. Veluti si mihi, v.g. deficeret odoratus à natiuitate, videremque vultures à longinquo venire ad cadauera, facerē argumentū. Vultures aliquo sensu mouentur ad hoc cadauer: non tactu, nec visu, nec gustu, nec auditu. ergo odore. ¶ Et confir. Naturale est nobis per causas cognoscere effectus: sed qualitates primæ sunt causæ secundarum: ergo qui haberet tactum quo cognoscere primas qualitates, per illum posset venire in cognitione secundarum: quæ sunt obiecta aliorum sensuum. ¶ Quarto tandem ad rem arguitur. Cæcus potest per disciplinam acquirere scientias de coloribus, puta quod albedo disgregat visum, nigredo congregat, audiendo causas: videlicet, quia albedo plus participat de luce atque adeo acutius penetret & disgreget visum: ergo deficiente sensu non est necessa-

riū deficiere scientiam illius obiecti. ¶ In contrarium est autoritas Aristot.

Ad plenā intelligentiā cōclusionis Arist. quæ verissima est, notandum est primo, quod scientiā pro isto statu acquirimus, aut inuentione, aut disciplina: vt habetur. 1. meta. Auditus potissimū seruit disciplina, vt docet illic Arist. ca. 1. & visus seruit intentioni: vt docet ca. 2.

¶ Secundo notandum, quod scientia de aliqua re haberi potest vno modo in vniuersali per conceptus communes & connotatiuos alio modo per conceptus proprios & quidditatiuos. Hoc notato respondetur ad quæstionem tribus conclusionibus. Prima. Deficiente aliquo sensu non potest haberi scientia obiecti illius per inuentionem. Vt si cæcus à natiuitate nullam disciplinā audiret de coloribus, nullam prorsus haberet illorum scientiam. Probatur. Intellectus noster pro isto statuto ita est sensibus alligatus, vt sine fantasmatibus intelligere non possit. Vnde Ari. 3. de anima tex. 18. necesse est inquit intelligentem fantasmata speculari: sed cæcus à natiuitate nulla potest habere fantasmata propria colorum: ergo neque habere eorum scientiam. ¶ Secundo arguitur. Si nasceretur homo omni prorsus sensu orbis, perfetto de mūdo isto nihil amplius sciret quam lapis: cum sensus sint intellectus ianua: ergo eadem ratione qui careret sensu visus, nō haberet scientiam coloris: imo neque ille haberet magis scientiam visus, quam ego modo habeo sexti sensus exterioris qui nullus est. ¶ Est nihilominus secunda conclusio. Cæcus à natiuitate licet possit auditu per disciplinā habere aliquam scientiam de coloribus per conceptus communes connotatiuos, tamen nō potest habere scientiam per proprios & quidditatiuos. Prima pars nota est, quia potest cæcus in scholis doceri, & sicut sonus quem experitur percipitur auditu, ita & alia qualitas percipitur alio sensu qui dicitur visus, & sicut acutus sonus & acutus sapor alter afficit auditum & gustum quam grauis, ita alius color disgregat, & alius congregat visum: & potest discere, lac quod gustat esse album, cera esse rubea, & alia id genus. ¶ Sed secunda pars probatur. quia certè ista iudicia non sunt propria & quidditatiua colorum sed comunia. Probatur, quia proprie cæcus non intelligit quid est albedinem disgregare & nigredinem congregare, sed per similitudinem ad sonum vel ad gustum: neque intelligit differentiam inter album & nigrum, rubeum & viride: sed habet omnino similes conceptus eis quos ego habeo dum disputo de sexto sensu, an videlicet Deus possit facere alium sensum, quo percipiatur aliud sensibile distinctum à quinque generibus sensibilium. Vtranque partē huius conclusionis videtur mihi astruere Arist. 1. Phy. tex. 6. dicens, cæcum à natiuitate de coloribus ratiocinantē de nominibus quidem habere sermonē, rem vero nō intelligere. ¶ Sequit ex his tertia conclusio. De vniuersalib⁹ quæ sunt re à materia separata, vt Deus & intelligentiæ, nō possumus naturaliter pro isto statu habere propria & quidditatiua scientiā, quia cognitio nostra pro isto statu nō potest haberi nisi per sensum: & illa nō sunt sensibilia, sed cognoscimus de illis aliqua communia prædicata & ab effectu, puta, quod Deus est prima causa istorum inferiorum, quod intelligentiæ mouent cælos & similia.

Respondetur ergo ad prima.

duo argumenta per tertiā conclusionem. Etenim quāuis faciamus inductionem intelligentiarum, tamen de illis singularibus non habemus propriam scientiam: tam ignotum enim est mihi, quod hæc intelligentia est separata

rata, quam quod intelligentia in communi est separata. Nec de illo primo principio, quodlibet est vel non est, habere propriam scientiam, si nullum prorsus habere sensum; quia tunc nec habere fantasmatum quae necesse est intelligere speculari. Atqui nec materiam primam cognoscere possumus nisi per sensum, puta per transmutatioes quas videmus, ut ait Arist. i. Phy. tex. 6. Et pariter formam cognoscimus per eius operationes. 8. Metaphy. Ad tertium argumentum, respondetur, quod qui habet omnes sensus potest quidem postquam expertus est obiecta omnium, per cognitionem vniuersi venire in cognitionem alterius, ut postquam vidi lac esse album & gustauit esse dulce, possum per visum iudicare esse dulce, & per gustum iudicare esse album, sed nisi caecus, audisset lac esse album, nunquam per gustum cognosceret esse album. Ad aliud, si carens odorato videret vultures a longinquo venire, conceditur quod coire stare alium forte sensum esse vulturibus, sed de illo non haberet propriam scientiam, quia nesciret magis quomodo immutaretur ille sensus, quam ego scio modo quomodo immutaretur sextus sensus si fieri esset possibile a Deo. Est tamen notandum, quod sunt aliqua sensibilia communia pluribus sensibus, secundo de anima text. 63. potest quidem qui vno caret habere scientiam per alium, ut quantitas & figura percipitur visu & tactu, & ideo caecus per tactum potest a doctore scientiam mathematicam doceri de figuris & numeris. Ad confirmationem distinguitur triplex causarum genus. Cum enim omnis causa, ut supra visum est, notior sit quoad naturam suo effectui, in quo ad nos aliqua est causa posterior nota quam effectus, ut Deus, intelligentia, & formae substantiales, & per has causas non cognoscimus effectus, sed vice versa per effectus, causas. Aliae sunt causa magis ignota, etiam nobis quae sunt effectus, ut multiplicatur per media. Exterius huiusmodi causas (dicunt Paulus & alij) cognoscimus effectus. Quod ego non adeo crediderim. Non enim video quomodo per colorem cognosco speciem visibilem coloris, imo huiusmodi species sensibiles cognoscimus per consuetudinem effectus, quia enim experior colorem distantem immutare mihi visum, arguo aliquid multiplicari a colore per medium, & per consequens sicut per cognitionem speciei non venio in cognitionem coloris, ita nec e converso. Alij vero sunt causa quae quantum ad cognitionem nostram indifferentem se habent respectu suorum effectuum, ut qualitates primae respectu secundarum, neque enim calorem cognoscimus per calorem, neque e converso, sed calorem cognoscimus per tactum, & colorem per visum. Vnde ad confirmationem negatur, quod per cognitionem qualitatum primarum possumus nos devenire in scientiam propria qualitatum secundarum. Ad quartum argumentum respondet conclusio secunda.

An sit in demonstrationibus processus in infinitum.

CAP. XV.

Minis autem ratio cinationibus terminis constat: atque alia est affirmatiua, quae quidem ostendere potest. a. competit ipsi. b. & b. competit ipsi. c. alia est negatiua, quae quidem altera propositionibus

tione habet affirmatiua, altera negatiua patet: igitur haec esse principia, & ea quae suppositio nes dicuntur. His enim sumptis necesse est demonstrare. a. per. b. medium ipsi competere. c. & rursus. a. per medium aliud ipsi inesse. b. & iterum b. per aliud quippiam ipsi competere. c. Si igitur probabiliter solique differendi modo ratiocinari volumus, id tantum ut patet considerandum est, si ratiocinatio ex qua maxime probabilibus verisimilibusque conficitur. Atque si per. a. b. propositionem quae quidem (tametsi verum non vacat medio: videtur tamen eodem vacare) ratiocinationem quispiam fecerit, is est ut ad differendum pertinet ratiocinatus: sin vero non illo pacto sed ad veritatem ratiocinationes extruere libet, tum id considerandum est, ut ex hisce quae competunt, ratiocinatio semper conficiatur. Res autem ita sese habet. Quoniam est id quod de alio non per accidens praedicatur: atque per accidens dico, veluti cum dicimus nonnunquam album illud hominem esse, non perinde dicentes atque cum dicimus hominem esse album: homo namque non quia est aliud quicquam, est album, at album est homo: quia accidit homini ut sit album. Sunt igitur nonnulla talia, ut per se praedicentur. Si itaque. c. tale, ut ipsum quidem nulli competat rei. b. autem huic competit primo, ut non sit inter ipsa media vllum, & rursus. d. ipsi. b. & e. ipsi. d. & f. idem ipsi competit. e. quae reudum est igitur, si necesse est hoc stare, an fieri potest ut in infinito proficiatur? Rursus sit. a. de quo nihil per se praedicatur: atque hoc ipsi primo competit. h. & nulli priori medio competit: & h. idem ipsi. g. & g. ipsi. f. & f. ipsi competit. e. quaerimus igitur, vtrum & huiusce perfectionis sit necessario status, an sine medio sit semper abitio. Atque hoc tantum ab illo differt quod illud quidem quaerit fieri ne possit, ut quippiam si a tali incipiat, ut ipsum quidem non insit cuiquam, aliud aut de ipso dicatur, versus supra pergendo sine fine semper proficiatur hoc aut fieri ne possit, ut quispiam si incipiat ab eo: de quo nihil dicitur, ipsum vero de altero praedicatur. petatque; inferiora, hoc semper pacto proficiatur, nullusque ei modus occurrat. Praeterea querendum est, fieri ne potest, ut si extrema sint finita, media sint infinita: veluti si. a. competit ipsi. c. & inter ipsa sit medium. b. ac inter. a. & b. medium etiam aliud cadat, & inter haec rursus aliud, vtrum & in his ipsis sit in infinito processio, an id ipsum fieri nequeat. Idem est autem hoc considerare, & si demonstrationes in infinitum proficiantur, & si sit cuiuslibet demonstrationis: an ad vtraque partem finis occurrat. Similiter & de ratiocinationibus negatiuis, & propositionibus

fitionibus est dicendum, veluti si. a. nulli. b. competit, aut illi primo non inest, aut est aliud medium, cui priori non inest. Atque si sit. c. quod quidem cui libet competit. b. rursus. a. aut ipsi. c. primo, aut alij priori non inest. Quod quidem cui libet competit. c. & in his enim aut infinita sunt ea, quibus non inest prioribus ipsum. a. aut finita, modusque tandem occurrat. In his autem quae conuertuntur, secus res habet. Non enim hisce quae mutuum, suscipiunt praedicationem, id de quo primo vel ultimo praedicatur est. Omnia namque similiter hoc pacto sese habent ad cuncta siue sint ea infinita quae praedicantur de ipso siue vtraque de quibus quaeritur sint infinita: nisi sit ut non similiter conuertantur, sed alterum per accidens, alterum vero natura.

Incipit membrum

quintum principale huius libri, in quo Aristotele, postquam egit de ignorantia, reuertitur ad tractandum illud verbum quod dixerat capit. 2. tex. 5. Non sciet quoniam demonstrationem horum non habet. i. ut bona sit de monstratio requiritur resolutio principiorum usque ad immediata. Oriri namque posset inde dubitatio an inalem resolutionem contingat in infinitum abire: tunc enim non posset ad principia prima peruenire. Hac de causa in hoc membro, quod per quinque capitula usque ad decimum nonnum inclusive protenditur, intendit patefacere demonstrationes nequaquam in infinitum procedere. Atqui in diuisione Commentatoris, priora tria capitula vnicum textum complectuntur, qui est trigesimus quartus. Continet vero capitulum hoc quatuordecimum partem sex.

Duae suppositiones.

In tribus prioribus praemittit duas suppositiones, quae sunt ad subsequentia necessariae. Prima. Omnis ratiocinatio, seu syllogismus constat ex tribus terminis. scilicet medio & duabus extremitatibus: omnisque ratiocinatio aut affirmatiua est. i. quae affirmatiue concludit: nempe quae ostendit. a. competere. c. quia. a. competit. b. & b. c. ponit enim exemplum in prima figura alia vero est negatiua: quae quidem alteram propositionem habet affirmatiuam: alteramque negatiuam, nam ex puris negatiuis nihil sequitur. At ne quis existimaret, quod quando principia mediata demonstrationis resoluenda sunt ad immedia- ta, plures sunt termini necessarij, subiungit. His scilicet tribus sumptis necesse est demonstrare. a. per. b. medium ipsi competere. c. & rursus. a. per medium aliud ipsi inesse. b. & iterum. b. per aliud quippiam ipsi competere. c. Quod est dicere, data hac demonstratione, omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. si maior est mediata, sumendum est medium. d. per quod. a. demonstratur de b. & si minor est mediata sumendum est aliud medium. c. per quod. b. demonstratur de. c. ut si fiat haec demonstratio. v. g. omne corpus animatum est substantia: omnis homo est corpus animatum: ergo omnis homo est substantia: tunc quia maior est mediata, resoluenda est, sic, omne corpus est substantia: omne corpus animatum est corpus: ergo. Rursus quia minor est etiam mediata, resoluenda est hoc modo, omne animal est corpus animatum: omnis homo est animal, ergo. In secunda particula. Si igitur probabiliter, subditur secunda suppositio: quae est differentia inter syllogismum dialecticum & demonstrationem: videlicet. Si syllogismum facimus dialecti-

cum, satis est nobis ex probabilibus procedere. Ob idque si propositio. a. b. id est maior, apparet esse immediata, licet in rei veritate non sit immediata, nihil obstat syllogismo. At vero in demonstratione non satis est praemissas esse probabiles, sed requiritur ut in rei veritate sint immediae, id est, quod nec inter maiorem extremitatem & medium, nec inter medium & minorem aliquod praedicatum mediet. Subsequenter in tertia particula. Res autem ita se habent, probat differentiam esse veram: nam id quod de alio praedicatur, aut praedicatur de illo per se, aut praedicatur per accidens. Duplitem autem praedicatum per accidens, aut quando subiectum praedicatur de accidenti, ut album est homo: aut quando accidens praedicatur de subiecto ut homo est albus, & aliter prima propositio est per accidens quae secunda: nam homo non praedicatur accidentaliter de albo, eo quod homo sit accidens, at quia album non ratione sui est homo, sed quia est aliud, puta Petrus, id est, quia homo dicitur de Petro cui accidit esse album. Attamen homo est albus, non est haec ratione accidentis: homo enim non est albus, quia homo est aliud, sed est accidentalis, quia praedicatum non est de essentia subiecti. Et hoc est quod ait. Homo namque non quia est aliud quicquam est albus. Meminit autem huius distinctionis, quia quando dicimus demonstrationem procedere ex propositionibus per se, intelligitur ut opponitur huic, quod est per accidens secundo modo. Non autem meminit tertij modi, puta quando accidens praedicatur de accidenti: ut album est dulce, eo quod iste modus ambos superiores comprehendit & per illos innotescit. In quarta particula. Si itaque. c. tale, duabus suppositionibus praemissis mouet tres quaestiones, in quibus tractandis sermo huius membri quinti totus versatur. Ad cuius intelligentiam notato, quod processus in infinitum in demonstrationibus potest contingere, aut ascendendo versus maiorem extremitatem, aut descendendo versus minorem, aut interponendo inter medium & aliquam extremitatem. Est ergo prima quaestio de ascensu. Detur inquit. c. scilicet minor extremitas quae nulli insit, nempe sub qua non sit dare inferius, ut. c. sit Petrus. Cui. b. puta homo per se primo competit sine medio, & rursus ipsi. b. competit. d. ut animal: & ita ascendendo. Est ergo prima quaestio an in isto ascensu sit status ut veniatur ad primum, an potius sit in infinito abire? Rursus sit. a. Secunda quaestio est vice versa descendendo. Detur. a. maior extremitas summa, quae. v. g. sit substantia de qua nihil per se praedicatur, nam ens non potest esse maior extremitas, cum non possit per medium aliquod demonstrari, sed est per se notum omnibus conuenire. a. vero per se primo competit ipsi. h. sine medio ut corpori, & h. competit corpori animato: & ita descendendo. Est ergo quaestio secunda, vtrum in hoc descensu sit status ut veniatur ad infimum, an vero sit processus in infinitum? Atque explicat differentiam Aristotele, inter has duas quaestiones. Prima enim quaerit, fieri ne possit ut incipiendo ab infimo quod de nullo praedicatur, sit versus superiora in infinitum ascendere. Secunda de vero quaerit, vtrum incipiendo ab illo de quo nihil praedicatur, sit versus inferiora in infinitum descendere. Tertia quaestio est in praeterea querendum est. Esto extremitas. a. & c. scilicet maior & minor sunt finita inter quae sit medium. d. vtrum possint ita in infinitum multiplicari media, ut inter. a. & b. detur aliud medium. d. & inter. a. & d. aliud medium. e. & ita in infinitum: & pari ratione vtrum inter. b. & c. sit medium. f. & inter. f. & c. aliud. g. & ita in infinitum. Applicat deinde Aristotele, has tres

questiones ad rem presentem dicens. (Idem autem est hoc considerare) i. perinde est ista tria quærerere, & quærerere an demonstrationes in infinitum proficiantur: & si sit cuiuslibet demonstratio. i. vtrum cuiuslibet premissæ sit alia demonstratio per aliam priorem. Alludit ad illum errorem philosophorum quem capi. 3. tex. 6. refutauit, qui dicebant nullã nos propositione posse scire nisi per demonstrationem secundum quos sequebatur demonstrationes procedere in infinitum. ¶ In quinta demum particula. (Similiter & de ratiocinationibus negatiuis) subiungit Arist. easdem etiam questiones locum habere in demonstrationibus negatiuis. Ponit autem exemplum in prima figura in Celarent, aut Ferio modis euidentibus, vbi maior est negatiua & minor affirmatiua: vt nullum. b. est a. omne. c. est. b. Ait ergo qd si. a. nulli competat. b. tunc aut illi primo non inest, aut est aliquod medium cui priori non inest. Aut enim maior est, nulla substantia est qualitas, quæ est immediata aut se habet: vt nullus homo est qualitas, inter quæ extrema medium est, substantia de qua primo negatur qualitas. Eodem modo minor, omne. c. est. b. considerandum si est an sit mediata vel immediata. In quibus proinde quærendum est an in multiplicatione mediorum sit status, an vero processus in infinitum: ¶ In sexta particula. (In his autem.) concludit has questiones non habere locum in cõuertibilibus: vt cum propria passio demonstratur de subiecto per definitionem. ¶ Ad cuius intellectum notato, qd sicut potest fingi processus in infinitum in generibus, vt homo, animal, corpus. &c. ita in passionibus eiusdem subiecti: vt admiratum, risibile, disciplinabile. &c. Est tamen differentia, qd primus processus fit secundum superior & inferior ascendendo vel descendendo: qui quidem dicitur ascendens secundum prædicationem essentialem: & per consequens illic quærendum est primum infimumque subiectum, atque vltimum & supremum prædicatum. In passionibus vero non est processus secundum superior & inferior, sed secundum prius & posterius in causa: quia prima passio est causa secunda, & ita consequenter. Quare in istis nec est ascensus, nec est proinde quærerere primum subiectum nec vltimam prædicatum: sed omnes passionibus conuertuntur cum subiecto & definitione. Et hoc est quod ait. Sive sint ea infinita quæ prædicantur de ipso, sive vtraque de quibus quæritur sint infinita, hoc est siue fixo subiecto homine, procedas in infinitum versus passiones, siue fixa vltima passione descendas in infinitum versus subiectum, cuncta eodem modo se habent quo ad conuertentiam prædicationis. Etenim sicut omnis homo est risibilis, ita omne risibile est homo. Et idem est de omnibus passionibus eius. Nisi inquit si nõ similiter conuertantur: quia omne risibile est homo, est indirecta & secundum accedens vt infra videbimus: & tamen omnis homo est risibilis, est secundum naturam, id est, est directæ & per se.

Quod inter extrema determinata non sint media infinita.

CAP. XVI.

In hoc pacto dispositis patet fieri non posse, vt media sint infinita si prædicationes versus superior inferiorve proficiantur ad statum. Atque versus quidem superior prædicationem, eã dico, quæ pergit ad id

quod est magis vniuersale, versus autẽ inferior eam, quæ ad particulare descendit. Nam si cõ a. de. c. prædicatur, infinita sunt media, ceu. b. patet fieri posse, vt ab. a. versus inferior infinitum aliud de alio prædicetur, nã antea quã accedatur ad. c. infinita media sunt: & a. c. versus superius infinita similiter sunt, antea quam ascendatur ad. a. Quare si hæc fieri nequeunt, fieri profecto nõ potest, vt inter. a. & c. media sint infinita. ¶ Neque quicquam refert, si quispiam dicat alia quidem ipsorum. a. b. c. inter se hæ rere, vt nihil prorsus sit inter ipsa: alia vero nõ posse talia sumi. Quouis nãque medio. b. sumpto, ab hoc autem ad. a. aut ad. c. infinita vel finita media erunt: nihil igitur interest quonã primo siue quæ statim, siue quæ non statim infinita sint: nam ea quæ post hæc sunt, infinita esse ponuntur.

Respondere hic incipit

Reducit ad propostas questiones. Atqui primo re ducit questiones quatuor ad duas, nempe, quod solutio tertiæ & quartæ reducitur ad solutiones duorum priorũ. In hoc enim capite reducit tertiam questionem de infinitate mediorum ad illas quæ sunt de infinitate extremorum ascendendo vel descendendo: & in sequenti capite reducit questionem de negatiuis ad questionem affirmatiuarum. Suntque in hoc sextodecimo capite duæ breues particule. In prima ponitur hæc conclusio. Si extrema sursum deorsumque versus sunt finita, i. finite distantia, fieri nequit vt inter ipsa sint media infinita. Versus superior, inquit, est illa prædicatio quæ pergit versus magis vniuersale: & versus inferior, ea quæ versus particulare descendit. Probat conclusionem. Si inter. a. & c. sint infinita media, quæ omnia collectivè appellat. b. fit vt ab. a. versus. c. in infinitum aliud de alio prædicetur: & pariter ex. c. ascendendo versus. a. Quare si hæc fieri nequeunt, i. si ascendendo non potest dari processus in infinitum, quæ erat prima questio nec descendendo quæ erat secunda, vt capite decimo determinabitur, sequitur quod nec possunt inter illa extrema esse infinita media. Ratio est hæc in summa. Si extrema non sunt infinite distantia, media nõ possunt esse infinita: ergo quibus prioribus questionibus determinatis, & tertis dissoluitur. ¶ In secunda particula. Neque quicquam refert. dissoluit responsionem quam quis postea præsertim rationi obijcere. Responderet namque quispiam hanc rationem Arist. supponere, qd inter. a. & c. sint infinita media consequenter immediate se habentia, sicut contingit in quantitate discreta, in qua binario immediate succedit ternarius, & ternario quater narius, & ita consequenter. De quibus medijs conceditur tanquã manifestum, qd datis duobus certis numeris extremis inter illos non possunt esse infiniti medij. Possunt nihilominus inter duo extrema finite distantia dari infinita media non immediate se habentia: vt in quantitate cõtinua inter extrema puncta pedalis lineæ, quæ solum pedatim distant, dantur infinita puncta, media non tã im mediata sed taliter mediata, qd inter quæcumque duo mediant infinita. Et de istis medijs non vt p. edere rõ Arist. qd si extrema finite distant non possunt esse infinita medi.

Conclusio.

Cõclusio.



Ait quidẽ in negatiua demonstratione patet finem processionis esse, si in affirmatiua versus vtrunq; statur. Supponatur enim fieri nõ posse, vt prædicatio aut ab vltimo versus superius, aut a primo versus vltimũ in infinitum proficiatur: atq; id vltimũ dico quod non prædicari rationẽ sed subiecti tantũ modo subdit sitq; id. c. primũ autẽ. i. quod non subijtur cuiquam, sed solũ de alio dicitur. Hæc si ita sint, erit profectio in negatione etiã status. Tripliciter em̃ ostendi negatiua cõclusio p̃t. Et primo quidem hoc pacto, cum. b. cuilibet. c. & a. nulli. b. competere sumitur. b. c. igitur propositio, ac intervallũ omnino minus, in ea necessario reducetur quæ medio vacat: quippe cũ id sit vt patet, affirmatiuum: alterum autem in

dia. ¶ Respondet ergo Aristote. nihil refert hoc vel illo modo accipi media. Ad cuius intelligentiam notandum est quod puncta & partes proportionales continui non sunt infinita in actu, sed solum in potentia: & ideo simpliciter non dicitur illa infinita distantia: nam qui transie ab vno extremo in aliud non transit determinate per quodlibet punctum numerando illa: alias nunquam pertransiret. At vero prædicata sunt sicut entia in actu: nam quodlibet dicitur aliam & aliam formam & quidditatem: & ideo habent se sicut entia in actu. Quare de causa species & prædicata essentialia comparatur numeris. 8. Metaph. tex. 10. Vnde qui ponit inter primum subiectum & vltimum prædicatum infinita media prædicata, non debet illa ponere vt puncta vel partes proportionales, sed vt numeros. Si autem ponantur vt numeri, nihil refert ponantur mediata vel immediata, nam sicut non potest quis venire ad vltimum numerando consequenter infinita immediata, vt vnum, duo, tria, & c. ita nec potest pervenire ad vltimum numerando per numeros mediatos, vt vnum, tria, sex, &c. Et hoc est quod ait Aristotel. Neque quicquam refert si quispiam dicat alia quidem ipsorum mediorum immediate inter se hæ rere, alia vero nõ posse talia, i. immediata sumi. Quouis nanque medio sumpto. b. ab illo vsque ad extremum. a. vel vsque ad extremum. c. signando, sunt media finita vel infinita. Si infinita, non poterunt pertransiri & per consequens. a. in infinitum distat. a. c. Si vero. a. b. ad. a. sunt finita media necesse est quod ab illo. b. ad. c. sint infinita, si quidem admittit infinita inter. a. & c. & si. a. b. ad. c. sunt finita, a. b. ad. a. debent esse infinita. Et hoc est quod subiungit. Nihil igitur inter est, i. quoniam primo sint infinita, siue quæ statim siue quæ non statim: id est, nihil differt a quoniam primo. f. medio sumas infinita. f. ab illo quod statim, id est, immediatum est ipsi. a. vel ab illo quod est mediatum. Nam ea quæ post hæc sunt, id est, media quæ post. b. sunt versus. c. debent esse infinita.

Quod negatio mediata ad immediatam affirmationem reducatur. CAP. XVII.

teruailum, si medio non vacet, ad id redigi poterit, qd medio vacat: nam si. a. nõ sine medio non competat ipsi. b. tum aliquid erit. a. quo prius ipsum, quã. a. b. remouetur: quod quidem cuilibet cõpetere. b. oportet: atque illud sit. d. Rursus si intervallum. a. d. non vacat medio, aliquid item erit, a quo prius ipsum. a. quã a. d. remouetur. Atque illud sit. e. quod quidẽ necesse est cuilibet competere. d. Cum igitur eius viæ quæ superiora petuntur finis atq; status sit, stabitur & hic tandem, eritq; aliquid sane primo cui non competit ipsum. a. ¶ Secundo autẽ hoc ostenditur modo, cum. b. cuilibet quidem a. nulli vero. c. competere sumitur: & hoc enim pacto. a. nulli cõpetere concludetur. Si igitur hoc oportet ostendere, aut per mediũ superior dictũ, aut per huc vt patet: aut per tertiu ostendetur, at primus est dictus per secundũ autem hoc ostendetur pacto, si quis. d. cuilibet quidẽ b. nulli vero. c. competere sumperit, modo cõpetat aliqd ipsi. b. Quod si. d. sine medio segregatur a. c. bene est: sint vero medium cadit, necesse est illud. d. quidem cuilibet inesse, nulli vero competere. c. tum igitur in affirmationibus cum superiora petuntur finis occurrat, & in negationibus itidẽ hic se se offert tandẽ. ¶ Tertio hoc ostenditur pacto, si. a. quidẽ. b. cuilibet cõpetit. c. vero nulli eidem inest: tũ enim concludit. c. non cuilibet cõpetere. a. Et hoc igitur aut per antea dictos modos, aut per huc tertiu ostendetur. At per illos vt ostendimus statur per hunc autem ostendetur. Si. b. quidem sumetur cuilibet cõpetere. d. ipsum vero. c. nulli eidẽ inesse: atq; d. rursus cuilibet inesse. e. ipm vero. c. nulli eidem competere. Cum igitur suppositum sit versus etiam infera prædicationis affirmatiua statum ac vltimum esse, patet ipsius etiam. c. prædicationem negatiua itare tandem & non in infinitum procedere. ¶ Perspicuum autem est, & si non vna via, sed vniuersis nunc per primã, nunc per secundam, nũc per tertiã figuram, vt patuit ostendatur, hoc etiam pacto stare, ac finem ipsius esse: hæc nãque finitæ sunt ea vero quæ sunt finita: finities necesse est vniuersa esse finita. Patet igitur in negatione statũ ac finem esse, si in affirmationibus statur.

In hoc capite decimo septimo reducit Arist. quæstionem de negatiuis ad quæstionem affirmatiuarũ. Et diuiditur in quinque particulas. In prima cõstituit cõclusionem hanc. Si in affirmatiua demonstratione versus vtrũque extremũ statur, i. nõ pceditur in infinitum, necesse est vt in negatiua quoq; statur. Et subdit rationem: quia si affirmatiua prædicationes ab vltimo subiecto ascendendo sunt finitæ: necesse est vt etiã negationes sint finitæ. Quod est dicere, Si datur affirmatiua prædicat.

Posteriorum Primus.

tio immediata, dabitur etiam negatiua predicatio immediata. Vltimum subiectum appellat, quod de nullo predicatur, ut Petrus primū vero predicatur, de quo nullum aliud predicatur quod possit demonstrari, vt substantiam, ens, vt dictum est, non est demonstrabile predicatum. Exponit conclusionem per exempla in tribus figuris. T. expliciter enim, inquit, ostendit negatiua conclusio. In secunda ergo particula ostendit conclusionem in prima figura. Et est sane ingeniosa ratio. Detur, v. g. demonstratio hæc negatiua in prima figura, nullum animal est qualitas: omnis homo est animal; ergo nullus homo est qualitas. Vbi maior est mediata negatiua. Vult probare, quod si in pradicatis minoris affirmatiua non proceditur in infinitum sed venitur ad supremum, nec in pradicatis maioris negatiue procedatur in infinitum. Et hoc est quod ait. Cum, b. medium cuiuslibet, c. f. minori extremitati, & a. maior extremitas nulli b. competere sumitur, necessarium est, vt. b. c. f. minor propositio, & interuallum omnino minus (i. interuallum inter extrema minoris propositionis) reducatur ad immediata, postquam est affirmatiua & suppositū est in affirmatiuis non esse processum in infinitū. Inferit (Inde sequitur alterū interuallum) i. maiorem negatiua, si medio non vacet. i. si non sit immediata redigi etiā posse ad immediata. Probatur consequentia: nam si. a. v. g. qualitas, nō immediate negatur de. b. f. de animali, detur ergo aliud medium de quo prius negetur, vt pote corpus quod debet in minori affirmari de minori extremitate. Et si. a. d. id est, nullum corpus est qualitas, non est immediata, detur aliud medium. c. quod debet competere ipsi. d. Cum ergo ascendendo per pradicata minoris affirmatiua non sit procedere in infinitum: sed deueniendum est ad supremum, qua substantia, illud proinde erit immediatū subiectum de quo negabitur qualitas, vt si dicat, nulla substantia est qualitas: omne animal est substantia: ergo nullum animal est qualitas. In tertia particula. (Secundo autem) idem ostendit in secunda figura. Detur enim hic syllogismus in Camestres, omne. a. est. b. nullū. c. est. b. ergo nullum. c. est. a. Probatur eodem modo, quod si ascendendo per pradicata maioris affirmatiua non procedatur in infinitum, neque pradicata minoris negatiua procedant in infinitum. (Si igitur hoc oportet ostendere) i. si minor negatiua nullum. c. est. b. est mediata, aut debet demonstrari per medium superius dictum id est, in prima figura, & in illa iam dictum est demonstrationem negatiua non procedere in infinitum: aut debet demonstrari in tertia figura, de qua statim dicitur, aut debet demonstrari per eandē scdā. Et tunc debet demonstrari per. d. mediū quod conueniat cuiuslibet, b. & nulli. c. f. omne. b. est. d. nullum. c. est. d. ergo nullum. c. est. b. Tunc aut minor, scilicet nullum. c. est. d. est immediata, & tunc bñ est. i. habetur intētum. Si vero sit mediata, detur mediū. c. quod debet rursus affirmari de. d. & negari de. c. cum ergo pradicata in maiori affirmatiua non procedat in infinitū, sequitur, quod nec in negatiua. In quarta particula. Tertio hoc ostenditur pacto, idem tadem ostendit in tertia figura. Vbi detur. v. g. hic syllogismus in Felapton, nullum. b. est. c. omne. b. est. a. ergo. a. nō est. c. tunc si maior negatiua est mediata, aut debet resolui per primā aut secundā figurā, in quibus iam dictum est demonstrationes negatiuas non procedere in infinitum: aut debet demonstrari per eandē tertiā figurā. & tunc debet resolui per medium. d. hoc modo nullum. d. est. c. omne. d. est. b. ergo. b. non est. c. (quia vniuersalis non potest concludi in tertia figura) quæ resolutio fit descendendo sub subiecto minoris: nam in priori syllogismo. b. erat subiectum respectu. a. & in hoc

d. est subiectum respectu. b. Concludit ergo Arist. quod cum descendendo in affirmatiuis non detur processum in infinitum, sit, vt neque in medijs negatiue procedatur in infinitum: nam quicquid sumatur pro medio inter extrema negatiua, debet fieri subiectum in affirmatiua. In quinta demum particula. Perspicuū autem est, respōdetur cuidam dubio quod videtur superesse ex dictis. Possent enim quis dicere quod quauis in nulla figura procedatur in infinitum, tamen demonstrando vnā figuram per aliam posset in infinitum abiri. Cui dubio respōdet, quod cum in nulla figura procedatur in infinitum, nec figuræ sint infinite, quauis vnā figura demonstraret per aliam, nunquam tamen erit processus in infinitum.

Quod non sit proces. in infini-
tum in demonstratione.

CAP. XVIII.



Ti di ipsum & illis ita esse patebit si primum differendi modo, dein de resolutiue id contemplabitur. In his itaque quæ de definiendis rebus dicuntur, earundemque de-

finitionem ingrediuntur, verum id esse patet: vniuersaliter autem hoc pacto dicamus. Fit enim vt vere dicatur, cum album ambulare, & magnum illud lignum esse: & rursus lignum magnum esse, ac hominem ambulare dicitur. At differt hoc & illo dicere modo: nam cum album dico esse lignum, tum lignum id esse dico cui accidit vt sit album, sed non album esse subiectū ipsius ligni: nō enim: aut album simpliciter erat, aut aliqd album deinde factū est lignū: quare nō dicitur hoc pacto, nisi per accidens. Cum autē lignum album esse dico, tūc non aliquid aliud album esse dico, atq; illi vt sit lignū accidit veluti cum dico musicū album esse: tūc em hominem album esse dico, cui accidit vt musicus sit. Sed lignū est subiectū, quod quide nihil aliud vt est erat, quod aut absolute lignū aut aliqd lignū deinde factū est album. Quod si oporteat nomina ponere, hoc quidem dicere pacto fit predicare illo autem pacto, aut nullo pacto predicare: aut absolute sed per accidens predicare dicatur. Est autē id quide quod predicat, vt album, id vero de quo predicatur, vt lignū. Supponatur igitur id quod predicatur absolute semper de eo quod dicitur, sed nō per accidens predicari: hoc enim pacto demonstrationes demonstrant. Quare cum vnū predicatur de vno: illud aut subiectō eorumque definiendo subiecto competūt: aut est quale, aut quātum, aut ad aliquid, aut agēs, aut patiens, aut vbi, aut quando. Præterea omne quod substantiam significat, id quod illud est, aut quod illud est quoddam, id esse significat

ficat de quo predicatur: quod verō non substantiam significat, sed de subiecto dicitur alio quod quide nec est id ipsum quod illud, nec id quod illud est. quoddam, id est, accidens est: vt cui album, de homine predicatur. Homo namq; neq; id est quod album, neq; id quod album est. quoddam sed animal fortasse: est enim homo id quod animal est. Atq; ea omnia quæ nō substantiam significant, de subiecto aliquo predicari oportet, & nō esse quicquā album: quod quide sit album nō quia aliud quicquā est forma: namq; valeant fidiū enim sunt attractiones: & si sint, nihil profus ad præsentem sermonem pertinet. Ipsa namq; demonstrationes de rebus talibus sunt. Præterea si nō hoc illius est qualitas, & illud huius neq; qualitas est qualitas, fieri profectō nequit vt hoc pacto mutuo predicetur: sed sit quide vt verum dicas, ac nō sit vt econtra prædicet vere. Nam aut vt accidens, aut vt substantia predicabitur, veluti si sit genus vel dicta predicatū. Hoc autē demonstratum est, neq; ad supera, neq; ad infera infinita esse. Neq; enim homo est bipes, & bipes animal, & animal aliud; neq; rursus animal de homine, homo de Calia & de alicuius hoc ipso quid est, predicatur. Omnem em talenti substantiam definire possumus. At fieri nequit vt infinita quisquam intelligēdo per transeat: quare neque ad supera neque ad infera sunt infinita. Fieri enim nō pot, vt ea substantia de qua infinita dicuntur, definiatur. Vt genera igitur, mutuo non predicabuntur. Erit enim ipsum id, quod ipsum est quoddam. At vero neq; de quali, aut de ceteris quicquam nisi per accidens predicabitur. Hæc enim omnia accidunt, & de substantijs predicatur. Sed neque versus supra infinita erunt: de vno quoque namque predicatur id quod significat, aut quale quid, aut quantum quid, aut aliquid talium, aut ea quæ in substantia sunt. Hæc autē sunt finita, & genera predicamentorum finita sunt: est enim aut quale, aut quantum & cætera, quæ iam dudum enumerauimus. Atq; supponūt vnū predicari de vno, ipsa vero de ipsis nō predicari, nisi ratione ipsius quid est, predicentur. Etenim accidentia sunt vniuersa sed quædam per se, quædam alio modo atque hæc omnia de subiecto quodam dicimus predicari, & accidens non esse subiectū vllum. Nihil enim talium possumus id esse, quod id est quod dicitur, nō aliud quicquā sed ipsum in alijs esse & alia quædam de alio dicimus predicari. Neque igitur ad superiora, neque ad inferiora vnū de vno in infinitum dicitur. De quibus enim accidentia dicuntur, quæcunque in vniuersiisq; substantia sunt, ea nō sunt infinita. Versus etiā

supera, nec ipsa, nec contraque accidentia sunt infinita. Necesse est igitur aliquid esse, de quo primum aliquid, & de hoc aliud & huius profectio tandem exitum esse vt dicitur: quod de nullo alterius alio dicitur: & id etiam, de quo predicatur, nō prius. Minus igitur hic est modus ad hoc propositū demonstrandum. Alius autem est hic: Patet enim horum demonstratio nem esse, de quibus supra aliqua predicantur, & item fieri non posse vt autem ius sumus ad ea dispositi quod ostendit demonstratio: quæ fusciamus: aut ea sine demonstratione sciamus quibus efficiunt: vt si per aliqua priora quippe iam annotescit illa vero nescimus: neque ad illa melius sumus affecti: quam si scientiam habuerimus: nec in profectō sciamus: quod per illa notum efficitur. Sigtur sit: vt simpliciter quippiam per demonstrationem & non ex quibusdam: nec ex suppositione sciamus: nec esse est pradicaciones medias stare: nã si non sunt sed semper aliquid superius sit sumpto: omnium erit tum demonstratio. Quare si fieri non potest: vt infinita quisquam per transeat: ea profectō quorū est demonstratio: nunquam per demonstrationem sciamus. Quod si neque melius tum ipsa sumus affecti: quam sciremus: nihil tum per demonstrationem simpliciter: sed ex suppositione sciamus. Ex his igitur quæ differendi diximus modo: id de quo loquimur ita esse quisquam credit. Resolutiue autem per hæc breuius perspicuum fuerit fieri non posse vt versus superioribus aut inferioribus infinita predicata in demonstrationibus scientijs sint: de quibus præsens hæc consideratio est. Demonstratio enim est de hisce: quæ rebus insunt per se: ea vero quæ per se competunt: duplicem subeunt modum: quædam enim in eadem sunt definitione rerum: quibus in esse dicuntur: vt multitudo, vel diuisibile: hæc enim numero cōpetunt: & in ipsius sunt definitione: quædam in ratione sua res eas suscipiunt: quibus competunt vt impar: hoc enim numero cōpetit & definitione sua numerū suscipit. At fieri nequit: vt aut hæc aut illa sint infinita: ne ea quidem quæ vt impar de numero predicatur. Nam in impare rursus aliud erit in definitione: cuius est ipsum: hoc si sit: primum numerus ipse cui quide cōpetunt: in definitione erit ipsorum. Sigtur fieri nequit vt insunt vni talia infinita, nec infinita versus superioribus erūt. At vero necesse est ipsi primo competant vniuersa, veluti numero, & numerus illis insit: quare conuertit, non superabūt. Nec item ea, quæ definitiones eorum quibus insunt ingrediūt, non enim assignari de finitiōes possent. Quare si hæc sunt vniuersa ea

Text. 31.

qua

quæ per se prædicantur (hæc autem infinita nõ sunt) stant omnia plane versus supra : quart stant & ad infera. Quod si ita sit, erunt & ea sine finita, quæ inter duos terminos collocatur. ¶ Quod rursum si ita sit, patet iam & demonstratiõnem esse principia necessario, ac demonstratiõnem non omnium esse, quod quidem non nullos asserere iam in initio distimus. Etenim si principia sunt, nec demonstrabilia sunt omnia, neque in infinitum fieri potest ab itio nam alterum istoru' vtrumvis esse, nil aliud est quã nullum intervallum esse medio vacans, at quæ indivisibile sed vniuersa esse divisibilia. Id em quod demonstratur, non foris addito, sed immisso termino demonstratur. Quapropter fieri potest, ut hoc pacto procedatur in infinitum, fieri quoq; potest, ut inter duos terminos infinita media cadant. At hoc fieri nequit, si ta versus superius. quam versus inferius prædicationum inis existat. Esse vero prædicationum hoc pacto finem, antea differendi modo, nunc resolutiue satis ostendimus.

Rostquam igitur in superioribus duobus capitulis monstratum est, qd si non est in infinitum processus ascendendo aut descendendo, esse non potest in medijs quæ inter duo extrema sumuntur: item qd si non proceditur in infinitum in affirmatiuis, procedi non potest in negatiuis, restat in hoc capite. s. trigiesimo quintus & trigiesimus sextus. In primo ostendit Arist. intentum rationibus communibus sumptis a dialectica: & in altero id manifestat argumtois sumptis ex propria rone demonstrationis. Primus textus dividitur in quinque particulas, & numero quia debet rem ostendere per inductione videlicet, qd nec in prædicatis quidditatiuis, nec in accidentibus sic in finitus processus, in prima particula præmittit distinctione prædicationum in prædicationem simpliciter absolutã, & prædicatione secundum accidens. i. secundum quid. ¶ Ait ergo, qd res ipsa tunc patebit si primum differendi modo. i. dialectice, deinde resolutiue. i. ex propria rone demonstrationis ostendatur. Et subiungit, qd in his quæ definiendis rebus dicuntur. i. in prædicatis quidditatiuis quæ ingrediuntur definitione specieru', per se norum est processum in infinitum esse possibile: cu quia cum rerum essentia definibiles sint finite, nõ possunt habere prædicata quidditatiua infinita, tum etia quia definitio datur vter illa natura rei innotescat, si autè in hinc ea essent in definitione, non esset definitio cognoscibilis. In finitum enim non est cognoscibile. ¶ Phylic. text. 63 ¶ At vero ut res vniuersaliter in omnibus prædicatis in notescat, notandum est (inquit) tripliciter aliqua prædicatione esse accidentale. Est naque prædicatio per accidens, aut quã accidens prædicatur de accidente, vt album ambulat aut quã subiectum prædicatur de accidente, vt hoc magnum est lignum, aut quã accidens prædicatur de

subiecto, vt lignum est magnum, homo, ambulat. Et est inter has prædicationes differentia, quod cum subiectum prædicatur de accidente, vt album est lignum, non denotatur qd album sit subiectum ligni (modus est loquendi Aristotelis, neotericeis multis ignotus) quia vt aliquid sit subiectu' alicuius forme, requiritur aut quod per petuo fuerit subiectu', vt homo est animal, aut quod illud subiectum fuerit factum tale, vt lignum factum est album: at vero album nec per petuo fuit lignum (quia hæc non est necessaria, album est lignum) nec album factum est lignum, sed e conuerso, lignum factum est album. Vnde illa, album est lignum, est per accidens ea rone: quia id cui accidit albedo, puta hoc lignum, est lignum. Et eadem ratione cum vnum accidens prædicatur de alio, vt musicum est album, non est prædicatio per accidens, eo quod accidens quod est musica sit subiectu' albedinis, sed eo quod id cui accidit musica accidit albedo. At tamen lignum est album, est per accidens quia lignum est subiectum albedinis quã lignum factum est album: quare lignum non est album rone alterius, sicut album ratione huius ligni est lignum. ¶ Ait ergo Arist. qd si licet noia in impone, qm simpliciter appellauerimus prædicationem per accidens, intelligamus eam solum in qua accidens prædicatur de subiecto, vt homo ambulat: na illa simpliciter est prædicatio, quia est directa. Alia vero prædicationes nõ sunt simpliciter prædicationes, sed per accidens. i. secundum quid. Ratio est, quia in demonstrationibus non vtimur nisi prædicationibus directis & secundum naturã: & natura rei est, qd accidens in sit subiecto tanquã forma, & per consequens tanquã prædicatum, non autè subiectu' in accidenti, aut accidens accidenti. Cauendum ergo est æquis decipiamur in verbo æquiuoco, per accidens, accipitur enim vno modo vt distinguitur contra per se & quidditatiue, quã uis faciat prædicatione simpliciter, vt homo est albus, alio modo vt distinguitur contra prædicatione ab solute: & simpliciter & tunc tantum valet sicut secundum quid. Et ita supponit Arist. hic quæ absolute est prædicatio, nõ est per accidens: non obstante qd absolute & simpliciter prædicatio distinguitur statim in essentialiam & accidentalem. ¶ In secunda igitur particula. Quare cum vnum subdistinguitur prædicatione quæ simpliciter & absolute est prædicatio, in prædicationem essentialiam & accidentalem. Ait enim qd cum vnum prædicatur de vno (na prædicatio in qua plura prædicantur de vno non cadit sub arte) illud. i. prædicatum aut definiendo subiecto competit. i. aut est prædicatum quidditatiuum quod intrat definitionem subiecti, aut est quale aut quatum. & c. ¶ Et subdit dnam inter hmõj prædicata, videlicet, qd prædicatu' substantiale significat id quod illud est. s. subiectum. i. totum esse subiecti, vt hõ est animal rationale, aut id quod est illud quoddã, i. aut aliquã partè quidditatis subiecti, vt hõ est animal: definitio enim dicit totã essentiam subiecti: sed partes definitionis significat quodãmodo partes subiecti: eo modo quo in prædicabilibus in de gãre & in de dria expositum est. Sed prædicatum accidentale nõ significat id quod est subiectum. Cum enim dico, hõ est albus, non assero, esse hõiem idem esse, qd esse album. Subdit, Atque ea quæ nõ substantiã significant. i. prædicata accidentalia debent prædicari de subiecto. Et nõ debet esse quicquã album. i. subiectum substantiale quod est album, nõ quia est aliud quicquã. quemadmodum, homo est albus, nõ quia homo est aliud. Quod eo dicit, quia musicum, quanquam sit accidens, potest esse album quia est aliud quicquã: scilicet quia est Petrus cui accidit & Musica & albedo. ¶ At vero quia dixerat Arist. prædicatum substantiale esse id quod est solum subiectum, puta idem esse Pea

1. Particu.

Valeat spēs

3. Particula

esse Petrum & hominem & animal, ne quis obijciat argumentum ex ideis Platonis, quas Platonici dicebant prædicari de singularibus, non tamen esse realiter in singularibus, sed habere esse perpetuum separatim ab illis, excludit illas ideas, quæ latine etiam dicuntur formæ, dicens. Formæ nanque valeant, fidium enim sunt attributeiones. Boetius vertit species gaudeant, monstra em sunt. Litera Græca sic habet: Ta gar eide chæreto, tiritifmata gar est in. chæreto, est verbum salutandi, significans, & gaudeant, & valeant. Boetius transtulit in prima significatione: quo caliginem multis offudit, vt crederet Aristotelem hic laudare Platonis ideas, propterea qd sunt immateriales: tam tamen monstesse velit dicere, qd valeant. i. recedant; vt est illud Comicum, valeant qui inter nos disfidium curant, quia nihil ad rem pertinent: terefifmata enim sunt illa prædicia quæ citharæodus at tequam opus incipiat præmittit, pullando chordas. Et ideo alij transtulerunt, cantilenæ enim sunt: & Boetius, nescio qua ratione ductus, mōstra enim sunt: sed melius Argropylyus dixit, fidium attributeiones. Sunt etenim strepitus illi chardarum qui nihil ad musicam pertinet. Et hoc est quod ait Arist. nepe qd illæ idæ aut nihil sunt, aut nihil pertinent ad rem præsentem tanquam prædicata de quibus disputatur an procedant in infinitum. ¶ In tertia particula. Præterea si non. & c. præmissis suppositionibus accedit ad probandum intentionem dialecticæ. Quod facit tribus rationibus. Primo enim probat, qd non sit processus in infinitum in prædicatis directis & in directis simul sumptis, per modum circuli: & deinde qd non sit talis processus directe ascendo aut descendendo. Et supponit primo, qd si directe & secundum naturã a. prædicatur de. b. b. non prædicatur directe de. a. Et hoc est quod ait. Si non hoc illius est qualitas & illud huius: neq; qualitatis est qualitas, fieri profecto nequit. & c. Qualitatem hic vocat non solum accidens quartæ prædicamenti, sed quacunque dispositionem formalem quæ directe de alio prædicatur: siue sit in prædicatis quidditatiuis siue in accidentibus. Ait ergo, qd si animal, & rationale, & album, & alia prædicamenta sunt prædicata directe de homine, homo non erit prædicatum illorum. Sed sit, inquit, vt verum dicas, aut non sit vt contra prædices vere. i. hæ. homo est rationalis, homo est albus sit vt sint veræ propositiones & simpliciter prædicationes, conuertentes vero possunt esse veræ propositiones, si sint particulares, nunquam tamẽ erunt simpliciter prædicationes. ¶ Et nihilominus admissis huiusmodi prædicationibus indirectis probat, qd nec in illis erit in infinitum abire. Aut enim prædicatum indirectè prædicabatur tanquam accidens, aut tanquam genus, aut differentia, ita que subiectum sit genus aut differentia prædicati: vt animal est homo, bipes est animal. Si tanquam genus & differentia vt dicas directe, homo est bipes: & indirectè, bipes est animal: & directe animal est sensibile, & indirectè: sensibile est corpus, & c. in his iam dictum est in principio huius capituli homo esse processum in infinitum. Quod probat: quia omnis talis substantia est definibilis: illa vero substantia cuius sunt infinita prædicata essentialia definiri non potest, vt nos supra exposuimus. Si autè talis indirecta prædicatio est, sicut substantia prædicatur de quali aut quanto. & c. vt album est homo: aut vnum accidens de alio, vt musicum est album, iam huiusmodi propositiones exclusæ sunt ab arte syllogistica: quia nõ sunt simpliciter prædicationes. Accidentia enim secundum naturam prædicantur de substantiis, sed non e conuerso. Nec vnum accidens prædicatur de alio, proprie. Et hoc est quod dixerat, qualitatis non est qualitas, quia qualitas

non inest proprie accidenti tanquã subiecto: sed si conceditur, musicum est album: quia vtrunque accidens inest eidem subiecto: & quanuis qualitas in sit quantitati tanquã subiecto, quod est quia tam qualitas q̄ quãtita in sunt substantiæ tanq̄ subiecto, quod. ¶ In quarta particula Sed nec versus supra. Subditur secunda ratio dialectica, qua probatur nec in prædicatis directis esse in infinitum abire. Supponit enim primo, qd cum vnum de vno prædicatur, prædicatum se habet respectu subiecti, aut tanquam quale quid, aut tanquam quatum quid, aut tanquam vnum aliud nouè prædicamentorum accidentium aut tanquã vnum eorũ quæ sunt in substantiis. i. in essentia rei puta, genus, aut differentia. Secundo supponit ex iam modo dictis, qd genera & differentia sunt finita. Et tertio supponit, qd prædicamenta accidentium sunt finita, vt numerata sunt in prædicamentis. Et quarto supponit, qd hic non loquitur de prædicatione vbi plura prædicantur de vno: quia prædicata complexa possunt secundum partes multis modis multiplicari. Et quinto supponit etiam ex dictis, qd loquimur de prædicationibus simpliciter, puta in qua prædicatur genus aut differentia, aut accidens de subiecto: siue sit accidens per se vt propria passio siue accidens commune: quia vnum accidens nõ est subiectum alterius. Hinc format virtualiter hæc rationem. Aut esset processus in infinitum descendendo aut ascendendo: neutrum istorum: ergo. Probatur maior. In prædicatis directis accidentia debent prædicari de prædicatis quidditatiuis substantiæ, & inter prædicata substantiæ superiora debent prædicari de inferioribus: vt patet ex prima suppositione. Sed in prædicatis quidditatiuis substantiæ descendendo nõ est processus in infinitum, quæ erat secunda suppositio: nec prædicata accidentalia sunt infinita, vt dicebat tertia suppositio: ergo, in prædicatis quidditatiuis non est descensus in finitus. Exempli gratia. Si dicas substantia est qualis, quanta, & c. cum sint solum nouem prædicamenta non possunt esse prædicata infinita: quod si subsumas, omnis substantia est qualis, corpus est substantia, ergo corpus est quale, & rursum si sub ly corpus, substantias, animal, & ita descendendo, non descendes in infinitum, sed si stes in Petro, sed qd nec sit ascensus versus superati. i. ascendendo, probat quia neutra. i. nec prædicata essentialia nec accidentalia sunt infinita. Et ita concludit hunc esse vnum modum probandi, qd nec ascendendo nec descendendo sit processus in infinitum. ¶ In quinta particula, alius autem, subiungit alium modum probandi etiam dialecticum: supponit enim primo omnem propositionem mediata esse demonstrabilem. Et mediata appellat de cuius subiecto aliud prius dicitur, vt homo est corpus, de cuius subiecto prius dicitur, animal, per quod corpus, demonstratur de homine. Secundo supponit, qd ad propositionem demonstrabilem nõ possumus esse melius dispositi, quã si illam sciamus, ad principiu autè immediatum possumus esse melius dispositi. Na propositio nem demonstrabilem cognoscimus per scientiam, principium vero immediatum, per intellectũ, qui est melior habitus. Tertio supponit ex secundo capitulo quod nisi sciamus aut intelligamus principia demonstrationis nõ possumus conclusionẽ scire. Nisi forte secundum quid ex aliquibus suppositis & admissis a respondente disputationis gratia, vel sicut perspectius ex suppositis & receptis a geometra demonstrat. Tunc arguit Aristotele. Omnis propositio mediata est per aliqua principia demonstrabilis & scibilis, & non potest ipsa sciri nisi omnia eius principia sciantur, ergo necesse est omnia eius principia sciri, sed infinita non possunt sciri, vt ipse docet. 1. & 3. phyli. ergo principia debeat esse finita, & per consequens non pro

Prædic. per accidens.

Tex. 36. non proceditur in infinitum. In text. 36. (Resolutive autem) probat eandem conclusionem argumento sumpto ex propria ratione demonstrationis. Rationes enim superiores dialecticæ sunt communes omnibus prædicationibus tam essentialibus quam accidentalibus: demonstrationes vero solum procedant ex propositionibus quæ sunt per se. Ait ergo Aristoteles. Resolutive, id est, ex propriis rationibus demonstrationis brevius & perspicacius ostendatur, nec sursum nec deorsum in infinitum abire demonstrationem. Erformat hanc rationem. Omnis demonstrationis procedit ex propositionibus per se aut primo modo, puta in quibus prædicatum est de ratione subiecti ut homo est animal, numerus est multitudo: aut secundo modo, puta in quibus subiectum est de ratione prædicati: ut homo est risibilis, numerus est par vel impar: sed neutra istorum prædicatorum sunt infinita: ergo. Probatur minor & primo in prædicatis secundis, scilicet in propriis personibus, dupliciter. Ipse ponit exemplum de numero cuius passio est par vel impar: ponamus nos de homine & risibili. Si sit abire in infinitum in secundo modo per se, ita secunda passio prædicabitur de risibili, & tertia de secunda, &c. & per consequens risibile erit de definitione secundæ passionis, & secunda de definitione tertiæ, &c. tunc sic risibile est de definitione risibilis, erit etiam mediata de definitione secundæ passionis & per consequens tertiæ & sequetium: sed iam probatum est ea quæ intrant definitionem non esse infinita: ergo in huiusmodi passionibus non est processus in infinitum. ¶ Secundo id confirmatur ibi. (At vero necesse est.) Est operi impossibile daretur huiusmodi processus in infinitum in passionibus, non tamen esset processus prædicandi secundum, sub & supra, de quo hic disputatur: nam ut capit. 15. dictum est omnes passionibus convertibiliter prædicantur de subiecto. Probat deinde secundam partem minoris: videlicet quæ nec sit processus infinitus in primo modo dicendi per se, ubi ait nec item ea nam in primo modo dicendi per se solum sunt propositiones in quibus prædicatum est de definitione subiecti: & iam sæpe repetitum est ea quæ intrant definitionem non esse infinita. ¶ Non fecit mentionem de secundo & quarto modo per se, quia illi ut. 4. cap. dictum est, non sunt modi prædicandi: sed tertius est modus per se essendi, & quartus per se causandi. ¶ Concludit tandem, quæ si nec ascendendo nec descendendo est processus in infinitum: fit ut neque inter infinitum subiectum & supremum prædicatum sint infinita media. ¶ In secunda particula textus. Quod rursus. Ex dictis & maxime ex ultima conclusione immediate præcedenti infert aliqua esse prima principia demonstrationum, & per consequens non omnium esse demonstrationem ut aliqui philosophi dicebant quorum cap. 5. meminit. Subdit rationem. Etenim si principia inquit sint illa non sunt demonstrabilia: nec erit processus in infinitum in demonstrationibus. ¶ Quod adhuc nova ratione confirmat, quæ talis est. Dicere, quod nullum est primum principium, aut quod demonstrationes in infinitum abeant, tantundem est ac si dicatur, quod nulla est propositio immediata, sed iam dictum est aliquas esse immediatas propositiones: nam probatum est inter extrema finita distantiam non mediare infinita: & per consequens dari aliquod prædicatum quod immediate conveniat subiecto. ergo falsum est dicere, quod nullum est primum principium aut quod demonstrationes procedant in infinitum. Probat Aristoteles. maiorem. Nam medium demonstrationis non sumitur de foris, videlicet quod sit extra

neum extremis: sed debet esse intrinsecum utriusque medianis inter subiectum & prædicatum: sicut, animal, mediat inter corpus, & hominem: ergo dicere quod demonstrationes possunt procedere in infinitum, est dicere, quod inter aliqua duo extrema unius propositionis datur infinita media: quod in superioribus præsertim capit. 16. probatum est esse impossibile.

Quod non fit proces. in infini. in propositionibus mediatis

CAP. XIX.



Demonstratis autem his patet si quippiam idem vt. a. duobus insit: quibusdã vt. c. atque. d. quorum alterũ de altero aut nullo modo, aut non de quo libet prædicatur, nõ semper illud per commune aliquid ipsis competere: triangulo nanque duorum æqualium, & omnium in æqualium laterũ, angulos habere duobus rectis æquales, per commune competit quoddam: competit enim vt uterque est quædam figura, & non vt aliud quicquam. At non semper id ita se habet. Si enim. b. per quod. a. tam ipsi. c. quam. d. competere dicitur: patet igitur, ipsum. b. per aliud commune quippiam ipsis competere: & illud item per aliud: quare inter duos terminos infiniti termini cadent. At hoc fieri nequit, nõ ergo necesse est pluribus idem per aliquod commune semper inesse, si quidẽ sint interualla quæ medio vacant.

Tex. xxxviii. ¶ Terminos tamen eodem in genere & indiuiduis ex eisdem necesse est esse si quidem ipsum commune rationem eorum, quæ per se competunt, subit. Fieri nanque potest, vt ea quæ demonstrantur, ad aliud genus ex alio migrent ac transeant, vt diximus. Patet etiam, cum. a. competit ipsi. b. atque est aliquod medium, tum. a. posse ostendi ipsi competere. b. atque huius hæc erunt, & totidem elementa quot media sunt. Propositiones enim ex quæ medio vacant, elementa sunt aut omnes, aut ex quæ vniuersales sunt. Quod si nullum sit medium, non est alterius demonstratio: sed hæc est ea via, qua acceditur ad principia. Similiter fit & si. a. non competit ipsi. b. Nam si est medium aliquod aut prius, cui non competit ipsum. a. est sine dubio demonstratio: si vero non est, nulla est demonstratio. Atque quot sunt termini, tot sunt elementa principia ve. Propositiones enim quæ ex hisce constât, ipsius sunt demonstrationis principia. Et vt quædam principia sunt in demonstrabilia, hoc pacto:

facto: hoc est illud, & illud inest huic: sic & hoc modo: hoc non est illud, & illud non inest huic: quare quædam essendi quippiam, quædam non essendi principia erunt. Cum autem ostendum quippiam est, sumendum est quippiam quod primum de ipso. b. prædicatur: fitque id. c. de quo similiter ipsum dicitur. a. Atque hoc modo semper proficiscenti, nulla propositio tibi, nullasque terminus affirmãdus extra ipsum. a. sumuntur in probando: sed medium semper densatur, quousque indiuisibilia & vnum fiãt. Est autem tunc vnum, cum fuerit vacans medio interuallum, ac vna simpliciter propositio, quæ quidem medio vacat. ¶ Atque vt cæteris in rebus principium simplex est, idque non est idem ubique, sed in pondere quidem est mina, in modulatione vero primus sensibilis sonus, & in alijs aliud: sic in ratiocinatione quidẽ vnum vacans medio propositio est, in demonstratione vero & scientia intellectus. In affirmatiuis igitur ratiocinationibus nihil extra id quod inest atque competit, cadit: in negatiuis autẽ, ubi quidem est id quod inesse oportet, nihil extra hoc cadit. veluti si. a. per. c. non competit. b. nam si. c. quidem cui libet insit. b. ipsum autem. a. nulli competit. c. rursusque sit. a. nulli competere. c. demonstrandum medius inter hæc ipsa sumendus est terminus: atque hoc modo semper pergendum. Quod si sit ipsum. d. nulli. e. competere demonstrandum, hoc pacto, vt. c. cui libet quidem. d. nulli vero vel non cui libet insit. e. nullus extra ipsum. e. terminus vnquam cadet. Hoc autem est, id cui inesse oportet. At in tertio modo, nec id à quo negare nec id quod negare seiungereque oportet, terminus sumendus vnquam egreditur.



Hisquæ hæctenus

de reductione mediatorũ principiorũ ad immediata dicta sunt, infert Aristoteles in hoc. 19. ca. quatuor corollarias conclusiones. At qui in diuisione Cômètariorum ca. hoc duos habet textus: 1. Concluf. sanẽ trigesimalũ se primũ & trigesimalũ octauũ. In trigesimalũ septimo infert Aristoteles ex dictis hæc conclusionẽ: quod si aliqua passio conueniat duabus distinctis speciebus, quæ de se aut nullo modo, aut non vniuersaliter prædicantur, debet illis conuenire per aliquod medium conueniens utriusque, non tamen proceditur in infinitum, sed deueniendum est ad aliquod primum cui per se primo conueniat. Exempli gratia. Sensibile, conuenit homini & equo, quæ de se nullo modo prædicantur, & risibile, homini & masculo, quæ de se non vniuersaliter prædicantur: quia nõ omnis homo est masculus. Conuenit ergo sensibile homini & equo per definitionem animalis comunem utriusque & risibile conuenit masculo per definitionem hominis. Tamen sensibile per se primo conuenit animali aut eius definitioni. Exemplum Aristoteles est. Habere tres angulos æquales duobus rectis, conuenit isofceli & scaleno per

definitionem trianguli, cui per se primo conuenit illa de finitio. Et probat quod non sit procedere in infinitum: nam sit. b. medium, per quod. a. passio, tam ipsi. c. quam. d. conpetere dicitur, si ipsum. b. per aliud medium competit. c. & sic in infinitum, dabuntur inter. a. & c. infinita media: contra id quod hæctenus determinatum est. ¶ In textu. 38. (Terminos tamen) sunt quinque particule. In prima excludit quandã objectionem ad proximam conclusionem. Posset enim quis obijcere, quod talis passio potest demonstrari de dictis speciebus per infinita media multiplicata accidentaliter & extraneæ, vt si diceremus, quod esse sensibile conuenit homini & equo, non solum quia sunt animalia, sed quia habent quantitatem, & quia habent colorem, &c. Respondet ergo, quod medium & terminus. f. extrema debent esse in eodem genere & in eisdem indiuiduis. Indiuidua vocat extrema immediata quæ. f. non possunt diuidi per terminum medium. At quod debeat medium esse in eodem genere, patet, quia debet demonstratio procedere ex propositionibus per se, nec trãterendum est de genere in genus, vt cap. 7. text. 20. declaratum est. In secunda particula, (Patet etiam) infert secundam conclusionem, quæ cum est aliqua propositio mediata illa est demonstrabilis per illud medium, & quot sunt media inter illa extrema, tot erunt demonstrationes. Propositiones autem quæ medio vacant sunt veluti prima elementa quæ non possunt diuidi per aliud medium: vt homo est qualitas, demonstrabitur per medium corpus, & homo est corpus, per medium animal: & homo est animal, per animal rationale: & sic deuenitur ad hanc immediatam, homo est animal rationale. Ait vero omnes immediatas esse elementa aut saltem immediatas vniuersales, quia singularis, vt Petrus est homo, nõ censetur principium demonstrationis. Aut forsan appellat vniuersales propositiones per se notas, quæ sunt veluti prima elementa. ¶ In tertia particula, (Similiter fit.) idem ostendit in propositionibus negatiuis: quia enim hæc, nullus homo est qualitas, est immediata, demonstrabitur per omnia media puta per, animal, nullum animal est qualitas: omnis homo est animal: ergo. Et maior, nullum animal est qualitas, demonstrabitur per corpus: & corpus, per substantiam, quoad usque veniat ad hanc immediatam, nulla substantia est qualitas. ¶ In quarta particula, (Cum autem) infert tertiam conclusionem, qua ostenditur qua arte utendum nobis sit in resoluendis propositionibus mediatis. Ait enim quod cum fuerit aliqua propositio mediata: vt omne. c. est. a. scilicet, omnis homo est substantia, tunc sumendum est. b. medium quod primo conueniat ipsi. c. vt animal, & ita ascendendo per terminos immediatos nullus terminus sumetur extra. a. id est superior ad maiorem extremitatem: qui supergreditur illam: sed semper densatur (inquit) medium quousque in indiuisibilia & vnum fiãt. Densari medium, vt. cap. 1. dictum est, est quod propositio fiat immediatio quasi extrema magis inuicem appropinquent vt commodis illic exemplis id elucidauim⁹. Exempli gratia. Si demonstres quod homo est substantia, per animal: & animal est substantia, per corpus, vides quomodo extrema magis ac magis appropinquant, quoad usque veniunt ad hanc immediatam & indiuisibilem, corpus est substantia. ¶ In quinta particula, (Atque vt cæteris) artificiose explicat Aristoteles prima principia demonstrationum, per similitudinem ad primas mensuras in alijs rebus. Docet namque. 1. o. metaphy. text. 2. mensuram in omni genere esse quid indiuisibile, vt vnitas in numero, tonus in musica &c. Ait ergo, quod quæmodum in pãdere mina ceu mna est mensura,

Textu. 38.

Secunda conclusio.

3. Conclus.

4. Conclus.

Densari.

5. Conclus.

Mensura.

Mna.

4. Conclufi.

Extra esse.

sura, in modulatione vero sensibilis sonus. i. tonus minimus qui sentiri potest, sic in ratione quidem. i. in syllogismo dialectico primum elementum est propositio immediata. s. quæ caret medio per quod probetur: in demonstratione vero primum principium est intellectus, hoc est, propositio per se nota, cuius assensus non copatur intellectus. ¶ Pro mina, Boetius vertit, vnica. Græcè tamē est, mna, seu mina quæ Latine est libra pauloue maiori continet enim dimidiam vnciam supra duodecim. Et quia libra: vt est inter minora pondera maximum, ita est inter maiora minimum, ponitur exempli gratia, pro indiuisibili mēsurā. ¶ Cōcludit ergo per modum epilogi quæ tam conclusionem, videlicet, q̄ in demonstrationibus affirmatiuis medium non cadit extra id quod inest: id est, non sumitur medium quod sit superius ad maiorem extremitatem quæ demonstratur inesse minori. Hoc enim est, a. esse extra. b. quod est excedere & supergredi illud ascendendo. Et quia affirmatiua vniuersalis vt supra dictum est cap. 1. §. 3. non potest demonstrari nisi in prima figura, vbi maior extremitas debet prædicari in maiori de medio distributo, sit vt medium non cadat extra maiorem extremitatem: sed mediet inter ambas. (In negatiuis autem (inquit) vbi quidem est id quod inesse oportet id est in præmissa affirmatiua) nihil extra hoc (scilicet medium) cadit: id est, extremitas non est extra medium tanquam superius experas ipsum. Et ratio est quia si negatiua concludatur in modo euidenti primæ figuræ, minor debet esse affirmatiua, & per consequens medium quod illic prædicatur, debet esse aut conuertibile aut superius ad minorem extremitatem. Si autem debeat concludi in secunda figura, tunc siue maior siue minor sit affirmatiua, cum medium vtrobique sit prædicatum, debet etiam proinde esse conuertibile aut superius ad extremitates. Exemplum tamen quod subdit Aristot., est difficile quod omnes expositores discruciat. Ait enim q̄ si demonstrandum sit. d. nulli competere. e. scilicet, nullum. e. est. d. per hoc q̄. c. competat omni. d. & nulli. e. scilicet omne. d. est. c. nullum. e. est. c. ergo nullum. e. est. d. in Camestres, tunc nihil erit extra. s. id est medium non erit superius ad minorem extremitatem. ¶ Hoc tamen videtur repugnare regulæ superiori, videlicet, q̄ extremitas non debet superare medium in prima & secunda figura: sed potius medium est superius ad extremitates. ¶ At vero nihil repugnantia est. Imo vtrunque est necessarium in secunda figura, s. q̄ in affirmatiua medium sit conuertibile aut superius ad subiectum, & in negatiua non sit superius: nam aliis negatiua vniuersalis erit falsa, ergo pro. d. dicitur homo: pro. e. lapis, & pro. c. animal, & fiet syllogismus, omnis homo est animal: nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est homo. ¶ Et per hoc clare scit vltimum exemplum Aristot., de tertia figura. Cuius litera ita est ordinanda. In tertio modo (id est in tertia figura) terminus sumendus (id est medium) nunquam egredietur, id est nunquam erit superius & excedens, id a quo negari oportet, id est subiectum conclusionis, nec id quod negare oportet, id est prædicatum. Et ratio est, quia medium in tertia figura in vtraque præmissa debet esse subiectum: & ideo debet esse conuertibile aut inferius ad vtranque extremitatem, aliter esset prædicatio indirecta, quæ ab arte demonstratiua explosa est, & si præmissa esset vniuersalis esset falsa. Formandus ergo est syllogismus negatiuus in tertia figura hoc modo, nullus homo est lapis: omnis homo est animal: ergo animal non est lapis. Necputo hic alia latentia mysteria quæ ex hoc inconsideratione solent hic expositores diuinare. ¶ Haud nescio, aliqua hinc restare dubia quæ possemus

in questionem reuocare, sed video opus amplius, quam putaram augeri idque satius existimo nonnulla rescindere.

De demonstratione vniuersali & particulari. CAP. XX.



Tex. 39.

V M autem demonstrationum alia vniuersalis, alia particularis sit: & alia affirmatiua, alia negatiua ambigitur, vtra sit præstabilior: ac eodem modo de ea quæ rectè demonstrare, & de ea quæ reducere ad impossibile dicit, queri potest. Primum igitur de vniuersali & particulari, deinde de affirmatiua negatiuaq; & postea de recta & deducente ad impossibile demonstratione determinauimus. Forsit itaque cuiquam hoc pacto consideranti, particularis præstabilior vniuersali videbitur. Nam si ea demonstratio qua magis scimus, est præstabilior (hæc enim sanè demonstrationis est virtus atque magis vnumquodque tum scimus, cum ipsum per se quam cum per aliud scimus: ceu musicu Cornisicum tum scimus magis, cum per cepimus Cornisicum esse musicum, quàm cum cognoscimus hominem esse musicum: & in ceteris similiter) vniuersalis autem ostendit quippiam non vt ipsum est, sed vt aliud: veluti triangulum duorum æqualium laterum angulos habere duobus rectis æquales, nō hoc sanè quod duorum est æqualium laterum, sed quod triangulus est, particulari demonstratione cuiquam inesse quippiam vt ipsum est ostendere: si igitur ea demonstratio præstabilior est quæ per se quippiam demonstrat, & particularis est talis, ipsa demonstratio particularis magis nimirum demonstratio ac præstabilior quam vniuersalis esse videbitur. ¶ Præterea si vniuersale quidem non sit præter res singulas quicquam, demonstratio autem opinionem efficit esse aliquid id de quo demonstrat, vt quadam in ratione rerum talem esse naturam: ceu trianguli circa singulos, figuræ circa singulas, numeri denique circa singulos. Atque ea demonstratio quæ circa id versatur, quod est in ratione reru, ea est demonstratio præstabilior quæ circa id versatur, quod rationem eorumque sunt egredietur eaq; rursus per quam non efficitur error, præstabilior est ea per quam error efficitur: vniuersalis autem talis est demonstratio, quod quidē intueri licet, cum rationum similitudo mutato ordine

ordine demonstratur (nam id inquit quod est quid tale, similitudinem mutato ordine rationum subibit, quod quidem neque lineæ neque numerus est, neque solidum neque planum sed præter hæc aliud quiddam) si igitur hæc demonstratio vniuersalis est magis, & est de eo quod minus esse videtur, quàm id de quo particularis demonstrat, atque opinionem efficit falsam: vniuersalis profectō demonstratio inferior erit longe particulari. ¶ An harum altera ratio non magis est devniuersali, quàm de particulari? Nam si duobus rectis æquales habere, non hoc ei triangulo competit, qui duorum est æqualium laterum, quo est talis sed quo triangulus est: is qui scit illud ipsi competere, quo duorum est æqualium lateru, minus profectō scit cuiquam quatenus ipsum est cōpetit, quàm qui scit idem eidem ea ratione competere, qua triangulus est: atque omnino si illud nō eo triangulo competit quo triangulus est, deinde quispiam id ipsum ostendit, non erit ipsius vtiq; demonstratio. Sin verò triangulo competit vt triangulus est, is magis profectō scit, qui illud triangulo quo triangulus est percipit competere. Eadē est & in cæteris ratio. Si igitur triangulus ad plura se extendit, ratioq; est eadem, & non solo communis est nomine, atq; cuius in sunt triangulo tres anguli duobus rectis æquales: non sanè triangulus vt duorum est æqualium lateru, sed econtrā, qui duorum est æqualium laterum: vt triangulus est tales angulos habet. Quare qui scit vniuersaliter, is magis scit vt quod quæ cuique competit quam is qui particulariter scit: vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est demonstratione particulari. ¶ Præterea si vniuersale vna quædam sit ratio, & non solo commune nomine, nō minus erit quàm res nōnullæ particulares. Quinetiam magis erit, ac tanto quanto in illis sunt ea quæ non intereunt: particularia autem magis occidūt. Præterea, nulla profus necessitas cogit ideò præter hæc aliud quid hoc esse putare, quia vnum significat, nō enim id in ipso magis quàm in alijs compelleret, quæcunque non substantiam, sed quatum aut quale cæteraq; significant talia. Quod si putatur nō demonstratio sanè, sed is qui audit huius est causa. ¶ Præterea si demonstratio quidē est: ratio cinatio causam ostendens & propter quid est, vniuersale autem magis est causa: nam cui per se quippiam inest, id sibi ipsi est causa: atqui vniuersale primum est: sanè ergo causa vniuersale est: demonstratio nimirum vniuersalis præstabilior demonstratione particulari est: est enim magis causæ, & ipsius ppter quid est. ¶ Præterea vsque ad hoc propter quid quæ

rimus, tuncq; scire arbitramur, cum non est aliud quid aliud quàm hoc, ob quod aut fit aut est quippiam. Sic enim ipsum extremū iam finis ac vltimū est: veluti gratia cuius accessit, vt argumentum accipiat. Et hoc gratia cuius: vt redat id quod mutuo cepit ac debet. Et hoc item gratia cuius: vt non iniuriam faciat. Et sic euntes cum non est ob aliud vltimū, nec est aliud cuius gratia, tum ob ipsum vt finē accessisse, & esse, ac fieri dicimus: & tum maximè scire propter quid accessit putamus. Quod si cunctis in causis ita res se habet, & cum ppter quid queritur: in his autem quæ sic sunt causæ, vt harum gratia cætera sint & fiant, hoc scimus maximè pacto: & in cæteris tum maximè scimus, cum non vltimū hoc est, quia aliud est. Percepto igitur hoc, angulos externos quatuor rectis æquales habere: quia duorum est æqualium lateru, restat querere, ppter quod hoc eos angulos habet: atq; cognito quia triangulus est, restat iterum querere, ppter quid hoc eos triángulos habet: quos si percipiamus quia est figura quæ rectis ex lineis constat, cui quidem non propterea quod aliud quippiam est, anguli competunt dicti: tū profectō maximè scimus, ac etiam tum vniuersaliter scimus: demonstratio igitur vniuersalis præstabilior est longè particulari. ¶ Præterea demonstratio quod particularis est magis, eo magis in infinitū incidit: quo vero vniuersalis magis, eo ad simplex ac ipsum vltimū pergit: at res quæ sunt infinitæ, eò nequeunt sciri: quod vero sunt finitæ, eo sub scientiam cadunt: quibus efficitur, vt res quo sunt vniuersales, eo magis sub scientiam, cadunt, quàm hoc sanè quo sunt particulares: vniuersalia igitur sunt demonstrabilia magis. At eorum magis est demonstratio quæ sunt demonstrabilia magis: nam ea quæ referuntur simul, sunt talia magis: vniuersalis igitur demonstratio præstabilior est longè particulari, cum sit & magis, vt probatum est, demonstratio. Præterea si ea demonstratio magis est expectēda, per quam hoc & aliud scitur, quam ea per quam hoc solum percipitur: isq; qui habet vniuersale, scit & particulare & non econtrā, patet vniuersalem demonstrationem expectendam esse magis, & præstabiliorē hoc quoque pacto quam demonstrationem particularem. ¶ In super vniuersaliter magis demonstrare, nihil aliud est quam per id ostendere medium, quod principio propinquius est. Propinquissimum autem id est, quod vacat medio: atq; hoc est principium: si igitur demonstratio, quæ cōficitur ex principio, vel ex magis principio, ex



Anterior est ea quae non ex principio, vel ex minus principio, proficitur, atque talis est ea quae magis vniuersalis est demonstratio: vniuersalis profecto demonstratio praestabilior est demonstratione particulari veluti si demonstratio oporteat. a. competere. d. mediaque sint. b. atque. c. & b. sit superius ipso. c. ea sane demonstratio qua per. b. medium conficitur magis erit vniuersalis quam ea quae per mediū. c. extruetur. At enim harum rationum nonnulla differendi subeunt modum, maxime autem inde patet, vniuersalem magis praestabilem esse: nam cum propositionem priorem habemus, posteriorem quoque tum quodammodo scimus potentiaque habemus, velut si quis omnem triangulum scit duobus rectis aequales habere, cum quoque qui duorum est aequalium laterum scit quodammodo, potentiaque duobus rectis aequalibus habere, et si nescit ipsum triangulum esse: sed qui propositionem hanc habet, is vniuersalem nulllo scit modo, neque potentia neque actu.



Hoc est sextum atque

ultimum membrum huius primi libri: in quo Aristote. tandem agit de demonstratione & scientia comparatiue. Quod propter octo capitula vsque ad finem libri. Diuiditur autem in tres partes. In primis enim tribus capitulis comparatur demonstratio demonstrationi: in tribus sequentibus comparatur vna scientia ad aliam: & in duobus ultimis comparatur scientia ad alios habitus: puta fidem, & opinionem, & solertiam. Atque in diuisione Commentatoris capitulum hoc vigesimum est vnicus tex. 39. visum tamen nobis est in tredecim particulas distribuendum. Proponit ergo primum tres diuisiones demonstrationum, scilicet in vniuersalem & particularem: in affirmatiuam & negatiuam: in directam & ad impossibile. De quarum singulis in singulis capitulis differit. In hoc capite intendit docere demonstrationem vniuersalem praestantior esse particulari. Vbi notandum, quod cum omnis demonstratio demonstret aliquam propriam passionem & indiuidui nulla sit propria passio praeter illam quae est vniuersalis speciei, sit vt omnis demonstratio maior saltem assumat vniuersalem. Distinguitur ergo demonstratio vniuersalis a particulari ratione minoris extremi tatis & conclusionis. Non tamen accipitur hic particula re pro propositione de subiecto non distributo. Sed pro propositione de subiecto singulari. Est ergo demonstratio particularis cuius conclusio est singularis: vt omnis homo est risibilis: Petrus est homo: ergo Petrus est risibilis, & vniuersalis quae concludit propositionem de subiecto communi. Respectiue tamen illa quae concludit passionem superioris speciei, vt sensibile, de animali, dicetur magis vniuersalis, respectu cuius illa quae concludit eandem passionem de inferiori specie censetur particularis.

Triplex diuisio.

Dem. vniuer. & par.

In tribus ergo primis particulis adducit primo tres apparatus rationes, quae demonstratio particularis sit dignior. Prima illa demonstratio est praestantior quae magis facit scire (nam illa est praestantior quae maiorem virtutem habet demonstrandi: & virtus demonstrandi non est nisi virtus generandi scientiam) sed demonstratio particularis magis facit scire quam vniuersalis: ergo est praestantior. Probatur minor, illa quae facit scire per se, magis facit scire, quam illa quae facit scire per aliud: sed particularis facit scire per se, & vniuersalis per aliud: ergo, particularis est praestantior. Probatur maior exemplo, cum scio in particulari Coriscum esse musicum, Coriscus nomen proprium est, scio id quod per se conuenit Corisco: sed cum scio hominem esse musicum, scio Corisco posse conuenire. musicam in quantum est homo: & ideo magis & proprius scio primo, quam secundo modo. Sed minor probatur alio exemplo: quia demonstratio vniuersalis demonstrat per rationem communem: vt habere tres angulos aequales duobus rectis, conuenire isosceli, non quia est isosceles, sed quia est triangulus. In secunda particula (praeterea si vniuersale) sequitur secunda ratio. Demonstratio opinionem facit: id est cognitionem, & sciam aliquid esse in rerum natura, vt hominem esse risibilem, ignem esse calefactiuum &c. sed vniuersalia nullum habent esse reale praeter singularia, quia nullus est triangulus nisi hic singularis: ergo demonstratio quae concludit in particulari hanc naturam conuenire huic rei, praestantior est quam illa quae demonstrat in vniuersali, cum prope in quibus attingat ad modum essendi rerum. In tertia particula, (atque ea demonstratio) subsequitur tertia ratio, quae talis est: illa demonstratio praestantior est, quae versatur circa illa quae magis participant de ratione rerum seu de ratione essendi, vt vertit Boetius, & ea rursus quae non potest esse causa errandi, quam illa quae versatur circa illud quod minus participat de ratione essendi & minus potest esse causa errandi: sed demonstratio particularis se habet hoc modo respectu vniuersalis, ergo est praestantior. Probatur minor, vniuersalia circa quae versatur demonstratio vniuersalis, in quantum sunt vniuersalia, abstrahuntur a rebus, & per consequens minus participant de ratione essendi, quam singulare: & ideo ex illis potest generari error quod sint realiter separata nam propter huiusmodi demonstrationes vniuersales plato asserit ideas separatas. Ponit exemplum Aristot. quod cap. 5. text. 13. ante posuerat: videlicet. Si permutatum proportionari, quod nec est proprium linearum, nec numerorum, id est, quantitatis continuae nec discretae, sed alicuius communis & nominati (quod possumus appellare, proportionabile) demonstraretur de aliquo, suspicaretur quod illud esse aliquid vniuersale separatam. In quarta particula (An harum altera) molitur rationes soluere. Solutio prima est haec, quod illa non concludit inconueniens magis de vniuersali quam particulari demonstratione. Modus peculiaris respondendi Aristot. est per interrogationem. Quinimo e contrario demonstratio vniuersalis magis facit scire: nam qui scit isoscelem habere tres angulos aequales duobus rectis, minus scit cui illa passio per se primo conueniat, quam qui scit illam passionem conuenire propriae rationi trianguli, quoniam isosceli non conuenit illa passio inquam est isosceles, sed in quantum est triangulus: & si eadem passio conueniret triangulo non in quantum triangulus est qui talem passionem demonstrat de triangulo, non proprie & per se demonstraret. In summa vult dicere, quod cum demonstratio semper demonstret passionem vniuersalem, & demonstratio vniuersalis demonstrat illam per pro-

1. Particul.

2. Particul.

Tertia.

Quarta.

per propriam rationem communem cui per se primoco uenit: magis facit scire quam demonstratio particularis quae demonstrat eandem passionem de singulari, vel de aliquo inferiori, cui illa ratio communis non per se primo conuenit. Et hoc est quod concludit. Si igitur triangulus ad plura se extendat, non tanquam aequiuocum sed tanquam genus aut species, & singularis specibus trianguli conueniat vna communis passio, illa conueniet per rationem communem trianguli, ob idque demonstratio vniuersalis, quae illam demonstrat per talem, rationem communem, magis facit scire, & per consequens est dignior quae particularis. In quinta particula (Praeterea si vniuersale) soluit secundam rationem, videlicet quodcum vniuersale dicat vnicam rationem communem, non minus participat de ratione essendi quam singularis, imo quauis non habeat esse realiter nisi in singularibus, tamen in quantum abstractum, est magis ens, quia est per se incorruptibile & perpetuum: cum singularia sint per se corruptibilia: vt quaestione. 1. super prologum Porphyrij expositum reliquimus. In sexta particula (Praeterea nulla) soluit tertiam rationem dicens, nullam esse necessitatem asserendi propter demonstrationes vniuersales, vniuersalia esse realiter separata a singularibus. Nullam, inquit, maiorem necessitatem quam in accidentibus: quauis enim idem sit album & dulce, & quis demonstrat de albo disgregare visum, nihil considerando de dulci, non propterea negat album esse dulce: & propterea quod mathematicus demonstret proprietates quantitatis nihil loquendo de substantia, non negat quantitatem inhaerere substantiae. Et ita qui aliquid demonstrat de triangulo abstracto per intellectum ab hoc & ab illo, non asserit aliquem esse triangulum realiter a singularibus separatum: sed ipse qui hoc existimat fallitur. In septima particula (Praeterea si demonstratio) postquam rationes in contrarium dissoluit, pergit formare septem rationes ad probandum intentum. Prima est, illa demonstratio est praestantior quae reddit causam conclusionis (nam cum scire sit per causam cognoscere, illa facit magis scire) sed demonstratio vniuersalis procedit per causam nam causa passionis, quae demonstratur debet esse ratio communis alicuius speciei specialissimae aut subalterne: ergo demonstratio vniuersalis est praestantior. In octaua particula (praeterea vsq;) sequitur secunda ratio quae est velut superioris explicatio. Tunc vnamquamque rem scire arbitramur cum ipsam vsque ad vltimam causam resoluimus: sed hoc fit per demonstrationem vniuersalem: ergo. Exponit primo maiorem in causis finalibus, vbi res est perspicacior. Veluti si quis quaerat a mercenario, cuius huc gratia venis: quo respondente, vt argentum accipiat: iterum quaeratur ad quid vis argentum? & respondente vt mutuum soluat, illius adhuc causam respondet, ne iniuriam faciat: quae cum sit opus virtutis, est iam prima causa. Ait ergo Aristote. quod quemadmodum in hoc casu non scimus simpliciter cur iste venit, quoad usque sciamus illum vltimum finem, ita res se habet in alijs generibus causarum. Probat deinde maiorem videlicet, quod hoc spectet ad demonstrationem vniuersalem. Vbi notandum est, quod omnes sex anguli trianguli aequivalent sex rectis, vt apparet in figura tex. Nam a. & b. aequivalent duobus rectis, cum fiant a linea cadente super lineam rectam: & eadem ratione. c. & d. aequivalent duobus rectis: & pariter. e. & f. Cum igitur tres intrinseci aequivalent duobus rectis, fit vt tres extrinseci aequivalent quatuor, nec hoc solum est verum in triangulo: sed cuiuscunque angularis figurae recti linea anguli omnes extrinseci aequivalent quatuor rectis, vt ex. 3.

Quinta.

Sexta.

Septima:

Octaua.

conclusionem Euclidis colligitur. Ait ergo Aristot. quod si quis a geometra quaerat an omnes anguli extrinseci isoscelis aequivalent quatuor rectis, id affirmabit. Sed si quaeratur cur illi tales anguli aequivalent quatuor rectis, non respondebit particulariter, quia est isosceles, id est, quia habet duo latera aequalia: sed quia est triangulus: & rursum triangulo hoc conuenit: quia est figura recti linea. Vbi constat resolutionem causarum semper fieri procedendo ad vniuersaliora, & per consequens demonstrationis vniuersalis est praestantior. In nona particula (praeterea demonstratio) sequitur tertia ratio, quae talis est. Demonstratio quanto magis est particularis, tanto magis tendit ad infinita: nam indiuidua non habent numerum determinatum, sed ratione materiae possunt procedere in infinitum: sicut ait Aristot. 6. Physic. tex. 3 quod diuisio materialis continui procedit in infinitum, demonstratio vero vniuersalis tendit ad vnum simplex vniuersale, quod continet sub se inferiora: sed infinita non cadunt sub scientia, ergo demonstratio vniuersalis magis facit scire & per consequens est praestantior. Et addit, quod demonstratio vniuersalis est magis demonstratio quam particularis, quia vniuersalia sunt magis demonstrabilia quam particularia. In decima particula (praeterea si ea) sequitur quarta ratio. Illa demonstratio magis est expetenda & estimanda: per quam plura sciuntur, quam illa per quam sciuntur pauca: sed per demonstrationem vniuersalem, dum sciunt vniuersale, sciuntur & omnia particularia, dummodo sciuntur contineri sub tali vniuersali, vt qui scit omnem mulam sub ratione communi esse sterilem, quacunque statim cognita, scit illam esse sterilem: & tamen e conuerso qui scit hanc mulam esse sterilem, non propterea cognoscit omnem mulam esse sterilem, ergo demonstratio vniuersalis praestantior est. In undecima particula (in super vniuersaliter) subiungitur quinta ratio quae est huiusmodi. Illa demonstratio est praestabilior quae demonstrat, aut ex primo principio, aut ex illo quod huic est proximum aut propinquius: sed demonstratio vniuersalis est huiusmodi, particularis vero non, ergo vniuersalis est praestabilior. Probatur maior: quia cum virtus demonstrationis sit facere scire, & nihil sciamus nisi per resolutionem ad prima principia, illa certe quae procedit ex immediationibus erit dignior. Sed minor probatur quia id quod est magis vniuersale magis accedit ad primum principium quod est vniuersalissimum, veluti si demonstrandum sit, a. competere ipse, d. per. b. c. media: vt si demonstranda sit haec, omnis homo est substantia, prius demonstratur per animal, deinde per corpus, quod cum sit vniuersalissimum, magis accedit ad substantiam a deo vt haec sit immediata, omne corpus est substantia: sed illa demonstratio est vniuersalior quae vniuersaliori medio vtitur: ergo illa praestabilior est. Subdit Aristot. quod aliqua praedictarum rationum subeunt modum differendi, id est, sunt dialecticae: potissimum. 3. & 4. quae non vtuntur peculiari ratione demonstrationis, sed medio communi: procedunt namque de quacunque cognitione, non solum de scientifica. In particula duodecima (maxime autem) sequitur sexta ratio quae ferè recedit in quartam. Qui scit propositionem vniuersalem, scit in potentia omnes singulares illius vniuersalis, vt qui scit omnem triangulum habere tres angulos &c. scit in potentia isoscelem & alias species habere tres angulos &c. qui vero e conuerso scit particularem non subinde scit vniuersalem: ergo scientia vniuersalis est praestantior, & per consequens demonstratio vniuersalis per quam illa gignitur dignior est particula.

Nona.

Decima.

Undecima.

Duodecima.

Tertia de cima.

Logi. Do. Sot. Q 3 sequitur,



sequitur demum septima & postrema ratio. Demonstratio quæ ad intellectum terminatur præstabilior est illa quæ terminatur ad sensum, sed vniuersalis terminatur ad intellectum: nam demonstrat vniuersalem, quod solo intellectu directè cognoscatur. Etenim species vniuersales directè representantes vniuersalem non fiunt nisi per abstractionem intellectus, & ideo solum sunt in intellectu: demonstratio vero particularis terminatur ad sensum, nam singularia solo sensu cognoscuntur directè, ab intellectu vero solum cognoscuntur reflexe, scilicet, per reflexionem ad singulare phantasma. Cuius ratio est, quia cum in intellectu nulla sit species nisi per abstractionem nulla est proinde illic singularis, per vniuersalem vero non potest intellectus hoc potius quam illud singulare representare, nisi reflectendo se supra singulare phantasma, vt. 3. de anima Deo dante faciemus notum.

De demonstratione affirmatiua & negatiua.
CAP. XXI.



Affirmatiuam autem negatiuam demonstrationi præstare, hinc sanè patebit. Sit enim ea præstabilior demonstratio (cætera módò sint eadè) quæ est postulacionibus suppositiõibus ve aut propositionibus paucioribus constat. Nã si notæ similiter sint, citius per hæc cognitio cõparabitur, quod quidè magis est expetèdum, ratio autè propositiõis huius, præstabiliore eã in quã esse quæ ex paucioribus constat, vniuersaliter hæc est. Nã si similiter sunt ipsa media nota, priora verò sunt notiora, sit vna quidè demonstratio, qua. b. c. d. medijs. a. demonstratur ipsi cõpetere. e. alia verò, qua rursus. a. per. b. c. media ipsi. d. competere demonstratur: hæc igitur. a. d. inquam & a. e. simili modo sese habent, sed a. d. prior est, atq; notior. a. e. per illam enim hæc demonstratur, atqui id magis creditur, per quod ostenditur aliud, demonstratio igitur ea quæ de paucioribus constat (modò sint cætera paria) præstabilior est, vt probauimus. Ambæ igitur per tres terminos propositionesve duas demonstrat: verum altera esse quippiam, altera & esse quippiam, & non esse sumit: ex pluribus ergo constat, quare inferior est, vt constat, quam affirmatiua. **P**ræterea id ita esse patet, cum demonstratum sit ratiocinationem esse non posse, si ambæ propositiones negatiuæ sint, sed alteram talem, alteram affirmatiuam esse oportere. **P**ræterea in super hoc sumere oportet: nam cum demonstratio accrescit, affirmatiuas quidem propositiones necesse est fieri plures, sed fieri nequit,

vt vlla in ratiocinatione plures vnà sint negatiuæ. a. nanque nulli competat. b. & b. cui libet insit. c. Si igitur ambæ propositiones sunt augendæ media sunt interponenda, atque inter a. b. si. d. inter. b. c. sit. e. patet igitur. e. quidem affirmatiuè tam subijci quam etiam dici. d. verò dici quidem affirmatiuè, subijci autem negatiuè. Nam ipsum quidem de quolibet. b. prædicetur. a. vero nulli ipsi insit oportet. Fit igitur vna propositio negatiua, ipsa inquam. a. d. Idem est & cæteris in ratiocinationibus modus etenim necesse est medium quidem id, quod inter affirmatiuæ propositionis terminos cadit, interuallum vtrunque affirmatiuum, alterum negatiuum efficere: quare tantum vna sit hæc propositio talis: cæteræ omnes sunt, vt patet, affirmatiuæ. Si igitur id per quod quippiã demonstratur notius est, magisque creditur: & negatiua quidem per affirmatiuam demonstratur, vt patuit: affirmatiua vero, per negatiuam non demonstratur: hæc ipsa sanè cum prior sit & notior, & magis credatur, præstabilior erit si ne dubio negatiua. **P**ræterea si vniuersalis ea propositio quæ vacat medio, ratiocinationis est, vt patet, principium: atque in affirmatiua quidem affirmatiua, in negatiua vero est negatiua: constat autem affirmatiuam negatiua priorem esse, notioiorem ve (negatio nãque per affirmationem innotescere solet, præceditque negationes affirmatio, perinde ac esse præcedit non esse) affirmatiua profectò demonstratio probabilior est negatiua, quippe cum principium ipsius sit negatiuæ principio præstabilius: eamque præstabiliorem esse oporteat, quæ præstabilioribus principijs vtatur. **I**n super antiquior est: nam absque affirmatiua negatiua esse non potest.



Sequitur in hoc capite vigesimoprimo comparatio demonstrationis affirmatiuæ ad negatiuam. Quod cum apud Commentatorem vnicus sit textus quadragesimus, in quinque tamen particulas scatur: nam tot rationibus Aristoteles probat affirmatiuam demonstrationem præstare negatiuæ. Prima ergo ratio est. Illa demonstratio est excellentior quæ ex paucioribus petitionibus suppositionibusve aut propositionibus, id est dignitatibus procedit (nomina hæc latissime exposuimus capit. 8. super textum. 25.) sed demonstratio affirmatiua ex paucioribus huiusmodi principijs procedit quam negatiua: ergo est excellentior. Maiorem probat Aristote. dupliciter. Primo, quia licet omnia principia essent æque nota, tamen per pauciora citius & facilius attingimus scientiam: quod maximè est expetendum: ergo demonstratio quæ per pauciora demonstrat expeditior est. Secundo id probat vniuersaliter. Esto principia eiusdem ordinis sint æque nota, scilicet, comparando primum primo & secundum secundo & c. nihilomi-

1. Ratio.

us quanto principium est prius & immediatius, tanto est notius, vt ex supradictis constat. Hoc supposito ostendit maiorem hoc exemplo. Detur propositio mediata. a. e. scilicet omne. e. est. a. quæ debet demonstrari per tria media, scilicet. b. c. d. sit vero. a. d. quæ solum demonstratur per duo, scilicet. b. c. vt sit verbi gratia. a. e. omnis homo est substantia, & a. d. omne animal est substantia, vt a. sit substantia. e. homo (nam præcedens litera semper designat prædicatum). d. sit animal. c. corpus animatum, & b. corpus. Manifestuum est hic, quòd. a. d. notior est quam a. e. nam vt dictum est cap. 2. magis scimus principia quàm conclusiones: sed. a. e. demonstratur per. a. d. vt omnis homo est substantia, per omne animal est substantia: ergo a. d. est notius, & per consequens illa demonstratio quæ per pauciora media demonstrat notioiorem conclusionem concludit, quam illa quæ per plura demonstrat, atque adeo præstabilior est. Minorem autem videlicet affirmatiuam per pauciora media demonstrare, probat, quia licet vtraque demonstrat per tres terminos & duas præmissas, tamen affirmatiua demonstrat per vnum genus propositionis, scilicet, solum per affirmatiuas, negatiua vero demonstrat per duo genera: quippe cuius altera præmissa debet esse affirmatiua altera negatiua. **I**n secunda particula (præterea id.) sequitur secunda ratio facilis. Demonstratio affirmatiua procedit ex ambabus affirmatiuis, negatiua vero ex vna affirmatiua: ergo affirmatiua est præstantior. Probatur consequentia, quia postquam ex puris negatiuis nihil sequitur, sed in omni demonstratione negatiua requiritur saltē vna præmissa affirmatiua & in propositione affirmatiua nulla requiritur negatiua, signum est propositionem affirmatiuam maiorem habere virtutem ad demonstrandum quam negatiuam: & per consequens de demonstratione affirmatiuam quæ vtrunque præmissam habet affirmatiuam, præstantiorem esse. **I**n tertia particula (Præterea in super.) subsequitur tertia ratio. Propositio affirmatiua plus & frequentius seruit ad resoluen dum propositiones mediatas ad immediatas quam negatiua: ergo est dignior, & per consequens demonstratio: affirmatiua quæ constat ex ambabus præmissis affirmatiuis est dignior. Probat maiorem. Nam si propositio mediata est affirmatiua, debet reduci per ambas præmissas affirmatiuas, si vero propositio illa mediata est negatiua, debet reduci per vnam solam negatiuam & alteram affirmatiuam. Sit verbi gratia. quòd. a. nulli competat. b. id est, sit propositio mediata, nullum. b. est. a. id est, nullum corpus animatum est qualitas, & b. cui libet insit. c. id est sit hæc mediata, omnis homo est corpus animatum in Celarent, & inter. a. b. scilicet extrema negatiuè, mediet. d. putã corpus: & inter. b. c. scilicet extrema affirmatiuè mediet. d. scilicet animal. Igitur minor affirmatiua resoluitur per duas affirmatiuas, scilicet, omne animal est corpus animatum: omnis homo est animal: ergo. Maior vero negatiua resoluitur per vnam negatiuam & alteram affirmatiuam, scilicet, nullum corpus est qualitas: omne corpus animatum est corpus: ergo. Et ita ostenditur propositionem affirmatiuam plusquam negatiuam resolutioni deseruire. Concludit ergo Aristot. quod si id per quod aliud notificatur notius est, & negatiua propositio probatur per affirmatiuam & nõ econuerso, sit vt affirmatiua propositio sit notior quam negatiua: & per consequens demonstratio affirmatiua, vt pote quæ ex notioribus procedit, sit præstabilior. **I**n quarta particula (præterea si vniuersalis.) sequitur quarta ratio quæ talis est. Illa demonstratio est præstantior cuius primum & immediatum principium est præstan-

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

tius: sed talis est demonstratio affirmatiua: ergo. Probatur minor. Principium immediatum propositionis affirmatiuæ est propositio affirmatiua, principium autem immediatum propositionis negatiuæ est propositio negatiua: sed affirmatiua propositio præstantior est quam negatiua, tum quia vt dictum est, prior est & notior in demonstratione, cum negatiua demonstratur per affirmatiuam & non econuerso, tum quia quauis vtraque sit in suo genere immediata, quia sicut affirmatiua immediata non habet priorem affirmatiuam, ita nec negatiua immediata habet priorem negatiuam, tamen secundum esse nature rerum affirmatio præcedit negationem, sicut esse præcedit non esse: & per affirmationem innotescit negatio, sicut per positium innotescit priuatio. **Q**uod si quis arguat negationem præcedere affirmationem: nam anteaquam mundus esset, verum erat dicere, mundus non est: & quòd cunque indiuiduum prius non est, quam sit. **R**espondetur, quòd via generationis ex non esse proceditur ad effectum id quòd non est non produceretur nisi ab illo quòd est: sicut aqua non calefieret nisi ab igne qui est actù calidus. Et nisi deus fuisset æternus, nihil produceretur. Hac de causa priuatio innotescit per habitum: vt tenebræ sunt absentia lucis: & cæcitas carentia visus. Vnde de chimæra quæ nunquam fuit, nullam cognitionem habemus nisi per negationem rerum quas nouimus, vt quòd neque sit homo neque equus, & c. **I**n quinta particula (in super. 5. Ratio. antiquior est.) concluditur quinta & vltima ratio, vide licet, quòd demonstratio affirmatiua sit præstantior, quippe antiquior sit & natura prior, cum negatiua propositio dependeat ab affirmatiua per quam demonstratur: non tamen econuerso.

DE DEMONSTRATIONE AD IMPOSSIBILE.

CAP. XXII.



NVM AVTEM Text. 41. affirmatiua præstabilior sit negatiua, patet rectam etiam ea præstabiliorem esse, quæ ad id deducit, quod fieri nequit. Atque primò scire differentiam ipsarum oportet. Igitur. a. quidem nulli, b. competat. b. verò cui libet insit. c. atque hoc pacto negatiua recta sit demonstratio, qua quidem a. processione recta nulli competere demonstratur. Sed ea quæ ducit ad id quòd fieri nequit, sic sese habet: nam si demonstrandum est. e. nulli competere. b. sumendum est e contra, cui libet eidem ipsum competere. at. b. etiam cui libet. c. quare sit, vt. a. cui libet competat.

Log. Do. Soto. Q 4

petat. c. Sit autem notum atque concessum; hoc minime fieri posse, non ergo fieri potest ut a. competat ipsi. b. quod si. b. conceditur ipsi competere. c. fieri profecto nequit ut a. competat ipsi. b. Termini igitur ordine simili disponuntur, verum differentia in propositionum negatiuarum cognitione consistit, vtraquam istarum sit notior: utrum hęc. a. nulli competit. b. an ista. a. nulli competit. c. cum igitur conclusio notior est, tum ea sanè fit demonstratio, qua deducitur in id quod haudquaquam fieri potest: sed cum ea propositio quę in ratiocinatione sumitur notior est, tum recta nimirum efficitur demonstratio. At constat propositionem hanc. a. nulli competit. b. priorem hac esse natura. a. nulli competit. c. Ea nanque sunt conclusionem priora, ex quibus emergit ipsa conclusio, atque patet hęc quidem. a. nulli. c. competit, conclusionem esse: illam autem. a. nulli. b. competit, id esse ex quo emergit ipsa conclusio. Non enim si fit ut quippiam tollatur, hoc quidem est conclusio, illa vero ex quibus: sed id quidem ex quo fit ratiocinatio, quę sic sese habet, vt aut totius ad partem, aut partis ad totum rationem habeat; ac. a. c. & a. b. propositiones non sic inter sese habent, vt patet. Si igitur ea demonstratio, quę ex notioribus prioribusve conficitur, semper est prestabilior: vtraque vero demonstratio dicta, ex negatione quidem creditur, altera tamen ex priore, altera ex posteriore, negatiua demonstratio prestabilior est ea simpliciter demonstratione, qua deducitur ad id quod fieri nequit. Quare patet, affirmatiuam quoque demonstrationem rectam, quę quidem negatiuę prestat, vt patuit, prestabiliorem esse eadem.

sz. Ergo, vel loquitur in materia naturali, vbi contrarię non possunt esse falsę: vel accipit indifferenter contrarium pro contradictorio. Est ergo demonstratio ad impossibile quando ex contrario aut contradictorio propositionis negatę inferitur aliquid impossibile per quod ostenditur propositionem negatiuam esse veram, vt si negetur, nullum. b. est. a. in materia naturali, scilicet, nullum animal est lapis, dato contrario, omne. b. est. a. & subsumpto, omne. c. est. b. scilicet omnis homo est animal, inferam, omnis homo est lapis, consequens est falsum & non minor: ergo maior, & per consequens contrariam est verum. In secunda particula, (Termini igitur) inferi convenientiam & differentiam inter huiusmodi demonstrationes. Conueniunt enim, quod vtraque procedit ex eadem dispositione trium terminorum: puta ex eodem medio & ex eisdem extremitatibus, licet non ex eisdem premissis: quia directa fit in Celarent, & ad impossibile, in Barbara. Differentia tamen (inquit) est, quod si illa negatiua quę sumpta est pro maiori de Celarent notior est in veritate, quam contraria conclusionis quę inferitur in Barbara (semper loquitur in materia naturali) fit tunc demonstratio directa in Celarent. Sin vero contraria conclusionis quę inferitur in Barbara est notior, tunc demonstratio fit ad impossibile. Exempli gratia: Neganti hanc, nullum animal rationale est irrationale, in vanum sanè demonstraretur ad impossibile ex eius contraria, scilicet, omne animal rationale est irrationale, omnis homo est animal rationale: ergo nullus homo est irrationale, consequens est falsum: quia sua contraria in materia naturali est vera, scilicet, nullus homo est irrationale: ergo aliqua premissarum, &c. In vanum inquam esset, quia illa contraria conclusionis, scilicet, nullus homo est irrationale, quę sumitur pro premissa ignotior est quam, nullum animal rationale est irrationale, vbi formaliter exprimitur predicatum repugnare rationi subiecti. Vnde potius ex hac arguendum est directe in Celarent, nullum animal rationale est irrationale, omnis homo est animal rationale: ergo nullus homo est irrationale. At vero econuerso neganti hanc, nullus homo est irrationale, potest ad impossibile demonstrari ex contraria scilicet, omnis homo est irrationale, omne animal irrationale est homo: ergo omne animal rationale est irrationale, consequens est falsum: imo, nullum animal rationale est irrationale, quę clarior est quam illa primo negata. Eodem modo neganti hanc, animal non est equus, arguitur ad impossibile ex contradictoria, omne animal est equus, omnis homo est animal: ergo omnis homo est equus, consequens est falsum: ergo &c. nam rusticus notius est hominem non esse equum quam animal non esse equum. In tertia particula, (At constat, &c.) His suppositis probat conclusionem intentam. Et probatio est hęc: Demonstratio affirmatiua potior est quam negatiua, & negatiua quam ad impossibile: ergo omnis demonstratio directa prestans est quam ad impossibile. Et hoc modo fit nota illa consequentia in principio capituli, quę prima fronte non habet apparentiam. Cum affirmatiua demonstratio prestans sit quam negatiua, patet rectam prestabiliorē esse ea quę est ad impossibile. Est enim sensus, quod supposito ex diuersis affirmatiuam prestabiliorē esse negatiuam, & ostenso iam nunc negatiuam prestabiliorē esse ea quę est ad impossibile, fit vt omnis directa sit prestans. Quod autem negatiua directa prestans sit demonstratione ad impossibile, probat hoc modo. Illa demonstratio est prestabilior, vt ex dictis patet, quę procedit

Demonstratio ad impossibile.

Ubsequitur in



hoc capite vigesimo secundo, vt monstratur demonstrationem directam prestantiorē esse illa quę est ad impossibile. Atqui apud Commentatorem vnicus est hic textus. 41. diuiditur autem in tres particulas. In prima dēstritur quid fit demonstratio ad impossibile, quod explicatur per comparisonem ad demonstrationem directam. Assumantur enim duę premissę in Celarent, nullum. b. est. a. omne. c. est. b. Ex his fiet demonstratio directa si concludatur, nullum. c. est. a. At vero vt maior illa negatiua demonstraret ad impossibile, sumendum est inquit contrarium, scilicet, a. nulli cōpetere. b. Non est sollicitus Aristotel, in tanto, figure loquitur non enim sumendum est contrarium, sed contradictorium: nam qui negaret, nullum. b. est. a. negare etiam posset, omne. b. est. a. cum duę contrarię possint esse fal-

procedit ex prioribus & notioribus, sed demonstratio negatiua directa procedit ex prioribus & notioribus: ergo est prestabilior. Probat rursus minorem eo quod illa propositio, nullum. b. est. a. quę est maior in demonstratione directa in Celarent, est prior (& per consequens notior) quam illa, nullum. c. est. a. contraria conclusionis demonstrationis ad impossibile, eo quod est premissa respectu illius, quia nullum. c. est. a. inferitur in Celarent ex illa, nullum. b. est. a. & illa, nullum. c. est. a. est quodammodo premissa rursus in demonstratione ad impossibile: puta omne. b. est. a. omne. c. est. b. ergo omne. c. est. a. consequens est falsum, imo nullum. c. est. e. ergo aliqua premissarum: ergo premissa demonstrationis directę est prior quam premissa demonstrationis ad impossibile. Quod si quis contra arguat, nullum. c. est. a. esse priorem quam, nullum. b. est. a. postquā in demonstratione ad impossibile, nullum. c. est. a. est premissa, & nullum. b. est. a. est conclusio. Responderi Aristoteles ingeniose licet obscure illic. (Non enim si fit, &c. & responsio stat in hoc, quod illa, nullum. c. est. a. non est proprie premissa in demonstratione ad impossibile respectu illius: nullum. b. est. a. Propterea nanque quod tollatur conclusio demonstrationis ad impossibile, dicendo, consequens est falsum, non accipitur eius contrarium aut contradictorium formaliter pro premissa debet se enim conclusio habere ad premissas sicut pars ad totum: quia premissę constant ex tribus terminis, scilicet medio ex extremitatibus, ex quibus extremitatibus debet constare conclusio. Et tamen contrarium aut contradictorium conclusionis ad impossibile, non ita se habet respectu propositionis negatę ex cuius contrario procedebat demonstratio ad impossibile. Colligitur ergo, quod licet demonstratio ad impossibile quandoque sit affirmatiua, nihilominus demonstratio negatiua, si sit directa, est prestans: quia cetera non sunt paria. Scio hic multos de huiusmodi demonstrationum comparationibus multa disputare. Sed nec res tanti est momenti, & Aristoteli, ea abunde tractauit.

ctum verò cum positione substantia est: hoc igitur ex additione esse dico. Vna autem scientia est, quę vnus est generis: quę componitur ex primis, & sunt partes, aut effectus horum per se: diuersa vero scientia sunt, quarum principia ex eisdem non sunt; nec ex vnus principijs principia alterius proficiuntur. Huius autem est signum cum ad ea quę non demonstratur est ventum: oportet enim ipsa eodem in genere esse, in quo sunt ea quę sunt demonstrata: est autem & huius signum cum ea quę demonstrantur per ipsa eodem in genere sunt, atque propinqua. Atque fieri potest, vt plures eiusdem sint demonstrationes, non solum si ex eadem serie medium non cohærens accipitur, vt si inter. a. b. nunc. c. d. nunc. c. medium accipitur: sed etiam si ex diuersa sumatur. Sit enim, a. mutatur. c. mouetur. b. voluptate afficitur: verum igitur dices, si. c. de. b. & a. de. d. predicaueris: qui nāque voluptate afficitur mouetur, & qui mouetur mutatur. Rursum inter eosdem terminos medium. d. ponatur, in quo sit, quiete consequitur, verum igitur identidem dices si. a. de. b. & b. de. d. predicaueris, qui nanque afficitur voluptate. is quietem cōsequitur, is mutatur. Quare per diuersa media, non ex eadem serie sumpta conficitur ratiocinatio: non tamen adeo diuersa, vt neutrum dicatur de altero, necesse est enim ambo cuiquam eidem in esse. Considerandum est, quot modis per ceteras quoque figuras eiusdem ratiocinatio fieri potest,

DE CERTITUDINE & VNITATE SCIENTIARUM.

CAP. XXIII.

Textus xliij.



SCIENTIA autem scientia ex actio prior que est ea, quę eadem & ipsius esse & propter quid esse est: sed non ea quę est ipsius esse, sine ea quę est ipsius propter quid esse, & ea quę non est de subiecto, vt Arithmeti capitulo Musica: & item ea quę est ex paucioribus, ea quę est ex additione, vt Arithmetica ipsa Geometria: Ex additione autem dico hoc pacto: Vnitatis est substantia positione vacans: punit



AEC est secūda pars

huius sexti membri, in qua post comparisones factas inter demonstrationes, sequitur vscientia quę est effectus demonstrationis comparatur ad scientiam. Et quia in scientia sunt tria, scilicet habitus, obiectum, & principium. In hoc capit. 23. fit comparatio inter habitus scientię, & in sequenti, inter obiecta scientię, & in. 25. inter principia scientię. Atqui in diuisione Commentatoris continet textus 42. & partem textus. 43. In textu. 42. comparatur scientię quantum ad certitudinem: & in. 43. quantum ad vnitatem. Est ergo prima conclusio, scientia exactior ac prior est alia scientia tripl. citer. Boetius pro, exactior, vritit, certior. Et quamquam idem sit, tamen vocabulum certior, clarior est ac magis vnitatum. Primo modo, vna scientia est certior alia, eo quod facit cognoscere & conclusionem & propter quid illius. Alia vero solum facit cognoscere conclusionem. Boetius dicit, quod illa est certior quę facit cognoscere & propter quid: quia, vbi illa particula causalis, quia, rem obscurat. Posset enim quis suspicari sensum Aristotelis esse, quod vna & eadem scientia demonstrat a causa & ab effectu, & alia non demonstrat nisi solum ab effectu.

Attamen quicquid sit de hoc, non est hic sensus Aristotelis, sed sensus est, quod illa scientia qua quis scit non solum hoc esse hoc: puta lunam esse eclipabilem, aut rhabbarum purgare cholera, sed etiam scit eius causam certior est illa qua solum scit hoc esse hoc, aut ab effectu aut signis, aut alijs coniecturis. ¶ Secundo modo vna scientia est certior alia, quia non est de subiecto, cum alia sit de subiecto. Non est sensus, quod aliqua scientia non habeat subiectum, sed quod illa scientia cuius subiectum abstrahit a subiecto sensibile, est certior quam illa quæ concernit subiectum sensibile & naturale, vt Arithmetica certior est quam Musica: quia tractat de quantitate abstrahendo a subiecto. Musica vero de quantitate sensibili: & res sensibilibus est subiectum quantitatis. ¶ Tertio modo vna scientia est certior altera, quia eius subiectum est simplicius, & subiectum alterius sit per compositionem id est, additionem ad illud: vt Arithmetica certior est quam Geometria: quia vnitas quæ est principium numeri, de quo tractat Arithmeticus simplicior est quàm punctum, quod est principium quantitatis continuæ, de qua tractat Geometra. Est enim, inquit, vnitas, substantia indiuisibilis non habens positionem: & punctum est substantia indiuisibilis habens positionem in continuo. Hic sunt qui existunt Aristotelem insinuare quamdam opinionem. Platonis qui tenebat rerum substantias nihil aliud esse quam vnitates quasdam mathematicas, quam proinde refert hic Sanct. Thom. At vero forte Aristoteles non loquitur nisi secundum veram opinionem. Non enim accipit hic nomen, substantia, pro primo prædicamento vt distinguitur ab accidentibus: sed accipit loco generis pro essentia cuiuscunque rei, sicut accidens sit sive substantia: quemadmodum ipse docet accipi nomen, substantia. 5. metaphysic. text. 15. Et dicit, quod vnitas definitur per hoc solum, quod sit res indiuisibilis quæ non habet positionem in continuo: qui enim solum dicit, duo, aut tria, nullum ponit ordinem vnitatum: vt vnum sit hic & aliud illic, aut vnum sursum & aliud deorsum. &c. Punctum vero dicit quid indiuisibile quod habeat positionem in continuo: nam in continuo punctum medium est inter extrema: & vnum est sursum & aliud deorsum. Et sic geometra quasi ex indiuisibilitate vnitatis: & positionem in continuo: composit de functionem puncti. Quod igitur exemplo nihil aliud vult docere Aristoteli, nisi quod illa scientia quæ vtuntur principijs magis compositis & magis in particulari, non sunt ita certæ, sicut illæ quæ tractant de rebus in vniuersali & magis abstractæ. ¶ In secunda particula quæ est textu. 43. Vna autem scientia. Fit secunda cõparatio scientiæ ad scientiam in vnitate & diuersitate. Vbi ponitur secunda conclusio. Illa scientia est vna quæ est vnus generis subiecti: illæ vero sunt diuersæ quæ procedunt ex principijs diuersis. Ad cuius intelligentiam notandum est, vt egregie hic notat D. Thomas, quod scientia & motus quidem rationis, quo intellectus ex quibusdam principijs tendit in cognitionem alicuius rei, sicut sensatio est motus in sensibile: & quia motus vt author est Aristoteles, 5. phisic. textu quinto distinguntur & sortiuntur speciem ex termino & fine, vt augmentatio distinguitur ab alteratione: quia alter est motus ad quantitatem, & alter ad qualitatem, hinc fit vt scientia dicatur vna, & ab alia distincta ab vnitate rei cuius cognitio per talem scientiam intenditur: vt Geometria quauis multas & diuersas conclusiones diuersarum linearum & figurarum complectatur, est vna scientia, quia omnia illa tendunt in cognitionem quantitatis continuæ, & sub tali ratione omnia considerantur, atque

adeo Arithmetico quæ tractat de numero est alia distincta: & ita de cæteris, quemadmodum visus distinguitur ab auditu: quia sunt diuersorum obiectorum. ¶ Explicat statim Aristoteles, quæ nam dicantur comprehendit sub vno genere, & dicit illa esse tria, scilicet, principia, & partes, & affectus, id est, passiones quæ per se conueniant eidem subiecto. Principia sunt propositiones immediate infra limites illius generis: vt in Geometria, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, si ab æqualibus continuis quantitibus æquales demas, &c. Dixim infra limites illius generis, quia vt supra dictum est, non est transeundum in demonstrationibus a genere in genus, vt, scilicet, vna scientia probet sua principia per principia alterius scientiæ: & licet subalternata ascendat ad subalternantem: tamen habet sua propria principia, vt musica sit de numero sonoro, & Arithmetica de numero abstracto. ¶ Partes intelliguntur esse partes subiecti, id est, species propriæ, vt Geometria tractat de lineis, superficiebus, & corporibus, quæ sunt per se species quantitatis continuæ. Dicit per se, quia non tractat de figura lignea, & c. quæ sunt accidentales species figuræ. Et eodem modo tractat de passionibus per se quantitatis, vt habere tres æquales duobus rectis, &c. Sed non tractat quæ nam figura sit pulchrior, quæ vt sit ad motum accommodatio, circularis an potius angularis. ¶ Subditur. (Diuersæ vero scientiæ sunt quarum principia non sunt ex eisdem, neque principia vnus ex alterius principijs proficiscuntur.) Arguere hic quispiam posset Aristotelem in aduertentia, quippe qui vnitatem scientiæ definiuit ex vnitate obiecti, & tamen diuersitatem scientiarum explicat ex diuersitate principiorum, cum debuisset explicare diuersitatem ex diuersitate obiectorum. ¶ Ad hoc responderetur. Primum quod Aristoteles non dicit expresse, quod vnitas scientiæ sit ex vnitate obiecti: tamen si sub his verbis soleat hic locus citari: sed dicit, quod vna sciētia est illa quæ est vnus generis, & nomine vnus generis intelligit illa tria, scilicet, principia, partes, & passiones: & ideo ex vnitate principiorum sumit vnitatem scientiæ, & ex eorum subinde diuersitate ostendit diuersitatem scientiarum. Secundo responderetur, quod id est dicere, vnitas obiecti, & vnitas principiorum, nam vnitas scientiæ, vt quæstione. 7. explicabimus, non sumitur ex vnitate materiali subiecti: nam de eadem re materiali sunt diuersæ scientiæ: de quantitate enim quæ est subiectum Geometriæ, tractat etiam philosophus naturalis quatenus quantitas requiritur ad motum. Sed attenditur vnitas scientiæ penes vnitatem formalem obiecti, quæ sumitur ex ratione principiorum. Differt enim Geometria a Philosophia naturali, quia Geometria tractat de quantitate per principia abstrahentia a materia sensibili, Philosophia vero per principia concernentia motum. Ait vero. (Quorum principia non sunt ex eisdem,) veluti principia trianguli & quadranguli quæ sunt ex principijs figuræ. Et rursus, quod principia vnus non sint ex principijs alterius, sicuti principia isoscelis sumuntur ex principijs trianguli, quæ omnia ad eandem pertinent scientiam. Probat deinde conclusionem a signo dicens, signum huius vnitatis & diuersitatis fuit apparet, cum sit resolutio scientiæ vsque ad immediate principia. Tunc enim apparet quomodo prima principia vnus scientiæ differunt a primis alterius, & cum prima principia sint eiusdem generis cum alijs mediatis quæ ex primis per se sequuntur: inde apparet quomodo omnia principia vnus scientiæ differunt a primis alterius. ¶ In tertia particula. (Atque fieri potest)

Sub vno genere.

Diuersæ scientiæ.

Text. 34. Scientiæ vnitas.

test. Exponendo hoc quod postremo nunc dixit, ostendit quomodo aliqua diuersitas principiorum facit diuersitatem scientiarum, alia vero non. Eadem enim conclusio potest pluribus demonstrationibus demonstrari dupliciter. Vno modo quando plura media sunt eiusdem coordinationis & generis, vt omnis homo est substantia demonstratur, per animal, quod est immediatum homini, & mediatum substantiæ quod Argyropylos dicit, non coherens, & Boetius non continuum & demonstratur per corpus, & per corpus animatum. Sed omnia ista principia pertinent ad eandem scientiam: quia sunt eiusdem generis. Alio modo quando media sunt diuersa & ex diuersa coordinatione, vt si. a. prædicatum sit mutari, & b. subiectum sit voluptate affici, tunc hæc conclusio, omne b. est. a. id est, quicquid delectatur mutatur: potest concludi per diuersa media, scilicet, per. c. quod sit moueri & per. d. quod sit quiescere. Enimvero quicquid mouetur mutatur, & quicquid delectatur mouetur nam delectatio sensuualis est motus sanguinis a corde: & delectatio spiritualis non est saltem sine præcedenti motu appetitus rationalis ergo quicquid delectatur mouetur. Rursus quicquid quiescit, mutatur: quia quies est finis motus: & quicquid delectatur quiescit: quia est in tertio sibi conuenienti: ergo quicquid delectatur mouetur. Ex eplum hoc Arist. non ostendit in istis terminis, quod ista cõtraria media faciant diuersas scientias: quia cõtrario rum eadem est disciplina, sed vult per hoc explicare, quod eadem conclusio pertinet ad diuersas scientias: vt quæ terra sit rotunda probatur in philosophia naturali: quia omnes eius partes fluunt ad centrum, & in Astrologia a posteriori: quia cum luna intrat vmbra terræ orbiculariter eclipstat. Quæstiuncula septima hoc amplius examinabitur, si modo prius duo sequentia capitula quæ huic annectuntur exponantur.

quippe cum non sit hoc, neque nunc, non enim vniuersale esset, supra omnia, fieri nequit vt sentiatur: quippe cum non sit hoc, neque nunc non enim vniuersale esset. Quod enim semper est: & vbique: id vniuersale dicimus esse. Cum igitur demonstrationes quidem sint vniuersales: vniuersalia vero sentiri nequeant: perspicuum est fieri non posse: vt per sensum sciamus. ¶ Quin vt patet, si fieri posset, vt sensu triangulum angulos habere duobus rectis æquales perciperemus, quæ reremus vtique demonstratio nã: & non, vt quidam inquiunt, sciemus. Sentire nanque singulare necesse est: at scientia in vniuersalis cognitione consistit. Quamobrem si in luna etiam essemus: terramque selunæ obijcientem viderimus, non profecto causam ipsam defectionis sciemus: sciemus enim lunam deficere, & non propter quid omnino sensu perciperemus: non enim ipsius vniuersalis est sensus: attamẽ ex eo quia sepe hoc accidere videremus ipsum vniuersa venati: demonstrationem vtique haberemus, ex singularibus. n. pluribus vniuersale ipsum pateheri solet. ¶ Ipsum autem vniuersale præstabile nimirum est, propterea quod ipsam causam indicat, quare de talibus notitia vniuersalis præstabilior est perceptione sensuum, & intellectu eorũ quorum est alia causa. De primis autem alia ratio est. Patet igitur fieri non posse, vt quisquã sentiendo quicquid eorum sciat, quæ demonstrabilia sunt, nisi sentire quispiã id esse dicat, scientiam inquam per demonstrationem habere. ¶ Sunt tamen inter ea quæ proponuntur nonnulla, quæ quidẽ ad sensum reducuntur defectione, nonnulla nãque non quereremus, si illa visu perciperemus, non propterea quod sciimus videndo, sed quæ ex eo quia videmus, habemus tandem ipsum vniuersale veluti si vitrum perforatum esse, lumenque per meatus penetrare visu perciperemus patet etiam nobis propter quid post vitrum lumen efficacis, ex eo planè, quia videremus quidẽ seorsum id ipsum fieri in vnoquoque, intelligeremus autem simul in vniuersis hoc fieri pacto.

Quod fortuitorum & sensibilia non sit scientia.

CAP. XXIII.



IVS autem quod proficiscitur a fortuna causa; fortuita est fluctuante, per demonstrationem scientia non est. Quoniã omne quod fortuito fit: nec est vt necessarium, nec vt plerũque: sed est id quod fit præter ista. Demonstratio vero alteri est istorũ. Omnis enim ratiocinatio, quæ per propositiones fit: aut per necessarias: aut per eas quæ sunt plerũque: cõfiscitur: atque si necessariæ quidem sint, conclusio quoque necessaria est: sin vero plerũque: sint: conclusio quoque talis efficitur: quare si id quod proficiscitur a fortuna, neque plerũque: neque necessario fit, nulla profus ipsius erit sine dubio demonstratio.

Text. xliij. ¶ At vero neque per sensum fit vt sciamus: nã & si sensus talis & non huius alicuius est, senti tamẽ necesse hoc aliquid est: & aliquo in loco, & nunc: vniuersale vero & quod est supra omnia, fieri nequit vt sentiatur



Vni superiori capitulo

te ex vnitate subiecti & principiorum ostendit vnitatem scientiæ, in hoc cap. prosequitur dicere de subiecto, & in sequenti de principijs. Et sunt quinque hic particule. Vbi notandum quod cum dixerat ad vnitate generis necessarium esse vt tã passiones quã prima principia per se conueniant subiecto sciētiæ, excludit hic duo genera obiectorum a ratione scientiæ, scilicet, & fortuita quæ non sunt passiones & effectus per se, & sensibilia quæ licet sint prima in nostra cognitione, non tã sunt prima simpliciter. ¶ Est ergo in prima particula.



particula prima conclusio. De his que sunt a fortuna non est scientia, ut de inuentione thesauri, & alijs que non habent certam & per se causam. Quam sic probat. Quicquid sub scientia cadit, sequitur ex suis principijs necessario simpliciter aut plerumque & frequenter sed ea que sunt a fortuna non necessario sequuntur nec frequenter ergo illa non cadunt sub scientia. Eadem ratione probat tertio Ethicorum, quod nec cadunt sub consilio. Minor manifesta est, nam fortuita sunt que eueniunt praeter intentionem agentis: quod autem non per se intenditur, fortuito contingit. Sed in minori hoc animaduertito, quod quaestio: e. 3. & quaestio: 4. annotauimus, videlicet, distinctos esse gradus scientiarum: aliae enim demonstrant ex simpliciter necessarijs: ut Mathematicae & aliae ex his que plurimum contingunt: ut naturales. Talis namque est natura rerum ut non nunquam deficere possit: semini enim oliuae per se conuenit oliuam generare, licet impediri non nunquam possit. Quod autem fodiens ut oliuam plantet, thesaurum inueniat, id per accidens quidem atque adeo raro contingit. ¶ In secunda particula. (At vero.) sequitur secunda conclusio. Scientia non est singularium & eorum que cadunt sub sensu. Quam hac ratione patefacit. Quicquid cadit sub scientia, est vniuersale: id vero quod cadit sub sensu non est vniuersale, sed hoc aliquid, id est, prima substantia, ergo de objecto sensibili non est scientia. Et hoc est quod ait (Nam si sensus talis & non huius alicuius est, id est, si sensus alicuius est qualitatis tanquam proprii objecti, nam ly talis, genitiuus est, & non est per se substantiae sentire enim necesse est hoc aliquid, id est, singularem substantiam.) Quod probat, quia id quod sentitur est hic & nunc id est, hic color, hic sonus, &c. vniuersale autem non est hic & nunc. In. 1. quaestio. supra prologum Porphyrij ex posuimus quemadmodum vniuersalia non sint hic & nunc, sed sunt ubique & semper. Vbi que inquam & semper, non positive, & per se: nam si homo in quantum homo esset ubique, omne illud in quo reperitur ratio hominis deberet esse ubique & semper, & ita Petrus esset ubique. Sed debet intelligi per modum negationis, videlicet, quod vniuersale in quantum per intellectum abstrahitur, non est hic, & nunc, sicut nec est corruptibile: sed haec omnia habet ratione singularis in quo est. ¶ In tertia particula. Quin ut patet, excludit errorem quorundam credentium scientiam consistere in sensatione: nempe qui credebant intellectum & sensum eandem esse potentiam: quorum meminit. 3. de anima, & 4. metaphys. text: 21. & ratio stat in hoc. Per solum sensum potest quis cognoscere triangulum quem videt esse album vel nigrum, non tamen sine doctore cognoscere posset tres angulos aequalere duobus rectis, cum nec per sensum cognoscat quid sit angulus rectus. At vero esto, quis posset hoc percipere in hoc particulari triangulo, non tamen proinde sciret omnem triangulum ea ratione qua triangulus est, habere tres angulos aequales duobus rectis: & ideo qui haberet hanc experientiam adhuc egeret demonstratione vniuersali. ¶ Et quia vniuersale cognoscitur aut demonstratione, aut inductione ex singularibus, subdit secundum exemplum. Siquis inquit esset positus in luna, videretque illum semel intrare vmbra terrae & per illam eclipsari, non subinde haberet scientiam eclipsidis, quia posset suspicari id tunc a casu contingisse & non ex ratione motus lunae. Cum autem id ipse experiret, tunc ex multis singularibus inferret vniuersale, scilicet, quod quotiescunque luminaria sunt in talibus punctis Luna eclipsatur. Colligitur ergo scientiam non esse singularium. ¶ In quarta particula. Ip-

sum autem vniuersale comparat scientiam vniuersali ad sensationem singularium. Ait enim cognitionem vniuersalem praestabiliorum esse, quia propter quod vnum quodque tale & illud magis, sed scientia vniuersalis significat causam effectuum singularium, vt cap. 20. expofitum est: ergo. ¶ Et ne quis objiciat, quod cognitio principiorum immediatorum est praestantior scientia, licet non habeatur per causam: respondet aliam esse rationem eorum: quia immediata non habent causam, & ideo cognitio eorum est simplicior & praestantior quam scientia. Et ita concludit, eorum que demonstrabilia sunt non esse scientiam per sensum. Nisi quis, inquit: forsitan equiuoce scientiam ipsam appellet sensationem, propterea quod scientia sit cognitio certissima & ad vnum determinata: sicut quis dicitur recte sentire de rebus quia recte iudicat. ¶ In quinta particula. Sunt tamen, ostendit tandem cognitionem sensitivam ordinari ad scientiam, explicans conclusionem text. 33. videlicet, quod deficiente sensu deficit scientia. Ait namque, quod non nunquam defectus scientiae, videlicet aut quod non sit scientia, aut quod sit obscura scientia, reducitur in defectum scientiae. Eo enim non habemus propriam scientiam & quidditativam Dei & intelligentiarum, quia illa non percipimus sensu: cognosceret tamen ea anima separata quando non dependebat a sensu. Exemplum vero Aristotelis est huiusmodi: quidam antiqui philosophi falso credebant causam transparentiae vitri esse, quod vitrum putabant habere poros quos appellabant strictissima foramina per quae transit lumen: ait ergo Aristoteles quod propterea illi non habebant certam scientiam huius, quia paruissima illa foramina videre sensu non poterant.

Quod non omnium syllogismorum eadem sint principia.

CAP. XXV.



At qui fieri non potest, vt omnium ratiocinationum eadem principia sint: quod quidem prius differendi modo contemplantur, nam ratiocinationum alia verae sunt, alia falsa: quaequam enim fieri potest vt verum concludatur ex falsis, tamen id semel efficitur veluti si. a. quidem vere de. c. praedicetur, medium autem. b. falsum sumatur: tunc enim neque. a. competit ipsi. b. neque. b. competit ipsi. c. sed si inter has propositiones sumantur media, falsa erunt ex eo, quia conclusio omnis falsa e propositionibus proficitur falsis: ex veris autem verae conclusiones emergunt: at patet a falsis vera differre, ac esse diuersa. ¶ Deinde neque ipsa falsa ex eisdem proficitur: sunt. n. & talia falsa: vt inter se se sint contraria, & simul esse non possint: vt iustitiam esse, vel iniustitiam, vel timiditatem: & hominem vel equum, vel bouem esse: & aequale quod est, vt maius vel minus esse. Ex his autem

quae certa sunt hoc pacto. ¶ Neque enim ratiocinationem verarum omnium eadem principia sunt. Complurium namque principia diuersa sunt genere: neque quibusuis accommodantur quaeuis. Vnitates enim non accommodantur punctis: illa namque positione vacat, his eadem competit. Necesse est autem, aut ad media accommodari, aut supera ex parte, aut infera: aut alios inter alios extra terminorum habere. At neque fieri potest, vt principiorum communium vlla sint, ex quibus cuncta demonstrabuntur. Dico autem communia, veluti quoduis affirmandum aut negandum est. Genera enim eorum que sunt, non eadem sunt, sed diuersa: atque alia solis competunt quantis, alia solis hisce quae ratione subeunt qualitatis, alia sunt hisce quae communia demonstrationes conficiuntur. Praeterea principia non multo sunt pauciora conclusionibus: principia enim ipse sunt propositiones. Propositiones autem sunt cum aut additur, aut interponitur terminus. Praeterea conclusiones sunt infinitae, termini vero finiti. In super principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia. Hoc igitur modo considerantibus, fieri non posse porro videntur, vt eadem sint principia finita, si conclusiones sint infinitae. Quod si quispiam alio modo dicat, veluti haec quidem Geometriae haec autem Arithmeticae, & haec Medicinae principia esse, quid aliud erit quod dicitur quam scientiarum principia esse. At ex eo dicere eadem esse, quia ipsa sibiipsis eadem sunt, ridiculum est: hoc enim pacto cuncta eadem fiunt. ¶ At vero neque hoc est, ex omnibus inquam quoduis demonstrari quaerere, omnium eadem principia esse, est enim insignis stultitiae sane: nam neque in manifestis hoc sit scientijs, neque in resolutione fieri potest. Propositiones enim vacantes medio principia sunt: atque diuersa plane conclusio sit, assumpta vacante medio propositione. Quod si quispiam ipsas primas vacantes medio propositiones omnium esse principia dicat, sciat is vnam in vnoquoque genere esse. Quod si neque eadem omnium principia sunt hoc pacto, vt ex omnibus quoduis oporteat demonstrari, neque sunt adeo diuersa vt vniuscuiusque scientiae sint diuersa, restat si principia omnium generis sint eiusdem ex his tamen haec, ex alijs vero alia demonstrantur. ¶ At patet & hoc fieri non posse. Demonstratum est enim scientiarum quae genere differunt, principia diuersa genere esse: principia namque duplicia sunt: ex quibus, & circa quod: principia igitur ex quibus, communia sunt: principia vero circa quod, propria vt vnitates, magnitudo.

Prostquam in praecedenti cap. dictum est de obiecto scientiae: sequitur in hoc. 25. dicere de eius principijs. Docuerat enim ca. 23. quod vna scientia differat ab alia per hoc quod quaeuis scientia habet sua propria principia. Ostendit ergo hic diuersarum scientiarum non esse eadem principia communia. In tribus, n. primis particulis ostendit illud dialecticae. 1. rationibus communibus: & in alijs duabus ostendit illud rationibus analyticis, scilicet, sumptis ex propria ratione demonstrationis. ¶ Conclusio ergo est. (Atque fieri non potest vt omnium ratiocinationum, .i. syllogismorum) eadem sint principia. Probat id primo quia syllogismorum alij sunt veri, id est, vere concludentes, & alij falsi, id est, falso concludentes: sed vera conclusio non concluditur nisi ex veris, & falsa non nisi ex falsis: ergo diuersarum conclusionum, & a fortiori diuersarum scientiarum, diuersa sunt principia. ¶ At quia posset quis huic rationi obuiare dicens, quod falsa principia seruiunt & syllogismo vero & syllogismo falso: nam vero concluditur ex falsis in syllogismo dialectico. Respondet, quod hoc solum est verum semel. i. in primo syllogismo, vt si dicas, omne animal est risibile, omnis homo est animal, ergo omnis homo est risibilis. Sed tam si illa maior falsa debeat rursus resolui per alia principia, tunc ex falsis non concludetur nisi falsum. Et ideo loquendo de omnibus principijs vti que ad principia immediata, non possunt principia falsa esse principia syllogismi veri. ¶ In secunda particula Deinde neque, &c. idem ostendit in syllogismo falsis, dicens, quod neque omnium syllogismorum falsorum eadem sunt principia communia: nam falsae conclusiones multae sunt inter se contrariae. Etenim quod iustitia sit iniustitia, contrariatur. i. diuersum est ab eo, quod iustitia est iniustitia: nam alia ratione falsum est iniustitiam esse iniustitiam quia videlicet praedicatum est contrarium subiecto, & alia ratione falsum est iniustitiam esse fortitudinem, .i. quia sunt distinctae virtutes, & alia ratione homo non est equus, quia, scilicet, non est hominibus, & alia non est bos, nempe quia non est mugibilis: & alia ratione aequale non est maius, vt pote quia non excedit: & alia non est minus, puta quia non exceditur. ¶ In tertia particula. Neque, n. id ostendit in syllogismo veris quinque rationibus. Prima est haec. Principia Geometriae & principia Arithmeticae non sunt eadem: nam principium arithmeticae est vnitates, & Geometriae punctum, quorum vnitates non habet positionem in continuo quam habet punctum, vt paulo ante dicebamus, ergo diuersarum scientiarum diuersa sunt principia. Quod autem illa sint distincta principia probat text. supra dictis Arist. Nam media quae sunt principia demonstrationum in eadem scientia, aut debet sumi sursum directe ascendendo aut deorsum descendendo, aut in ter extrema sumendo: sed punctum nec sumi supra nec tub vnitates: ergo sunt distincta principia. Explicat maior exemplum. Ascendendo multiplicatur media si quod fuit maior extremitas in priori syllogismo, assumat per medium in alio: vt si dicas, omne animal est corpus animatum, omnis homo est animal, ergo omnis homo est corpus animatum: rursus, omne corpus animatum est corpus: omnis homo est corpus animatum: ergo omnis homo est corpus: rursus, omne corpus est substantia: omnis homo est corpus: ergo omnis homo est substantia. Descendendo vero multiplicatur, si e contrario quod fuit minor extremitas sumatur pro modo: vt si dicas: omne corpus est substantia: omne corpus animatum est corpus: ergo omne corpus animatum est substantia: rursus, omne corpus animatum est substantia: omne animal est corpus animatum: ergo omne animal est substantia: omne animal est corpus animatum: ergo omne animal est substantia.

Conclusio.

omne animal est substantia, rursus, omne animal est substantia: omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Sed interponendo multiplicatur media, si omnis homo est substantia, demonstratur per animal, & maior. Si omne animal est substantia, per corpus animatum, & omne corpus animatum est substantia per corpus. Et clarum est punctum & linea non se habent isto modo: & per consequens nec media diversarum scientiarum sunt eadem & communia. ¶ Secunda ratio est ibi. (At neque fieri.) & est hæc. Si eadem essent principia diversarum scientiarum haberet se sicut hoc principium vniuersale, de quolibet idem affirmatur & negatur, sed hoc non est sufficiens principium in omnibus scientiis: quia ut dictum est in textu 26. hoc non intrat formaliter demonstrationem: & ideo præter illud debent esse principia alia particularia, ut in scientia de quantitate, principia quantitatis, & in scientia de qualitate, principia qualitatis: ergo quævis scientia habet sua peculiaria & per se principia. ¶ Tertia ratio est ibi, (Præterea principia) quæ sicuti quarta, obscura est: & ideo a diversis expositoribus diuersimode intelligitur. Dubium enim est quomodo principia sint pauciora conclusionibus: nam videtur contrarium esse verum: cum quævis conclusio syllogismi ex duabus ad minus præmissis concludatur, & sic principia sunt plura conclusionibus. Item esto sint pauciora, non apparet quomodo paululum sint pauciora. ¶ Primo dicit Sanctus Thome. quod licet quælibet conclusio habeat duas præmissas, tamen quæcumque præmissa potest esse principium multarum conclusionum & sic principia sunt pauciora: Secundo possumus dicere forsan ad mentem Aristotelis, quod eodem fere modo quo crescunt conclusiones, crescunt principia, ut patet in exemplis quod modo apponemus primæ rationi. Sit enim substantia. a. corpus. b. corpus animatum. c. animal. d. homo. e. Tunc series demonstrationum est hæc omne. d. est. c. omne. e. est. d. ergo omne. e. est. c. rursus omne. c. est. b. omne. e. est. c. ergo omne. e. est. b. ubi sicut additur vnu principium, ita & vna conclusio. Nam conclusio prioris syllogismi facta est minor in secundo, rursus omne. b. est. a. omne. e. est. b. ergo omne. e. est. a. ubi additur aliud principium & alia conclusio. Et hoc est quod ait principia esse non multo pauciora. ¶ Quod si contra quis arguat, quod hac ratione tot debent esse principia quot conclusiones, siquidem ut crebunt conclusiones, augentur & principia, & quæ modo est conclusio, statim est principium. Respondetur, quod principia simpliciter solū sunt propositiones immediatæ, ut b. est. a. c. est. b. d. est. c. e. est. d. (Et hoc est quod ait propositiones sunt cum aut additur, aut interponitur terminus) tunc. n. fit propositio, id est, principium immediatum, conclusiones autem sunt omnes propositiones mediata, quæ plures possunt esse, ut c. est. e. est. b. e. est. a. rursus. d. est. b. d. est. a. rursus. c. est. a. Stat ergo ratio in hoc si propria principia alicuius scientiæ sunt fere tot quot sunt conclusiones, necesse est vt quælibet scientia habeat sua principia propria: nam principia communia possunt seruire multis scientiis: vt quodlibet est vel non est. ¶ Quartam rationem addit dicens. (Præterea conclusiones sunt infinitæ, termini vero finiti.) ubi dubitant expositores quomodo propositiones sunt infinitæ & termini finiti videtur enim hoc esse contra id quod supra determinatum est cap. 18. text. 25. videlicet, quod non est procedere in infinitum in prædicationibus & per consequens neque in demonstrationibus. ¶ Item est dubium ad quod propositum addita est hæc ratio, & quomodo probet intentam conclusionem. Omnis autem opinionibus existimo terminos hic appellare Aristotelem. prædicata, quæ

quidem in quacunque coordinatione prædicamentali sunt finita: & hoc est quod loco citato cap. 18. probavit Aristoteles. quia & ascendendo statim in supremo genere: & descendendo sistitur in vltima specie: & inter ista extrema non possunt esse infinita media. Ait ergo Aristoteles. quod quauis termini & prædicata sint finita, quia in vnoquoque prædicamento prædicata essentialia sunt infinita, & prædicamenta ipsa item sunt finita, quia numero decem nihilominus ex istis finitis terminis possunt infinita, id est, innumere propositiones constitui essentialia & accidentalia, dum superiora de inferioribus, & vnum prædicamentum de alio & aliud de alio prædicantur. Quemadmodum in naturalibus ex quatuor elementis innumere mixtorū species componuntur: & ex viginti tribus aut quatuor elementis alphabeti constantur dictiones sine numero. Vnde hac de causa adiunxit hanc rationem. Cū enim in quarta ratione dixisset non multo pauciora esse principia quam conclusiones, ubi loquebatur de principiis tantum demonstrationis, quæ sunt immediata & per se, extendit rationem ad syllogismos dialecticos qui vtrūque prædicationibus accidentalibus quæ modis innumeris multiplicari possunt. Vnde cum illa quæ modo est conclusio, postea est principium, sequitur vt etiam in syllogismo dialectico quot sunt conclusiones, tot sint etiam fere principia, vtque adeo vnaquæque scientia habeat sua propria principia. ¶ Alij dicunt, quod sicut species figurarum possunt crescere in infinitum, vt triangulus, quadrangulus, & ita numeratim ascendendo, ita & conclusiones per se in qualibet scientia possunt in infinitum multiplicari. Sed puta priorem expositionem sensum Aristotelis planum aperire. ¶ Subiungit tandem quintam rationem dicens (insuper principiorum alia sunt necessaria, alia contingentia) quasi dicat cum necessariorum principia sint necessaria, & contingentium contingentia, sit vt non sint diversarum conclusionum, atque adeo diversarum scientiarum, eadem principia. ¶ Subsequenter ibi. (Quod si quispiam.) excludit deum quendam sophisticum sensum, quo quis posset dicere eadem esse principia communia, vtly eadem faciat suppositionem accommodam, vt dicunt antiqui, seu proportionabilem, videlicet, eadem esse principia Geometriæ, Arithmeticæ, & Medicinæ, quia scilicet, sicut in Geometria principia sunt propositiones immediatæ & eiusdem generis cum suis conclusionibus, ita & in Arithmetica & in medicina & in alijs scientijs. Ait enim sensum istum esse ridiculum: nam idem est ac si diceretur, quod principia scientiarum sunt eadem, non quod principium vnius sit alterius, sed quod vnum quodlibet sit sibi ipsi idem. i. quod sicut principia vnius scientiæ sunt omnia eiusdem rationis: ita & principia alterius scientiæ inter se. ¶ In quarta particula. (At vero) subsequitur prima ratio analytica sumpta ex natura demonstrationis: quæ talis est. Si quis dixerit eadem esse omnium scientiarum principia communia, intendens, quod quolibet demonstratur, ex quolibet, hoc erit inquit insignis stultitiæ: quia neque in manifestis. i. in demonstrationibus quæ immediatæ procedunt ex primis & immediatis principiis, neque in illis quæ procedunt ex principiis mediatis, quæ resoluantur per alia immediata id fieri potest. Quod probatur: nam principia immediata in vnaquaque scientia sunt distincta & peculiaris, & ex illis proceditur vsque ad vltimam conclusionem per propositiones quæ ex eisdem per se sequuntur: ergo non quodlibet demonstratur ex quodlibet. ¶ Et subiungit quod si quispiam dixerit prima principia esse communia omnibus scientijs, licet in vnaquaque scientia sint alia

alia principia proxima vnicuique propria. Respondetur quod non solum principia proxima & mediata, sed principia immediata debent esse propria in vnoquoque genere, vt hæc tenet sepe dictum & expositum est. ¶ Concludit ergo, quod si principia non sunt hoc pacto communia vt quodlibet demonstratur ex quolibet: quauis nec sint adeo diuersa, quin habeant illa principia generalissima communia, quodlibet est vel non est, & nihil est & non est: nihilominus cum principia omnia eiusdem scientiæ tam mediata quam immediata debent esse eiusdem generis, sit vt hæc scientia ex his principiis procedat: & hæc, ex his, id est, vt quælibet scientia habeat sua propria principia. ¶ In quinta particula. At patet, concludit tandem secundam rationem analyticam, dicens, duplicia esse principia demonstrationis: aliud enim est principium circa quod, puta subiectum circa cuius cognitionem versatur scientia: vt vnitas seu numerus in Arithmetica: & pūctus seu magnitudo in Geometria: alia sunt principia ex quibus scilicet, propositiones. At qui principia quidem ex quibus non inconuenit aliqua esse communia, sicut illud generalissimum, quodlibet est vel non est, est omnibus commune, & principia subalternantis seruiunt subalternatæ: & metaphysica est communis scientia probas principia aliarum scientiarum, vt cap. 8. text. 26. ostendimus: nihilominus principium circa quod, est vnicuique scientiæ proprium & per consequens quæcumque scientia habeat sua propria principia complexa, habentia attributionem eiusdem generis ad idem subiectum.

Quæstio septima.

Vtrum ex vnitate generis vnitas sumatur scientiæ.

A Parte negatiua arguitur. Metaphysica est vna scientia vt habetur. 4. meta. tex. 1. & lib. 6. tex. 2. & tamen eius vnitas non sumitur ab vnitate generis obiecti: ergo pars negatiua vera. Probatur minor: quia ut locis citatis est videre subiectum metaphysicæ est ens: quod vt in prædicamentis. ca. 4. q. 1. monstrauimus, non est genus. ¶ Secundo principaliter arguitur aut vnitas generis intelligitur vt nomen sonat, videlicet vnitas alicuius obiecti generici continens multas species aut intelligitur genus pro specie, vt vnitas scientiæ sumenda sit ab vnitate specifica obiecti. Si primo modo certe omnes scientiæ quæ tractant de substantia essent vna scientia, quippe cum omnes substantiæ sint illo modo eiusdem generis, id est, eiusdem prædicamenti: atque adeo Philosophia naturalis quæ tractat de ente mobili, & Astrologia quæ tractat de cælis, & medicina quæ tractat de corpore sanabili, essent eadem scientiæ: & eadem ratione Geometria & Arithmetica, cum magnitudo & numerus sint eiusdem generis generalissima quantitates. Si vero accipiatur genus pro specie, tunc sequitur quod Philosophia naturalis non est vna scientia, vt pote quæ tractat de cælo & terra, de elementis & mixtis, de animatis & inanimatis: quæ sunt res diuersissimæ. Imo neque Geometria esset vna cum tractet de speciebus varijs figurarum. ¶ Et confirm. Habitibus quicumque scientiæ est vna res: ergo constituitur in propria specie per proprium genus & propriam differentiam, sicut homo, & equus & res alia quicumque atque adeo non sortitur

vnitatem ex obiecto. ¶ Tertio principaliter arguitur, quod nec diuersitas scientiæ debeat attendi penes diuersitatem obiecti aut principiorum: quæ est secunda pars conclusionis Aristotelis. Si enim loquamur de scientia particulari vnus conclusionis, conclusio vna differt ab alia: quia extrema ex quibus constituuntur sunt distincta. Si enim loquamur de vna scientia totali, tunc differunt ratione subiecti in quo sunt. Differt enim philosophia quæ est in Petro, ab illa quæ est in Paulo, per hoc quod sunt in diuersis subiectis, licet sint de eodem obiecto & procedant ex eisdem principiis. ¶ Quarto principaliter arguitur. Scientia, fides, & opinio sunt habitus diuersissimi, vt capite sequenti videbitur, & tamen possunt esse eiusdem obiecti: nam de mysterijs Trinitatis beati habent euidentiā, nos vero fidem, sed gentiles possunt habere opinionem. Item scientia practica & speculatiua, vt habetur. 2. metaph. text. 3. sicut diuersæ quæ tamen sunt eiusdem obiecti: nam de domo potest haberi scientia vna speculatiua & alia practica. Imo Metaphysica, physica, & Mathematica, quæ sunt diuersæ scientiæ, sunt nihilominus de eodem obiecto, nam de quantitate possunt omnes tractare. ¶ Et confirma. Demonstratio, quia, & propter quid, sunt rationes diferentes species, tamen & versantur circa eandem conclusionem, puta luna est eclypfabilis. Quinimo philosophia naturalis & Astronomia sunt diuersissime scientiæ: & tamen versantur circa eandem conclusionem, scilicet, terra rotunda, imo forsan idem numero iudicium producent illius conclusionis. ¶ In contrarium est Aristoteles cap. 23. text. 43. ubi vnitatem scientiæ constituit penes vnitatem generis: & diuersitatem penes diuersitatem principiorum.

Ad euidentiā huius quæstionis notandum est.

Primo, quod hic non disputamus quæstionem illam: an vna totalis scientia constet ex collectione plurimum habituum: an potius sit vnus simplex habitus: hæc enim non est ad propositum: quam tamen quæstionem 3. præcedenti abunde tractauimus. ¶ Secundo notandum est, quod vt cæterarum rerum, ita & scientiarum triplex potest considerari distinctio. Differunt enim scientiæ aut numero aut specie, aut genere. Atque quemadmodum alijs in rebus vt. 8. Metaph. text. 2. author est Aristoteles numeralis distinctio attenditur ratione materiæ: differentia vero generica, per hoc quod sunt res eiusdem generis & eiusdem prædicamenti) differentia vero specifica attenditur ratione formæ (differt enim substantia genere, a quantitate, quia sunt diuersorum prædicamentorum: homo vero ab equo differt specie ratione formarum, sed Petrus & Paulus differunt numero, quia eorum formæ recipiuntur in diuersis materijs) ad hunc modum vnitas in scientijs atque diuersitas sumenda est. ¶ Respondetur ergo ad quæstionem quinque conclusionibus. Prima, scientiæ differunt numero, ratione subiecti, puta quia sunt in diuersis intellectibus. Hæc est per se manifesta. ¶ Secunda conclusio. Scientiæ, & in vniuersum quicumque habitus, differunt genere non ratione obiecti sed aliunde: quia videlicet aut differunt in genere cognitionis, vt differunt scientia, fides, & opinio, penes formidinem, certitudinem, & claritatem, vt capite sequenti patebit: & differunt illi quinque habitus intellectus. 6. Ethico. cap. 3. scilicet intellectus, a scientia, prudentia, & sapientia: aut differunt ex parte finis, vt scientia practica & speculatiua. 3. de aia. tex. 38. Aug. quia vna procedit per causam & alia per effectū, vt sciētia

2. Ratio.

3. Ratio.

5. Ratio.

4. Ratio.

Triplex distinctio.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

2.

3. Concluf. 3. Quia, quia, & scientia propter quid. Differentia inquam ho- rum habituum non est ex parte obiecti: sed differunt gene- re in ratione cognitionis. De hac igitur differentia non loquitur Aristot. in praesentia. Tertia conclusio. Scientia differunt specie penes differentiam specificam obie- ctorum: itaque est vna cuius omnes conclusiones conue- niunt in vnitatem specificam obiecti, & differt specie ab alia cuius conclusiones conveniunt in alia vnitatem obiecti. Hanc conclusionem praetendit hic Aristot. Cuius exposi- tionem subiungimus ex Sancto Thomae. quia scilicet scien- tia est motus in obiectum, & motus distinguuntur penes terminum. Habet enim se obiectum respectu habitus, si- cut forma in rebus naturalibus, vnde sicut ratione forme distinguuntur res naturales, ita & habitus & respectu obie- ctorum. Et hoc est quod ait Aristot. 2. de anima. text. 3. 3. obiecta sunt priora actibus, & actus priora potentijs. Vnde doctores eliciunt regulam illam, scilicet actus & habitus atque adeo potentias distingui ratione obiectorum. Nec solum scientia, sed etiam virtutes morales distinguuntur specie per obiecta, vt fortitudo a iustitia & iustitia a tem- perantia. Ad maiorem autem explicationem sit quarta conclusio, quam in 3. quaestio. proemiali posuimus, vbi quatuor genera distinctionum inter scientias & ha- bitus intellectuales, ex diuersis locis Aristotelis retuli- mus. Conclusio ergo quarta est. Distinctio haec scientia- rum specifica non debet attendi penes obiecta materia- lia: sed penes obiecta formalia, id est, non debet attendi penes res sciens, sed penes rationem formalem qua cadunt sub tali scientia. Conclusio est hic Sancto Thomae. & opus- culum. 70. q. 1. arti. 1. Quae quidem per distinctionem sensuum elucidatur. Enimvero color considerari potest. Primo in quantum est res quaedam, puta passibilis qualitas, & se- cundum hoc non est species specialissima, sed genus sub alterum multas sub se habens species coloris. Secundo consideratur in ratione sensibilis: & sic consideratus, est species specialissima: quia omnes colores conveniunt in vna ratione visibilis: nam omnes multiplicanti species sine motu & mediante lumine: scilicet omnes soni conue- niunt in vna ratione audibilis, quia multiplicanti species per motum localem: vt. 2. de anima explicabitur. Eodem modo, quauis numerus sonorus in quantum res quaedam naturalis: habet sub se diuersas species, puta voces huma- nas, & sonus organorum & lyrae, &c. Tamē quia conside- rantur in musica quatenus seruant certas proportionem quae in omnibus sonis sunt eiusdem rationis, habent rationem huius obiecti, & per consequens musica est vna scien- tia. Et ita omnia de quibus tractat philosophia habent vnam rationem generalem mobilis: & illa quae tractat geo- metria habent rationem formalem continui, & ita in ceteris scientijs: atque hac de causa Aristot. 3. de anima. text. 3. 8. pari ratione & sensus & scientias inquit secari sicut res de quibus sunt. Quinta conclusio. Haec ratio com- munis scibilis per quam scientia habent vnitatem & distin- ctionem, debet accipi secundum rationem abstractionis a materia. Conclusio haec colligitur ex Aristot. 6. meta- text. 1. Et ratio eius est: quia cum scientia non sit nisi de vniuersali, quod sit per abstractionem: intellectus sequi- tur vt vbi sit diuersa ratio abstractionis, sit diuersa ratio scientiae. Exepli gratia. Res tribus modis se habet ad ma- teriam sensibilem. Aliae enim sunt quae non solum per in- tellectum: sed realiter sunt abstractae a materia, sicut ratio entis in communi reperitur in intelligentijs quae sunt prorsus immateriales. Aliae sunt res quae licet realiter non sint separatae a materia abstrahuntur tamen per intelle- ctum: vt quantitas. Aliae sunt quae in suis definitionibus includunt materiam, vt elementa & mixta, & aliae res na- turales. Hac ratione loco modo citato distinguit Aristot. Metaphysicā quae tractat de ente, & Mathematicas quae tractant de quantitate, & philosophiam quae tractat de rebus naturalibus. Vnde mathematicus definit rectū & curuum vt abstrahit a materia, philosophus vero vt est in materia. Definit namque quod aequalitas est nasi cur- uitas. Hoc insinuat hic Aristot. cum dixit diuersitatem scientiae attendi penes diuersa principia: idem enim est scientiam tractare de subiecto magis abstracto, & proce- dere per principia magis abstracta & magis immateria- lia. Vnde ad vnitatem scientiae requiritur vnitatem forma- lis obiecti, quae attenditur penes media & principia ex quibus procedit, & diuersitas scientiarum attenditur pe- nes diuersa principia, ex quibus arguitur diuersa ratio formalis obiecti. Hinc elicitur, quod scientia de caelo & scientia de generatione, & scientia de anima, & aliae partes philosophiae naturalis non sunt adeo distinctae scien- tia, sicut mathematica & philosophia naturalis: sed sunt sicut partes eiusdem scientiae, scilicet, philosophiae natu- ralis, quia tractant de differentibus speciebus motus: cū scientia naturalis sit de ente mobili. Veluti scientia de si- guris superficierum & corporum sunt partes Geomet- ricā, Nisi quis velit dicere: quod motus localis colorū sit abstractior & minus materialis quam motus alteratio- nis & generationis. Quod si quis arguat eadem ratio- ne geometricā & arithmetica non esse distinctas scientias sed partes vnius mathematicae generalis, cum quantitas continua & numerus sint species eiusdem quantitati- s. Respondetur ex Aristot. 7. meta. text. 3. 5. vbi dicit quod alia est materia sensibilis vt lignū, & alia intelligibilis vt ma- thematicae, scilicet continuas. Continuum enim est vnum numero, quod si diuidatur, sit plura numero: ob id quae Arithmetica est abstractior quam geometria: quia abstrahit a continuitate. Et hoc docuit hic etiam Aristot. text. 4. in tertio modo certitudinis scientiae, & ideo sunt omnino distinctae scientiae. Quae de causa pluraliter dicuntur mathematicae, & non vna mathematica, sicut vna philosophia naturalis. Dicitur autē vna geometria, quia omnes species figurarum habent vnam rationem abstra- ctionis & immaterialitatis. At respectu est distincta scientia a geometria: quia respectu respicit mate- riam sensibilem, aqua abstrahit Geometria. Et eodem modo differunt Arithmetica & Musica. Hac igitur arte abstractionis & immaterialitatis vtendum est ad discer- endum vnitatem & diuersitatem scientiarum.

Metaphysicā quae tractat de ente, & Mathematicas quae tractant de quantitate, & philosophiam quae tractat de rebus naturalibus. Vnde mathematicus definit rectū & curuum vt abstrahit a materia, philosophus vero vt est in materia. Definit namque quod aequalitas est nasi cur- uitas. Hoc insinuat hic Aristot. cum dixit diuersitatem scientiae attendi penes diuersa principia: idem enim est scientiam tractare de subiecto magis abstracto, & proce- dere per principia magis abstracta & magis immateria- lia. Vnde ad vnitatem scientiae requiritur vnitatem forma- lis obiecti, quae attenditur penes media & principia ex quibus procedit, & diuersitas scientiarum attenditur pe- nes diuersa principia, ex quibus arguitur diuersa ratio formalis obiecti. Hinc elicitur, quod scientia de caelo & scientia de generatione, & scientia de anima, & aliae partes philosophiae naturalis non sunt adeo distinctae scien- tia, sicut mathematica & philosophia naturalis: sed sunt sicut partes eiusdem scientiae, scilicet, philosophiae natu- ralis, quia tractant de differentibus speciebus motus: cū scientia naturalis sit de ente mobili. Veluti scientia de si- guris superficierum & corporum sunt partes Geomet- ricā, Nisi quis velit dicere: quod motus localis colorū sit abstractior & minus materialis quam motus alteratio- nis & generationis. Quod si quis arguat eadem ratio- ne geometricā & arithmetica non esse distinctas scientias sed partes vnius mathematicae generalis, cum quantitas continua & numerus sint species eiusdem quantitati- s. Respondetur ex Aristot. 7. meta. text. 3. 5. vbi dicit quod alia est materia sensibilis vt lignū, & alia intelligibilis vt ma- thematicae, scilicet continuas. Continuum enim est vnum numero, quod si diuidatur, sit plura numero: ob id quae Arithmetica est abstractior quam geometria: quia abstrahit a continuitate. Et hoc docuit hic etiam Aristot. text. 4. in tertio modo certitudinis scientiae, & ideo sunt omnino distinctae scientiae. Quae de causa pluraliter dicuntur mathematicae, & non vna mathematica, sicut vna philosophia naturalis. Dicitur autē vna geometria, quia omnes species figurarum habent vnam rationem abstra- ctionis & immaterialitatis. At respectu est distincta scientia a geometria: quia respectu respicit mate- riam sensibilem, aqua abstrahit Geometria. Et eodem modo differunt Arithmetica & Musica. Hac igitur arte abstractionis & immaterialitatis vtendum est ad discer- endum vnitatem & diuersitatem scientiarum.

Ad primum igitur argumē- tum principale respondetur ex dictis, quod non accipi- tur hic genus pro genere praedicatorum, sed pro vna ratione specifica obiecti: & ideo ens est subiectum meta- physica, quia vniuersa quae tractat metaphysica, consi- derat sub ratione entis, & eadem ratione Deus est subie- ctum Theologiae, quauis neque ens neque Deus sint ge- nera praedicatorum. Eodem modo respondetur ad secundam & quartam & quintam conclusionem: non enim vnitatem scientiae attenditur penes vnitatem materia- lem obiectorum, sed penes rationem formalem, quae non satis est vt si generica: sed accipit vnitatem generis pro vni- tate specifica specialissima in ratione scibilis. Et omnia quae considerat philosophia naturalis quauis differant specie & genere in esse reali, tamen ratio scibilis est om- nibus vna specifica: quia tractat de ente mobili, quod non abstrahit a materia sensibili: quauis tractet de illo in vniuersali abstrahendo a singularibus. Et pari ratione Geometria est vna scientia: & ita de alijs. Ad confirma- tionem conceditur, quod habitus habet suum proprium genus.

Metaphysicā & Philoso- Arith.

Geometr. & Arith.

Ad. 1. argu.

cessariē vero scientia. Quomodo igitur fit vt idem vnus opinetur, alius sciat? & cur opinio- non erit scientia, si quispiam posuerit fieri pos- se vt de eodem omni opinio habeatur, quod scit? proficiscetur enim & hic qui scit, & hic ce qui opinatur per media, quousque perue- niat ad ea quae medio vacant: quare si ille scit, & qui opinatur scit. Fieri enim potest, vt que madmodum ipsum esse, sic & ipsum propter quid est opinemur: hoc autem constat ipsum medium esse. An si existimauerit quidem, ea quae aliter sese habere nequeunt, perinde at- que, habent, definitiones sese habere per quas ipsae demonstrationes conficiuntur sciet, non opinabitur, sin autem vera quidem esse credi- derit, non tamen haec ipsis putauerit competere ratione substantiae atque formae, opinabitur, non vere sciet: atque si per ea quae medio vacant processerit, ipsum esse, & propter quid est opinabitur: sin vero non per ea quae vacant medio, tantū ipsum esse opinabit. Opinio na- que scientiaeque omnino eiusdem non est: sed vt est & vera & falsa modo quodā eiusdem opinio, sic & scientia & opinio est eiusdem. Etenim opinio nē quidem verā ac falsam, vt quidem inquirunt eiusdem esse, cū alia absurda, tum hoc secū tra- hit, vt non opinetur quispiam quod opinatur falso. Sed cum multipliciter idem dicatur, par- tim esse potest, partim esse non potest. Nā opi- nari vere diametrum comensurabilem esse, ab- surdum est fanē: sed sic est eiusdem, quia diame- ter circa quem sunt ipsae opiniones est, idē v- triusque tamen ratio non eadem est. Pari mo- do scientia eiusdem esse atque opinio potest. Illa nanque sic erit animalis existimatio, vt fie- ri nō possit: veluti si illa quidē existimatio sit homini substantiae ratione competere: haec autē homini quidem, sed nō illo competere modo. Idem est enim id, circa quod vtraque fit: est. n. homo, sed modus nō est idem, vt patet: ex his autē emergit, fieri non posse vt simul idem opi- netur quispiam ac sciet: nā simul existimatio- nē haberet, & aliter & nō aliter idem sese habe- re: quod quidē fieri nequit. Etenim fieri quidē potest, vt in alio atque alio sit eiusdem vt unque sicuti diximus: sed in eodem sic hoc pacto fie- ri nequit. Haberet. n. simul existimationē ho- minem per se aial esse, & nō per se animal esse, quorū primū est non posse, secundū sit posse hominem nō animal esse. De reliquis autē quo- nam pacto distribuenda sint de mente, in quā de intellectu, de scientia, de arte, de prudentia de sapientia alijs in locis pertractabitur. Quae- dam enim ipsorum ad naturalem, quaedam ad mōrum magis pertinent contemplationem.

Log. Do. Soto. R Hzc

genus intrinsecum & differentiam, est enim qualitas spi- ritualis .a. (vt. a. sit vltima differentia.) Sed tamen illa vl- tima differentia in genere cognitionis sumitur ab obie- cto: sicut differentia specifica visionis sumitur à colore: & omnis differentia specifica motus sumitur à termino. Ad tertium principale conceditur, quod distinctio nu- merica inter duas conclusiones attenditur penes hoc, quod costat ex distinctis extremis, vt Petrus est homo. Petrus est animal. Sed tamen distinctio earum specifica etiam attenditur penes obiectum, puta penes rem significatā, vt homo disputat, equus currit. Et pariter conceditur, quod scientiae totales differunt numero ratione subiecti in quo sunt, vt Dialectica quae est in Petro & Dialectica quae est in Paulo: sed hic non loquitur nisi de distinctione spe- cifica. Quartum argumentum per idem soluitur, mili- tat enim de differentia generica habitum, quae non su- mitur ab obiecto sed aliunde, vt in secunda conclusione expositum est. Et eodem modo respondetur ad con- firmationem, quod, scilicet, demonstratio, quia, & pro- pter quid, differunt specie: quauis si simul afferunt ad eandem conclusionem: forsā vt supra diximus, eundē assensum producant. Et pari ratione Philosophia natu- ralis & Astrologia sunt distinctae scientiae: licet versen- tur circa eandem conclusionē, quia vt inquit hic Aristot. p- cedunt per diuersa principia, & ideo sub diuersa ratione tractant de rotunditate terrae, vt superius dictum est.

De scientia & opinione. CAP. XXVI.



Text. 44. I NTER EST AV- tē inter id quod sub scien- tiam, & id quod sub opi- nionem cadit: nā scientia quidem vniuersalis est co- gnitio, & p- necessaria cō- paratur: necessariū autē aliter sese habere non potest: at sunt quaedā ve- ra quidem, & numerantur inter ea quae sunt: ta- men & aliter sese habere possunt. Patet igitur circa hanc scientiā non esse: nā ea non possent aliter sese habere, quae aliter sese habere pos- sunt. At vero nec intellectus: intellectū. n. prin- cipiū scientiae dico, neque sine demonstratio- ne scientia, quae quidem est existimatio vacan- tis medio propositionis. Est autem intellectus verus, & scientia & opinio. Et id quod per hanc dicitur. Quare restat, opinionem esse circa id quod verum quidem est, aut falsum: aliter au- tem sese habere potest. Haec autem est vacantis medio, & non necessaria propositionis existimatio. Atque hoc cōsentaneum est etiam ijs quae apparatus: tā. n. opinatio, quam talis natura incertum est fanē. Nemo praeterea tunc opina- ri quippiā arbitratur, cum illud putat aliter se- se habere non posse, sed scire. Sed cum esse qui- dem sic putat, existimat autem & aliter sese ha- bere posse, nihil prohibet illum tam opinari: propterea quod rei quidem talis opinio est, ne-





Hec est tertia & postrema pars sexti atque ultimi membri principalis huius libri, in qua post comparationes demonstrationis ad demonstrationem, & scientiam ad scientiam, comparat scientiam ad alios habitus: nempe in hoc capite ad opinionem, & in capite sequenti ad solertiam. Atqui capitula hæc apud Commentatorem vnicum continent textum, qui est quædragésimus quartus atque postremus huius libri. Habet nihilominus hoc vigesimum sextum cap. particulas quinque. In prima ponit conclusionem hanc. Interest inter id quod sub scientiam & id quod sub opinionem cadit. Boetius ad mentem proprius Aristote. quam ad literam, vertit. Scibile & scientia differat ab opinabili & opinione. Parum refert. Probat conclusionem, tribus rationibus. Prima. Scientia est cognitio obiecti vniuersalis quæ sit per necessaria principia: opinio vero est contingentiam & per media contingentia: ergo scibile & opinabile differunt atque adeo scientia & opinio. Probat minorem (nam maior satis hæc probata est.) Contingentia possunt aliqua cognitione a nobis cognosci: sed contingentium non est scientia, alias cum scientia sit eorū quæ non possunt aliter se habere sequeretur quod illa quæ aliter possunt se habere, non possent aliter se habere: neque contingentium est intellectus. Intellectum appellat assensum primorum principiorum, & per circumloquitionem dicit, quod intellectus est sine demonstratione scientia, quia intellectus non acquiritur per demonstrationem. Vnde quod dixit prius, neque intellectus appositue, & expressiue sciuntur, neque sine demonstratione scientia. Vnde id quod insertum ponitur, scilicet, (intellectum principium scientiæ dico.) legendum est vt parenthesis: alio qui litera est obscura. Si ergo contingentium neque est scientia, neque intellectus & contingentia possunt esse vera, sicut intellectus & scientia (non solum assensus, sed obiecta ipsa sunt vera) restat vt contingentium cognitio sit opinio. Ex quo sequitur opinionem esse circa id quod verum & falsum esse potest. Subiungit autem. Hæc autem est vacantis mediæ, (id est immediatæ) & non necessariæ propositionis existimatio. Quo verbo docet, quod si scientia reducitur ad propositiones immediatas necessarias, ita opinio contingentem mediate reducitur ad contingentem immediatam, vt cum a loge video aliquid quod opinor non currere, id coniicio quia video ipsum non moueri, & non moueri opinor: quia non video ipsum mutare locum. In secunda particula. (Atque hoc) subiungit alias duas rationes breues. Secunda ergo ex definitione opinionis sumitur. Etenim tam opinio quam natura talis, id est, obiectum opinionis est quid incertum: scientia vero & scibile sunt certas: ergo scientia & scibile differunt ab opinabili & opinione. Hinc doctores eliciunt hanc definitionem opinionis. Opinio est assensus verus aut falsus, incertus, seu cum formidine. Tertia ratio sumitur ex huiusmodi consensu. Tunc enim scire aliquid putamus, cum arbitramur illud non posse aliter se habere: cum autem patamus id posse aliter se habere, quanuis in rei veritate sit necessarium, solam habemus opinionem. Siquis ergo est, quod scibile & opinabile sunt diuersa obiecta. In tertia particula. (Quomodo igitur.) mouet duas dubitationes quæ ex dictis resultant. In tertia enim proxima ratione insinuauit, quod possit de eodem subiecto alius habere scientiam, alius vero opinionem, dum alius, id quod est necessarium existimat esse necessariū, alius vero opinatur esse contingens. Prima ergo dubitatio est, cum ante dictum sit obiectum scibile esse necessarium, opinabile vero esse contingens, quomodo fieri potest vt de eodem vniu. habeat scientiam alius opinionem. Secunda dubitatio est. Si de eodem habetur scientia & opinio, quomodo non inde sequitur quod opinio sit scientia. Videtur enim id consequi: si enim obiectum scientiæ & opinionis est idem, & tam opinio quam scientia reducitur ad propositiones immediatas, vt Paulo ante dicebamus, videtur subsequi opinionem esse scientiam. Quod autem opinio reducatur etiam ad causas immediatas, probat quia non solum possumus opinari ipsum esse, scilicet, lunam eclipsari: sed etiam propter quidnam potest quis habere opinionem quod causa eclipsis Lunæ est nubecula illa anteposita. In quarta particula. (An si existimauerit quidam.) responderet primo ad secundam quæstionem quæ est facilior. Vbi notandum est, quod cum perfectio sit integra causa, imperfectio autem ex defectu cuiuscunque circumstantiæ, ad perfectionem scientiæ requiruntur duo, scilicet, & quod obiectum ipsum sit in rei veritate necessarium, & quod ita existimetur: sed ad rationem opinionis sufficit alterum illorum, scilicet, aut quod medium sit contingens, aut quod existimetur esse tale. Et ideo dicit Aristot., quod cum quis existimauerit medium necessarium: quia intelligit eius definitionem per quam ipsum demonstrat, tunc scit illud: si autem aliquis non intelligat eius definitionem nec illud per propria principia demonstrat, habebit solam opinionem: & sic scientia & opinio quanuis sint de eadem re, non sunt idem. In quarta particula. (Opinio nanque) soluit primam dubitationem quomodo videlicet sit, & obiectum scientiæ sit necessarium, obiectum vero opinionis sit contingens, & nihilominus sint idem. Atque intentio eius est ostendere, quod sunt eadem res in complexu significata, tamen non sunt idem obiectum complexu significabile, quod est proximum obiectum assensus: nam de quantitate habemus scientiam, quod accidit substantiæ, quia non est de intrinseca ratione illius: & habemus opinionem quod realiter distinguatur ab illa. Itaque propositiones sunt diuersæ, sed subiectum earum est idem. At pro intelligentia literæ notandum est, fuisse quosdam philosophos vt Democritum & Empedoclem & alios quos refert Aristot. 4. meta. tex. 21. & infra, qui putabant non esse aliam rerum veritatem quam quæ est in apparen tia sensus: vt si res mihi gustata iudicatur amara, est amara, & si tibi iudicatur dulcis, est dulcis. Ex quorum opinione vt infert illic Aristot. sequitur, quod idem est verum & falsum: nam vinum esse dulce, est verum, quia sanus ita iudicat: & est falsum, quia infirmus ita iudicat. Et præter hoc aliaque multa id genus inconuenientia, quæ illic cõgerit Aristot. infert etiam nunc, quod secundum illos nulla posset esse opinio: nam si talis est res qualis mihi apparet, nullo modo possem opinione mea decipi, & per consequens esset scientia. Soluit ergo Aristot. primam dubitationem dicens quod scientia & opinio possunt esse aliquo modo eiusdem, vt pote in diuersis hominibus: quia de eadem conclusionem, puta Luna est eclipsabilis, Astrologus habet scientiam, & rusticus potest habere opinionem. Non tamen possunt esse omnino eiusdem, quia idem homo non potest habere eiusdem conclusionis simul scientiam & opinionem: nisi sicut potest habere simul & opinionem veram & opinionem falsam. Interponit parenthesis quod non potest opinio eadem simul esse vera & falsa, vt dicebat illi philosophi, videlicet quod idem simul est verum & falsum: nam tunc præter alia absurda sequitur quod nulla est opinio: sed omnis assensus est scientia. At potest, inquit, tamen habere quis opinionem veram & simul opinionem falsam de ea dem, sed non de eadem

propositione. Exemplum Aristot. est, vt opinio quæ asserit diametrum esse commensurabile costæ, ita est falsa, vt nullatenus possit esse vera. Potest tamen cum illa simul esse alia opinio vera de eadem diametro, vt puta quod Diametrus excedit costam. Ad hunc igitur modum potest simul esse scientia & opinio de eodem homine per diuersas propositiones: vt si quis iudicat hominem necessariario esse animal, & simul iudicat animal conuenire homini in quantum homo est substantia, habet quidem scientiam de homine, scilicet quod est animal salte, quia de quo tamen habet opinionem falsam: quia homo non est animal in quantum substantia, sed in quantum homo. Et ita errat in propter quid. Et eadem ratione potest habere scientiam de homine quod sit risibilis quia est animal rationale: & opinionem quod distinguitur à sua quantitate. Sed tamen de eadem conclusione non potest magis quis habere scientiam & opinionem, simul quam habere simul opinionem veram & opinionem falsam. Vbi notato, quod secundum Aristot. tantum repugnant scientia & opinio eiusdem conclusionis propter certitudinem vniuersitatis & incertitudinem alterius, quantum repugnat vt idem assensus sit simul verus & falsus. Nam per scientiam, inquit, iudicamus rem non posse aliter se habere, & per opinionem iudicamus rem posse aliter se habere, quæ sunt repugnantia. Et ita tandem concludit, quod in diuersis hominibus potest esse scientia & opinio de eadem conclusione: in eadem tamen nequaquam. Excusat se tandem Aristot. à tractatione aliorum habituum de quibus meminit. 6. Ethicor. cap. 3. quæ sunt intellectus, scientia ars, prudentia, & sapientia. Enimvero de scientia solum hic dictum est dialectice, quatenus est finis demonstrationis. At vero de ipsa & intellectu ad libros de anima pertinet exactius dicere. Et de sapientia ad libros metaph. de prudentia vero & arte, ad philosophiam moralem.

Scientia & opinio repugnant:

De Solertia. Cap. XXVII.



Solertia vero quædam est coniectatio mediæ in tempore admodum breui: veluti si quispiam hoc viso, lunam eam partem quæ est versus solem lucidam semper habere cito pceperit, propterea id ipsum effici, quod lumen ex sole suscipit lumina, aut si viso paupere diuite adeunte, hoc illud propterea facere, quod mutuo argentum accipi intellexerit, aut si cognouerit, cur hi sunt amici, quia sunt eiusdem hominis inimici: omnes enim medias causas, qui vidit extrema, cognouit. Lucidam partem versus solem habere sit. a. solis lucere lumine sit. b. luna sit. c. igitur ipsum. b. id solis lucere lumine, cõpetit. c. ipsi in quâ luna: at ipsum. a. lucidam in quâ semper versus solem habere partem, ipsi inest: quare sit, vt. a. per. b. medium ipsi competat. c.



In hoc eodem capite. xxvij. postremo que primi libri comparat scientiam ad solertiam: quæ etiam deficit à ratione scientiæ: quia non procedit ex simpliciter necessarijs, sed ex coniecturis. Facit hic autem mentionem de solertia, propterea quod non simpliciter

Solutio primi dubij.



In hac quæstione non solum titulus vt iacet disputandus est, sed alij nonnulli loci textus, sunt examinandi. Quapropter arguam primo. Fides est habitus medius inter scientiam & opinionem: deficit enim à scientia, quia non est euidentis, & excedit opinionem, quia est certa: vt ait S. Tho. 1. 2. q. 67. ar. 3. ergo insufficienter Aristot. de habitibus tractauit, nullam faciens mentionem fidei. Et cõfir. Fides est assensus certus & ineuidens, sed assensus certus & ineuidens nulla autoritate aut ratione sufficienter producitur: ergo insufficienter tradidit media, quibus habitus intellectus generatur. Probat minor. Aut ratio vel autoritas conuincit intellectum, & tunc generabit assensum euidentem: aut non conuincit, & tunc sola produceret opinio. Secundo arguitur contra definitionem opinionis quam posuit Aristot. videlicet quod opinio est assensus propositionis immediatæ non necessariæ. Opinio non solum est propositionis immediatæ, sed cuiuscunque propositionis contingentis, tam mediatæ quam immediatæ: ergo definitio non est bona. Et cõfir. quia nulla videtur posse dari prima opinio: nulla enim videtur esse immediata propositio, nisi quia aut terminis est per se nota, aut ex experientia: quæ proinde nec est opinio, nec potest ponere opinionem sed scientiam. Et cõfir. secundo. Opinio non solum est assensus propositionis contingentis, aut quæ existimatur esse contingens, sed etiam assensus propositionis quam opinatur.

coincidit cum aliquo illorum quinque habituum quos, 6. Ethicorum posuit. Est enim solertia pars quædam prudentiæ, vt. 1. 2. q. 49. articulo. 4. docet Sancti Thom. Prudentia nanque est virtus cõsiliatiua practica, scilicet circa operationes. Solertia vero est quædam vis facile & de repente inueniendi causam rei, vt patet in exemplis Aristot. vt si ignarus philosophiæ videat lanam illuminari in illa parte quæ est versus solem, inde coniectet lunam recipere lumen à sole: aut si videns pauperem ingredientem domum diuitis coniectet causam esse vt argentum ab illo mutuet. Vnde sicut facilitas & subtilitas vt quis facile ab alio doceatur, dicitur docilitas, ita perspicacitas vt quisque per se de repente media inueniat dicitur solertia: & habet locum in necessarijs & contingentibus, practicis & speculatiuis, & potest nonnunquam deficere & deceptionem facere, & ideo proprie non est virtus. At vero quæ solertia non solum per effectus facile cõiectat media & causas, sed etiam ex causis infert effectus, Aristot. posuit exemplum solertiæ in demonstratione propter, quid, scilicet, quicquid recipit lumen à sole illuminatur in parte quæ est versus solem, luna recipit lumen à sole: ergo illuminatur in parte quæ est versus solem: quanuis solertius prius per effectum indagauit causam sic arguet, quicquid illuminatur in parte quæ est versus solem recipit lumen à sole (vt patet in istis inferioribus) sed luna illuminatur in parte quæ est versus solem: ergo recipit lumen à sole. Itaque ex istis inferioribus fecit de luna coniecturam.

Quæstio octaua. Vtrum scientia & opinio adeo differant, vt eis repugnet esse in eodem subiecto.

Logi Do. Soto. R 3 mur

Conclusio.

Definitio opinionis.

mur esse necessariam existimare aliquid esse necessarium, non solum contingit per certitudinem, sed per opinionem. Quinimo quicumque opinatur quantitatem distinguere a re quanta, opinatur illud esse necessarium: nisi distinguatur: necessario non distinguatur: ergo huiusmodi assensus est opinio & tamen neque est propositionis contingentis, neque eius quæ existimatur esse contingens.

Hinc sumitur tertium argumentum principale: quod facit Dur. 1. q. prol. ad probandum, quod scientia & opinionem nihil repugnet esse in eodem subiecto: nam si aliquid oblatet, aut esset ex parte obiecti: quia. s. per scientiam iudicamus rem non posse aliter se habere, & per opinionem iudicamus posse aliter se habere, ut hic ait Arist. & hoc non, quia ut modo arguebamus possumus per opinionem iudicare rem non posse aliter se habere, sed esse necessarium, aut esse repugnantia ex parte mediorum ex quibus procedunt, & hoc non, quia ad eandem conclusionem potest applicari, & demonstratio & ratio probabilissimo sæpe mathematici & maxime astrologi ad conclusionem demonstratam afferunt etiam rationes probabiles, ut postquam astrologus per eclipsim lunæ quæ sit circulariter, demonstravit terram esse rotundam, adducit eam rationem probabilem, quod sicut cælum est rotundum, eandem figuram habeant elementa & per consequens terra. Veluti theologi ad conclusiones fidei afferunt sæpe rationes apparentes naturales.

Et confirm. Quia possent mihi adduci duo media ad eandem conclusionem necessariam: alterum quod est necessariū, & ego certo scio esse tale, alterum quod opinor esse necessariū in quo casu nihil videtur repugnare quod medium illud quod scio esse necessarium causet scientiam, & alterum causet opinionem: postquam per utrunque iudico conclusionem esse necessariam.

Quod si quis dicat scientiam & opinionem repugnare propter certitudinem vniuersi & incertitudinem alterius, arguitur sic. Certitudo & incertitudo solum differunt, sicut perfectum & imperfectum: perfectum autem & imperfectum non repugnant, nam forma substantialis ignis & calor in eodem subiecto sunt. Et hac ratione videtur Sanct. Tho. concedere. 3. p. q. 9. ar. 3. ad secundum, quod scientia per demonstrationem, & opinio per rationem probabilem sunt in eodem subiecto.

Confir. secundo. Aut formido opinionis est passio ab ea distincta, ut secundum S. Tho. risibilitas distinguatur ab homine, aut est priuatio certitudinis quæ est ipsemet assensus opinatiuus. Si primū, possent tot rationes probabiles adduci, ut tota corruperetur formido, aut saltē Deus supernaturaliter posset illā ab assensu separare, & per consequens tunc posset opinio simul esse cū scientia. Si vero formido non distinguatur ab opinione, sequeretur quod æqualiter dum intendit opinio intenderetur formido, quod est contra experientiam: nam quāto plures rationes adducuntur intendentes opinionem, tanto minori formidine assentimur.

Quarto principaliter arguitur. Fides & scientia possunt esse simul. ergo fides & opinio, quia tanta videtur repugnantia inter euideniam & cognitionem obscurā, quanta est inter certitudinem & incertitudinem. Antecedens tamen patet. Primo in beatis, in quibus verisimile est durare fidem cum visione: sicut alias virtutes permanentibus quibus gloria meruerunt. Et secundo in Paulo raptō vsque ad tertium cælum. Et tertio id patet in philosophis Christianis qui simul habent scientiam & opinionem quod Deus est.

Quinto principaliter arguitur. Si habetū habitum opinionis alicuius conclusionis afferatur demonstratio eiusdem, illa demonstratio generabit habitum scientiæ, qui si

mul erit cum habitu opinionis, sed non est minor repugnantia inter habitum scientiæ & opinionis quā inter actus ergo neque actus repugnant. Quod si dicas demonstratio non generare habitum scientiæ antequam corrumpat habitum opinionis, arguitur contra. Nam, ut in prædicamentis cap. de qualitate dictum est, vnica demonstratio sufficit generare habitum scientiæ, quia conuincit intellectum. Sed habitus opinionis cum habeat partes non potest nisi successiuè corrumpi: ergo per aliquam morā erunt simul habitus ambo: alias daretur vltimum instans esse rei permanentis, scilicet, habitus opinionis.

Et confir. Habitus intellectus corrumpunt se sicut habitus voluntatis contrarij: sed quando intemperatus incipit in actibus sese temperantiæ exercere, actus illi, ut patet ad experientiam, non statim corrumpunt habitum intemperantiæ, vnde sequi videtur simul esse habitum temperantiæ & intemperantiæ, & per consequens eadem ratione habitum scientiæ & opinionis.

Sexto tādē arguitur contra id quod diximus solertiā non esse virtutem, eo quod est indifferens ad verum & falsum. Prudentia est virtus, ut habetur, 6. Ethic. cap. 5. Sed prudentia est indifferens ad verum & falsum nam est circa singularia ut illic subditur cap. 7. circa quæ contingit errare: ut patet, quia non repugnant virtuti prudentiæ, ut aliquando prudens erret in suis consilijs propter incertitudinem rerū humanarum circa quas versatur: ergo quod sit indifferens ad verum vel falsum, non repugnat rationi virtutis.

Et confir. Prudentia est virtus, & solertia est pars illius, ut ait Sanct. Th. 2. 2. q. 49. art. 4. ergo solertia est virtus.

Quæstio hæc, ut est vltima. ita

& inter præcipuas est huius libri. Vbi constitumus sex conclusiones: non solum quibus ad titulum quæstiones, sed ad argumenta pro textus expositione respondeatur. Faciemus namque duos articulos. In primo erunt tres conclusiones de fide: & in altero de opinione totidem.

Vnde circa materiam primi argumenti sit prima conclusio. Apud Aristotelē quinq. tantum inueniuntur intellectuales habitus, quibus non potest subesse falsum, atque adeo habent & nomen & rationem virtutis. Hi sunt, scientia, Intellectus, Sapientia, Prudentia, & Ars: quos, 6. Ethic. cap. 3. connumerat. Conclusio hæc manifesta erit his qui Aristotē doctrinam perlustrauerint. Atqui tres priores habitus versantur circa necessaria: nempe Intellectus circa prima principia, Scientia vero, circa conclusiones: Sed sapientia, in vna significatione est habitus comprehensens conclusiones & principia, & in alia est scientia altissimi causarū, qualis philosophis est Metaph. & Christianis Theologia. Alij duo habitus esse possunt circa cōtia geotia. Prudentia namque ut loco citato docet Arist. cum sit circa agibilia, puta circa actus immanentes, qualia sunt opera virtutum, & de vniuersalibus est & de singularibus: considerat namque rationes legesque vniuersales, quas ad singulares applicat actiones. Ars vero est circa factibilia quæ transeunt in exteriorē materiā. Quibus non potest subesse falsum eo modo quo in responsione ad vltimum explicabitur.

Quo circa illi tres habitus sunt speculatiui: hi vero duo sunt practici. Subiungit deum illic Aristotē, opinionem & suspitionem, quæ excludit a ratione intellectualis virtutis, eo quod indifferētē se habeant ad verum, & falsum. Et eadem ratione excluditur hic solertia. Secunda conclusio. Neque Aristotē, neque alij philosophi naturales cognouerunt aliquem habitum vel assensum fidei qui specie differret ab opinione. Ad cuius intelligentiam notandum est duplicem esse fidem. Alia enim est diuina, quæ per reuelationem Christi

1. Conclu.

2. Conclu.

Fides diuina & hūa. Christi

Christi seruatoris nostri assentimur sacre scripturæ. Alia vero est humana, quæ absque formidine assentimur veritatibus aliquibus humanis circa euideniam, ut ego sine vlla prorsus formidine assentior Romam esse, quam non vidi, & insulas quas nostri inuenerunt. Et inter has duas species fidei: præter quam quod prima est de rebus pertinentibus ad religionem, & secunda de veritatibus humanis, est etiam essentialis differentia, quod fidei catholice non potest subesse falsum: nam Deus qui est prima veritas nec falli nec fallere potest: fidei autem humanæ potest subesse falsum. Ex qua differentia Sanct. Tho. 2. 2. q. 4. ar. 5. ad secundum colligit, quod fides catholica est virtus. Fides autem humana non est virtus. Probatur ergo conclusio. Fidem diuinam nec Aristotē, nec aliquis philosophorum cognouit: quia non cognouerūt homines tali reuelatione diuina aliquid cognoscere. Fides autem humana non differt specie ab opinione. Quod probatur. Nam cuiuscunque fidei humanæ quantumcunque certissima potest subesse falsum, saltem non repugnat ex natura assensus. Etenim quantumcunque absque vlla formidine ego credam Romam esse in Italia, & patrem meum esse mortuum quem tamen non vidi mori, nihilominus non repugnat fidei quam habeo, illud esse falsum: quia nec de huiusmodi veritatibus habet experientiam, nec euideniam per reductionem ad prima principia: ergo non differt specie ab opinione. Et ideo, ut S. Th. loco modo citato egregie adnotauit. Aristotē 6. Ethic. sub nomine opinionis comprehendit quamcunque fidē humanam: quam excludit a ratione virtutis, eo quod quam tuncunque sit certissima, non repugnat illi subesse falsum. Differunt autem in doctrina Aristotē fides & opinio secundum magis & minus. Vnde primo Topi. cap. 5. Fides: inquit, videtur esse vehementer opinio, id est, assensus certus siue verus sit, siue falsus. Quo fit ut apud Aristotē, formido ad modum loquendi doctorum huius temporis non sit de intrinseca ratione opinionis, sed hoc solum quod sit assensus indifferens ad verum & ad falsum: ut ar. 2. q. 2. explicabitur.

Quod si quis obijciat illud. 2. de anima text. 1. & 7. opinionem sequitur fides, ubi videtur ponere distinctionem inter opinionem & fidem: respondeatur quod non intendit talem distinctionem, sed accipit fidem pro assensu: & vult dicere, quod bene sequitur, si quis habet opinionem, quod habeat etiam assensum: nisi opinio ipsa est assensus. Quam differentiam ponit inter opinionem & phantasticam imaginationem, quæ non est assensus. Ex quo sequitur primo, quod non valet hæc consequentia, est assensus certus: ergo verus (licet hoc tempore inter dialecticos censetur bona.) Enimvero Mahumetici ita certo assentiunt suis erroribus, ut nos nostræ fidei: & aliqui Iudæi ita certo credunt, quod Messias non venit, quam nos contrarium. Vnde Arist. 7. Ethic. ca. 3. quidam inquit suis falsis opinionibus non minus assentiunt, quam alij suæ scientiæ. Et illos assensus falsos Aristotē appellasset fidem: & ita sunt Latine appelladi quicquid enim appellamus opinionem, Latine possumus nuncupare fidem. Dicimur enim adhibere fidem alicui, licet eius autoritas solum nobis adgeneret opinionem: & etiam si fides etiam appellatur opinio. Tamen inter Christianos ex accommodatione vsus, solum reuelatione sacre scripturæ appellamus fidem. Sequitur secundo, quod hæc definitio fidei, assensus verus certus & inuidens non comprehendit fidem humanam: quippe quæ indifferens est ad falsum: sed solum conuenit fidei catholice, ut potest cui non potest subesse falsum. Imo est nobis certior quæ scientia: propter ipsam enim negamus hanc consequentiam, omnis essentia diuina est Pater: Filius est essen-

Defini. fidei

tia diuina: ergo filius est pater: quam philosophi naturales reputarent euidenter.

Solutum ergo satis est primum argumentum, non enim Aristotē in sufficienter tractauit de habitibus intellectus, siquidē fides catholica, supra naturalis est, & illi incognita, fidem autem humanam nomine opinionis comprehendit. Pro materia confirmationis est tertia conclusio. Tam fides diuina quam humana, imo & opinio, generatur in nobis ratione aliqua aut autoritate, cum pia affectione voluntatis. Quæ licet videri posset ad rem præsentem non pertinere, posita est tamen: tum quia neotericis fere hic tractant, tum etiam, quia neque est adeo impertinens proposito. Hanc conclusionem probat Sanct. Tho. 2. 2. q. 1. ar. 4. hac ratione. Intellectus non potest alicui assentire nisi altero duorum, videlicet aut conuictus ab obiecto, aut voluntate eum inclinante ad vnā partem, sed ad ea quibus assentimur per fidem, vel per opinionem, non simpliciter intellectus conuincitur: ergo illis assentiret ex inclinatione voluntatis. Minor supponitur à Sanct. Tho. tanquā nota: probatur tamen, quia cum non sit nisi duplex potentia, scilicet rationalis & irrationalis, ut 1. Ethic. author est Aristotē, non est nisi duplex modus quo posset aliqua potentia passiuam moueri, scilicet aut ex necessitate, ut potentia irrationalis: aut libere, ut potentia rationalis. Minor autem patet: quia intellectus regulariter non conuincitur simpliciter nisi ab euidencia, scilicet, ab experientia, vel ex principijs per se notis, vel per reductionem ad illa, ut reductis scientia. Existimo profecto si qui tenent fidem posse produci à sola ratione hanc rationem perpendicularit, forsitan non contradixissent Sanct. Tho. Et confirmatur conclusio experientia: experimur enim quod ubi non est euidencia rei multum refert affectio, ut alij magis credant Augusto, alij Hieronymo, alij Thomæ, alij alijs. Et de fide catholica secundo probatur conclusio, ex illo. 2. ad Corinth. 10. in captiuitatem redigentes intellectum in obsequium Christi: captiuare namque intellectum minus est voluntatis. Ad quod etiam pertinet illud Lucæ. 17. Ad auge nobis fidem. quo verbo non solum petebant Apostoli, claritatem fidei ex rationibus aut miraculis, sed quod voluntatem eorum inclinaret & assiceret ad credendum. Quæ de causa Sanct. Tho. 2. 2. q. 4. ar. 2. docet, quod quauis fides formaliter inhxreat intellectui, tamen per quandam redundantiam est etiam in voluntate nam vtranque, inquit, potentiam necesse est esse perfectam ad credendum. Et confir. ratione. Credere est quod dammodo actus obedientiæ & meriti: obedire autem & mereri ad voluntatem pertinet. Nec satisficit responsio dicentium satis esse ad rationem meriti, quod credere sit antecedēter in potestate voluntatis, quatenus libere quis audit prædicatores: non enim hoc solum est meritiorū: sed hoc quod est captiuare intellectum ad credendum illud quod non est euidens. Offerunt se tamen in contrarium argumenta nonnulla exigua. Primum ex his quæ paulo ante dicebamus. Experimur namque aliquando contra euideniam sola autoritate alicuius conuinci ad credendum. v. g. quod Roma est, quod modo Cæsari cum Gallo bellum sit, quibus renuente voluntate assentimur. Secundo arguitur. Aut affectio pia voluntatis est actus quo volumus id quod assentitur esse verum, aut actus quo volumus assentem esse veracem, aut actus quo volumus assentire. Non primum, nam cum audio nuntium: obijset parentem, aut Turcā litora nostra inuasisse, nollem esse verum, & tamen absque formidine credo. Et eadem ratione arguitur contra secundum membrum: quia stat cum qui mihi id nuntiat esse inimicum: quem nolle esse veracem, & tamen illi credo. Sed quod neque sit ter-

3. Conclu. Fides ex pia affectione.

Argumenta

Logi. Do. Soto. R. 3

tium arguitur. Primo quia alias stare in nostra potestate assentire cunctis propositionibus, quod est contra Arist.: 2. de anima. (in diuisione Commento.) 154. dicentem in nostra esse potestate phantasia cum volumus, opinari vero non. Et est contra experientiam: quia non est in potestate mea modo assentire astra esse paria aut imparia. Et præterea, quia experimur nos sæpe exire in actum fidei: quam primum audimus Deum esse hominem, aut alium articulum naturaliter sine tali volitione, quia volumus assentire. Ad primum responderetur: quod opinio Sancti Thomae intelligitur regulariter, & per se ex natura rei: nil tamen vetat quin aliquando sit tam vehemens auctoritas, ut contra euentiam conuincatur intellectus sine inclinatione voluntatis. Ad secundum responderetur, quod pia affectio voluntatis est volitio aut actualis aut habitualis, qua volo assentire cum non sum ratione conuictus: nihilominus volitio hæc & propensio voluntatis, non nunquam contingit ex volitione qua vellem id quod asseritur esse verum: in ea quæ multum optamus facile credimus (quod est aliud argumentum fidem dependere a voluntate.) Aliquando contingit ex amore quo afficimur erga asserentem. Vnde sancti philosophorum ortum habere nonnunquam solent. Enimvero postquam aliquis afficitur alicui doctori, & quali ratione facilius venit in eius sententiam, quam in sententiam alterius. Nihilominus aliquando, ut probant argumenta aduersus duo priora membra, sine istis assentiunt propter vehementiam auctoritatis renuente voluntate. Primum argumentum aduersus tertium membrum, vehementius militaret aduersus Occam. Sunt enim aduersus Sancti Thomae extremae opiniones. Prima est Holcoth in. 1. q. 1. videlicet quod sola auctoritas vel ratio sufficit ad generationem fidei, quod si intelligat de fide humana, & quædo est vehementissima auctoritas, nos non negamus. Alia est Occam in. 2. dist. 25. ubi videtur tenere, quod solum imperium voluntatis sine auctoritate aut ratione sufficit ad credendum. Contra quem militat auctoritas Aristot. & experientia. Nos vero respondemus, quod non est in nostra voluntate simpliciter assentire ubi nulla est auctoritas aut ratio. Sed dicimus, quod imperium voluntatis facit, quod aliqua auctoritas aut ratione moueatur: quæ per se non possit nos conuincere. Et ideo nõ possumus assentire quod astra sint paria. Ad postremum responderetur, quod quando quis primo recipit fidem, tunc requiritur motus voluntatis in actu, postquam vero quis iam habet habitum, tunc ex habituali motu voluntatis statim assentit, nec requiritur quod voluntas de nouo inclinaret & determinaret intellectum. Tandem hic notandum est, quod circa euentiam multo plus mouet auctoritas ex genere suo quam ratio quæuis probabilis: nam ratio probabilis non fundatur in aliqua euentia: auctoritas vero sæpe nititur experientia aut euentia dicentis. Cum enim homo fide dignos aut decem aut viginti dicunt aliquid se propriis oculis vidisse, profecto nõ possumus non credere, nam licet illud non sit nobis euidens, est tamen euidens esse credibile, vnde ad fidem salutem humanam minus requiritur imperium & affectio voluntatis quam ad opinionem: quod notandum est apud Sancti Thomae, ne quis credat doctrinam eius esse, ad solum actum fidei requiri imperium voluntatis, cum requiratur etiã ad opinionem. Sed iam ultra limites dialecticæ in materiam mergimur fidei. Satis ergo de fide. Vnde ad confirmationem responderetur, quod Aristotel. non negasset ad fidem, & opinionem requiri motum voluntatis, sed tamen ipse non tractauit nisi de principijs habituum quæ sunt in intellectu, scilicet, de propositionibus, & de ter-

minis ex quibus ratiocinatio constructur. Descendendo ergo ad materiam opinionis, pro secundo argumento est prima conclusio. Sicut inter propositiones euidentias, ita & inter opiniones est aliqua opinio mediata, & aliqua prima & immediata quæ non indiget probari per aliam. Hæc primo probatur ex doctrina Aristot., in hoc libro. Hæc enim de causa capi. 1. 8. text. 25. non solum ex rationibus demonstrationis, sed dialecticæ etiam probauit non esse processum in infinitum in principijs, nempe ut ostenderet, quod non modo in demonstrationibus, verum & in syllogismis dialecticis & probabilibus, sit deuenire ad primum principium. Secundo probatur conclusio exemplis. Potest enim prima opinio multis modis generari. Aliquando ex terminis ipsi: propositis namque his propositionibus, mater diligit filium, pauper cupit ditescere, & cognitis terminis statim generatur earum opinio: sicut cognitis terminis huius, omne totum est maius sua parte, statim generatur eius euentia. Secundo generatur prima opinio ex præmissis euidentibus per ineuentiam consequentiam, quæ ex terminis ipsi est ineuidens, ut ex hoc quod omnes quotquot vidi insulanos occidentis sunt deformes, infero omnes insulanos esse deformes: & ex hoc quod Germani quos vidi sunt proceri corporis, infero Germanos esse magnæ staturæ. Et tertio ex coniecturis cuius exempla ponit Aristot. de solertia. Video pauperem adire diuitem, opinor statim eleemosynam petere. His ergo modis & alijs plurimis generatur opinio. Quod vero sint alia opiniones mediata patet, cum opinor quantitatem distinguatur a re quanta, Deum non posse producere infinitum: quæ quidem opiniones inferuntur ex alijs principijs cognitis etiam per opinionem. Ex hoc sequitur solutio secundi argumenti, videlicet, quod quando dixit Aristot., opinionem esse assensum propositionis immediatæ non necessariæ, non intendit ad æquatè definire opinionem, ut excluderet opinionem mediatam, sed meminit solum propositionis immediatæ, tum quia manifestum est, si propositio immediata est opinio, illam quæ inde sequitur esse opinionem, tum etiam fortè ut assignaret differentiam inter opinionem & scientiam, quod propositio immediatæ vnde sequitur scientia non est scientia sed intellectus, propositionis vero immediatæ vnde sequitur opinio est pariter opinio, ut conclusio. Et per hæc etiam patet solutio primæ confirmationis. Definitio ergo opinionis quæ colligitur ex Aristot. est, quod sit assensus verus vel falsus obiecti contingentis. Sed pro solutione secundæ confirmationis est secunda conclusio in hac materia consideranda. Contingens in definitione opinionis non accipitur ut sit solum conditio ex parte obiecti, sed etiam ex parte subiecti, scilicet, ex parte intellectus. Conclusio est S. Thomae. 1. 2. q. 67. articulo. 3. Quod est dicere, ad hoc quod aliquis assensus sit opinionis satis est, quod sit de obiecto quod in rei veritate est contingens, vel quæ sit metur esse contingens, ad hunc sensum quod non euidenter iudicetur esse necessarium. Itaque licet ego assentiam propositioni necessariæ, si tamen non euidenter iudico esse necessarium, licet opinor esse necessariam, reputatur hic ab Aristot. assensus obiecti contingentis ex parte subiecti: quia cum solum opinor esse necessarium, in existimatione mea forte non est necessarium: & hoc quod dico forte Aristot., appellat contingens. Et hæc est propria significatio huius aduersus, forte: quod non a matra duertunt, qui putant non fecisse hic Aristotel. mentionem de omni opinione, sed solum de illa quæ est obiecti contingentis,

Responso

Ocham.

Auctoritas.

Articul. 2. Prima conclusio.

Prima opinio.

Ad secundum argumentum.

Definitio opinionis.

Secunda conclusio.

gentis, aut quæ existimatur esse contingens, de quorum numero est Durandus in prima quæstione prologi. Nam Aristot. loquebatur secundum propriam significationem nominis. Itaque quod doctores dicunt opinionem esse assensum cum formidine, Aristot. appellat assensum contingentem. Nam in Aristot. non est illa particula, cum formidine, sed doctores exponentes verbum, contingens, excogitarunt illam. Imo vero quæuis sit assensus propositionis contingentis, si cognita sit per experientiam, ut Petrus scribit, eo non est opinio, quia est assensus sine formidine: & qui ita assentit non diceret forte esse verum, sed esse euidentem. Quo ergo naturam opinionis tandem concludamus dicenda sunt duo. Primum, quod in doctrina Aristot. de intrinseca ratione opinionis non est formido ad modum quo loquuntur nunc moderni. Nam iudicium quo assentio nunc Romam esse, est opinio: & tamen proprie loquendo non est cum formidine, nisi appellemus formidinem hoc quod non repugnat illum assensum esse falsum, cum non sit euidentis. Secundo dico, quod postquam iam abiit in usum ponere distinctionem essentialem inter fidem humanam & opinionem, hoc demus vsui dialecticorum. Quod opinio sit habitus de cuius intrinseca ratione est assentire cum formidine. Fides autem humana est assensus certus, ineuidens, siue verus siue falsus. Nihilominus licet loquamur ut plures, liceat sapientibus sentire cum paucis, & loqui ad modum quo loquitur Aristot. Eo vel maxime quod S. Tho. 1. 2. q. 67. articulo. 3. licet opinionem dicat esse assensum cum formidine, tamen nomine formidinis forsitan comprehendit quamcunque fidem humanam: propterea quod non repugnet illi esse falsam: & ideo quando ponit fidem esse medium inter scientiam & opinionem, solum intelligit de fide catholica. Et ita profecto omnes philosophi & antiqui doctores loquuntur. Sit ergo tertia conclusio huius articuli quæ ad titulum quæstionis responderetur: Scientia & opinio de eadem conclusione, nec secundum actus, nec secundum habitus esse possunt simul in eodem intellectu. Probatur prima pars. Assensus certus & euidentis, & assensus incertus & ineuidens formaliter repugnant, ut ait Aristot. sicut duo assensus contrarij: sed duo assensus contrarij esse non possunt simul, ergo nec scientia & opinio. Et experientia ipsa magistra id euidentius docet quam ut pluribus testibus opus sit: nemo enim hoc potest mente concipere, ut possit quis certe & euidenter iudicare hoc esse verum, & formidare an ita sit. Dixerim de eadem conclusionem, nam de eadem re possumus diuersas conclusiones formare, ut de Deo quis potest habere scientiam naturalem, quod est vnus sicut habuit Aristot. & fidem quod est Trinitas, & opinionem quod non potest infinitum producere. Inde sequitur secunda pars conclusionis, nam cum habitus sint propter actus, si actus simul esse nõ possunt, sit vt neque possint esse habitus. Et confirmatur hoc. In moralibus habitibus, experientia constat, quod nullus potest esse habituatus simul ad duo contraria: sed prius actus, v.g. temperantiæ corrumpunt habitum intemperantiæ, quam generent habitum temperantiæ. Sed scientia & opinio secundum actus contrariantur: ergo nullus potest simul habere habitus ad huiusmodi contrarios actus inclinantes. Hæc tamen secunda pars latius patebit in solutione ad quintum argumentum. Hinc sequitur corollarie, quod fidei eodem modo repugnat esse simul, & cum scientia, & ait S. Tho. 1. 2. q. 67. articulo. 3. & cum opinione. Cum enim sit assensus obscurus, repugnat claritati scientiæ: & cum sit certus, non secum patitur opinio formidinem.

Fides huã.

3. Conclus.

Duo igitur argumenta priorumque confirmationes soluta sunt. Ad tertium principale quod est Durandi responderetur, quod non solum opinio quæ iudicamus obiectum esse contingens repugnat scientiæ, sed illa etiam quæ cum formidine assentimur obiectum esse necessarium: quod Durandus, alius nobilis auctor, minus attente considerauit, credens Aristotem solum ponere repugnantiam opinionis cum scientia primo modo: cum tamen hoc quod est cum formidine iudicasse obiectum esse necessarium Aristot. ceaseret contingentiam ex parte subiecti: vt in secunda cõclusionem secundi articuli explicatum est. Et quando id Aristot. non dixisset, experientia quisque comperiet non posse simul euidenter sciri aliquid esse verum & cum formidine assentire illi. Si enim quis per vnium assensum euidenter sciat vniam partem contradictionis, non potest per alium habere formidinem alterius partis. Quinimo nec scientia & fides humana stant simul, quippe cum fides humana non faciat tantam probationem & simul ad primam confirmationem conceditur, quod possunt simul adduci duo media ad eandem conclusionem, vnium demonstrationem, & aliud probabile: non tamen generabunt duos assensus sed vnium scientificum. Ratio enim probabilis adiuncta demonstrationi confirmat assensum scientificum. Et hoc est quod præterdit S. Tho. 3. p. q. 9. ar. 3. ad. 2. ubi insinuat quod ratio probabilis concurret cum demonstratione ad assensum scientiæ. Eodẽ modo cum Christianus docetur Theologiam, rationes probabiles quas adducit ad veritates creditas, neque generant opinionem, neque corrumpunt habitum fidei, (vt aliqui neoterici gratis timent) sed iuuant habitum fidei ad producendum assensum fidei clariorem. Ad secundam confirmationem in nulla via tenendum est quod formido distinguatur ab opinione. Nam, vt in prædicabilibus cap. de proprio dictum est, non distinguatur secundum S. Tho. omnis passio a suo subiecto, sed illa solum quæ est potentia ad producendum vel recipiendum aliquid accidens: formido vero non est potentia, sed prauatio certitudinis quæ est de intrinseca ratione opinionis, & ipsamet opinio. Quare nec rationes probabiles si adducerentur infinitæ, nec Deus ipse potest separare formidinem a tali assensu, manente in genere assensus, sicut non potest facere equum nõ carere ratione. Negatur nihilominus, quod aequaliter dum intenditur opinio, intendatur formido: imo hæc est natura priuationis, vt quanto plus intenditur in ratione positia, tanto plus remittatur in ratione priuatiua. Cũ dicimus formidinem non posse separari ab opinione. Intelligitur proportionabiliter vel ad doctrinam Aristot. vel ad modum loquendi dialecticorum huius temporis. Si enim ponatur distinctio essentialis inter opinionem & fidem humanam, tunc non potest manere assensus vel habitus opiniatiuus sine formidine. Tamen in doctrina Aristot. aliter dicendum est, videlicet, quod assensus opiniatiuus quem ego modo habeo, v.g. quod Cæsar debellauit Geldrenses, cuius rumore audiui: si fama crebrescat auctoritas dicentium, manebit ipse sine formidine certus, quia formido secundum Aristot. non est de intrinseca ratione opinionis: & ideo idem assensus, qui modo est opinio, potest effici fides humana, cui hoc solum erit intrinsecum quod potest esse falsus. Dubitant hic autem iuniores quid nam sit formido arguentes, quod opinio non sit assensus vnus partis contradictionis cũ formidine alterius. Primo, quia stat quæpiam assentire quantitatem distinguatur a re quanta, quando nihil cogitet de



parte contradictoria. Item quia si quæreret quid est habere formidinem de altera parte, necesse esset respondere, aut quod esset assensus alterius partis, quod est impossibile, nam duo assensus duarum contradictoriarum esse non possunt simul: aut esset respondendum, quod formido partis negatiuae est quod assensus affirmatiuae sic formidolosus, quod esset per circulum respondere de re.

Formido.

¶ Dicendum est autem omnis opinio, quod formido non potest melius explicari quam si dicas, quod est privatio certitudinis. Unde hoc est assentiri vni parti cum formidine alterius, quod est intellectum non ita esse determinatum ad hanc partem; quia fluctat quodammodo circa aliam. ¶ Ad quartum principale negatur, quod scientia et fides possint esse simul. Et ad primam probationem responderet Sanct. Tho. 1. 2. q. 67. art. 3. quod cum non sentiant assensus evidens, qualem habent beati, & assensus enigmaticus, qualis est assensus fidei, (est enim fides argumentum non apparentium, ad Hebræos 11. 1.) nulla est causa, ut habitus fidei maneat in patria. Fides enim data est nobis in hac vita, ut ex parte & in enigmatate cognoscamus Deum, cum autem aduenit visio cessabit fides, ut ait Apostolus, 1. ad Corinthios 13. Et quantum sententia hæc verisimilior sit. ¶ Sunt qui dicunt posse illic manere habitum fidei non ad producendum assensum obsequium, qui non se comparatur cum visione, sed ad producendum assensus evidentes, sicut dictum est rationem probabilem cum demonstratione producere scientiam. Nihilominus non est par ratio, quia visio articulorum fidei producitur in patria, a solo Deo cum intellectu, quod circa habitum fidei illic esset otiosus sine actu. ¶ Ad aliud de Paulo in raptu conceditur, quod simul dum videbat arcana Dei permanebat in illo habitus fidei, ut ait Sanct. Thom. 2. 2. q. 157. art. 3. quia visio illa non erat perfecta sicut beatifica, & ideo semper durabit in statu merendi: nihilominus tamen non potuit talis habitus elicere simul assensum obscurum eorum quem Paulus videbat. ¶ Ad tertiam vero probationem respondetur, quod philosophus Christianus non habet assensum obscurum fidei huius propositionis. Deus est, at Deus est vnus, sed habitus fidei simul cum rationibus naturalibus producunt vnicum assensum illius qui est certissimus certitudinis fidei, & clarus propter rationes naturales. ¶ Ad quintum principale. Dialectici huius temporis respondunt, quod demonstrationes non generabunt habitum scientiæ, quo-

adusque corrumpant habitum opinionis, & tunc dicendum est, quod licet actus scientiæ & actus opinionis respiciant & subsequenter habitus & habitus, nihilominus actus scientiæ stat cum habitu opinionis in illa mora temporis quo corrumpitur, sicut in virtutibus moralibus. ¶ Ex ultimo tamen aliter esse dicendum ut diximus in prædicamentis tap. de qualitate, videlicet quod vna demōstratio, quippe quæ intellectum conuincit, sufficit generare habitum: nam statim experitur se homo habitum ad assentiendum quotiescunque proponatur conclusio: & ideo in eodem instanti corrumpitur habitus opinionis, non tamen per vltimam sui esse, sed per primum non esse, quod est primum esse habitus scientiæ; Dico, quod corrumpitur habitus in genere habitus formidolosus, nisi sustinendo quod formido non sit de intrinseca ratione habitus forsitan manebit ut simul cum demonstratione producat scientiam, ut dictum de ratione probabili. Et ideo non datur vltimum instans rei permanentis, sed primum instans in quo habitus definit esse, aut in quo definit habere formidinem. ¶ Unde ad confirmationem respondetur, quod non est eadem ratio de habitu scientiæ & de habitibus moralibus, nam actio moralis nec vna nec quatuor sufficiunt generare habitum: & ideo sunt simul cum habitu contrario quoadusque illum corrumpant, demonstratio vero vna actu generat habitum. ¶ Ad sextum tandem conceditur, quod prudentia sit virtus. Distinguitur tamen, quod sit indifferens ad verum & falsum. Si consideretur enim ut est habitus intellectualis, conceditur, quod potest illi subesse falsum speculative. Si autem consideretur in quantum est virtus moralis mouens appetitum ad agendum, negatur quod possit illi subesse falsum. Exempli gratia: Dux prudens in bello post maturum consilium elicit hoc iudicium, aggregendum est modo, quia coniectura humana ita persuadebant: dico, quod licet forsitan iudicia speculative fuerint falsa, quia, scilicet, putabat dormire hostes, aut sine armis esse, nihilominus illud iudicium prudenter, aggregendum est, erat verum, quia ad eius veritatem sufficiebant coniecturae, nec requirebatur euidencia, quod hostes dormirent, sed hoc altioris est negotij: Solertia quia non est virtus moralis, sed est habitus mere speculatiuus: quia non facit euidenciam rei & per consequens est indifferens ad falsum: non est virtus: nam virtus intellectualis non est nisi quæ ex intrinseca ratione est determinata ad verum, quod est obiectum intellectus.

Reue-

Primi Posteriorum finis.

Reuerendi Patris Dominici Soto Segouien-

sis Theologi, ordinis Prædicatorum, in secundum librum Posteriorum

Commentarij.

De quatuor quæsitis.

C A P. I.



A QUAE QUAE sunt, totidē numero sunt, quot sunt ea quæ sciuntur. Quærimus autē quatuor: vñ hoc illud vel cur hoc illud sit, vel omnino ne sit, vel quid quicquid sit. Nā cum hoc an hoc sit quippiam plura complectentes, vt deficiat an nō deficiat sol quærimus, ibi an hoc illud sit quærimus. Cuius iudicium est: hoc enim inuenio, solem inquam ipsum deficere, statim quærere cessamus. At cum principio solem deficere, scimus, non vti que vtrum deficiat quærimus. Cum autem scimus hoc illud esse, cum propter quid hoc illud sit quærimus. Deficere namque solem terramque moueri sciētes, cur deficiat, cur moueatur, quærimus. Atque hæc quidem hoc pacto, quædam vero aliter quæruntur. Quærimus enim, sit an non sit Centaurus, sit an non sit Deus: sit autem necne, simpliciter dico, non autem albus sit, necne. Hoc igitur percepto: Deū inquam esse, item hominem esse, quid sit postea quærimus: vt quid sit Deus, quid sit homo. Hæc igitur, ac tot sunt, quæ quærere consueuimus, quæque iam intenta scimus.

Textus. 1.

**Quænam fuerit Arist.**

Quæ intentio in hoc libro nondum habent expositores, p. certo. Alexander em̄ Aphrodisæus credit materiam huius libri esse de definitione quæ est medium demonstrationis, propterea, quod bona pars libri in hoc consumitur, vt ostendatur quomodo sit inuestiganda definitio. Philoponus censet intentionem esse tractare de medio demonstrationis quod importat causam conclusionis: & quia inter quatuor genera causarum definitio importat causam formalem, tractatur hic potissimum de definitione. At vero, vt author est hic Sanct. Thom. intentio Aristote hoc est, tractare de principijs: puta de medio, quod est principium incomplexum, & de principijs etiam complexis. Enimvero quantum ego conijcere possum distinguuntur libri hoc modo, quod cum in primo tractatum sit quomodo conclusio demonstratur ac cognoscatur per principia resoluendo ea vsque ad immediata, intendit in hoc tractare quomodo principia ipsa immediata cognoscantur,

Intentio.

Verum est tamē, quod latius atque adeo potissimum tractat hic Arist. de medio demonstrationis. Et de quod quid est, expressum p. definitionē quæ est principium incomplexum: & de ppter quod. Vñ quæ admodum in libris priorum, text. 1. 2. 9. postquam tractauit de forma syllogistica, dedit artē inueniendi medium in vnaquaque figura, vt syllogismus haberet formam syllogisticā, ita modo postquam in superiori libro dictum est de principijs demonstratiōis, quæ admodum sint necessaria, & p. sic, nec pcedat in infinitum, & c. docet in hoc sc̄do libro quomodo sit inuestigandum medium, vt principia sint p. p. & necessaria. ¶ Atqui liber hic apud Argyropyllum distribuitur p. decē & octo capita, quæ in diuisione Commentarij continentur. 1. 8. Possumus autē eum, vt superiorē fecimus, in sex membra parti. Nempe in duobus primis capitulis continentur duos textus, constituit Arist. hæc conclusionem, p. ois quæstio de aliqua re est de medio & causa illius rei, quæ est velut præambula ad materiā totius libri. In octo sequentibus, octo completibus text. multis verbis disputat an definitio, vel quid quid est. i. quidditas, significata p. definitionē possit per demonstrationē cognosci. Atque in tribus sequentibus, quæ continentur sex textus, idē disputat de ppter quid. In duobus sequentibus quæ sex alios textus attingunt, docet quomodo oporteat venari, quod quid est, inquirere definitionem quidditatiuam. In duobus alijs, p. ximis: quæ quatuor textus complectentur, docet quomodo generaliter oporteat inquirere, propter quid, id est, causam quancunque conclusionis. In vltimo tandem capite quod est vnicus text. agit breuiter quomodo principia complexa manifestentur.

Igitur cum intentio Arist. in

hoc libro sit tractare de medio demonstratiōis, præmittit in hoc primo membro hanc conclusionē: Quod ois quæstio quæ de re aliqua quæratur est formaliter, aut virtualiter de medio. Qua de causa in hoc primo capite p. p. statim numerum quæstionum quas de aliqua re percota mur, dicēs. (Ea quæ quæruntur totidem numero sunt quot sunt ea quæ sciuntur) Boetius veritatis (quæstiones sunt equales, & c.) Et licet parum referat, exactior tamen est & melior trāslatio Argyropyli, non solum, quia Græce est, zētōumena, quod est, quæ sita, verum etiā, quia quæstio solum dicitur de cōplexo propositionali: vt vtrum luna eclipsē quæratur vero, seu id quod quæratur, non solum esse oppositio, sed prædicatum ipsam quæratur an conueniat subiecto. v. g. definitio ipsa quæratur an conueniat subiecto: & esse, quæratur de Centauro, an Centaurus sit. Et hoc est quod asserit Arist. videlicet quod tot sunt ea quæ quæruntur, quod sunt ea quæ sciuntur. ¶ Subiungit ea quæ quæruntur esse quatuor, videlicet, an hoc sit illud, cur hoc sit illud: an quod sit, & quid hoc sit. Boetius veritatis, quia, propter quid, & c. Sed illa particula, quia, vt saepe admonuimus: facit æquiuocationem & obscuritatem: quare non debet accipi hic causaliter, aut quod, quia, sit quæstio de effectu, sed debet accipi vt sit coniunctio, nā quæstio de, quia, non quæratur nisi solum de veritate propositionis.

Diuisio.

Conclusio.

tionis de, est, tertio adiacente, vtrum homo sit risibilis, quod patet in verbis Arist. Dicit enim q prima quæstio...

Dubium.

est medium, ea vero in omnibus quaeritur, deficit luna, est ne finius aliqua causa postea cogni to hoc, causam inquam alienam esse, quænam...

Text. 2.

Quod omnis quæstio sit de medio. C A P. I I.



VIDEM CVM aut num hoc illud sit, aut omnino nū sit quærimus ibi an medium eius vllum extet quærimus. Cum vero vel nū hoc illud sit, vel omnino nū sit, idque vel simpliciter vel ex parte iam quidem scimus: at vero vel qre sit vel quid sit quærimus, ibi quod nam mediū sit quærimus. Porro vel hoc illud esse, vel omnino hoc esse, vel simpliciter, v ex parte dico: ex parte quidem, vt num luna deficiat, augeaturve (aut em sit hoc illud, aut non sit, in talibus quaeritur) simpliciter vero, vt est luna necne: est nox necne. Et igitur, omnibus vt in quæstionibus, aut num sit medium, aut quodnam sit medium quærat. Causa enim



N hoc secundo capite quod tres habet particulas, ostendit, quod omnes quatuor quæstiones formaliter aut virtualiter sunt de medio & causa rei. Et in diuisione Commentatoris duæ primæ particule comprehenduntur sub primo text. & in tertia incipit secundus textus. Probat ergo omnem quæstionem esse de medio, tribus rationibus. Primo inductione. Vbi notandum est, q de propositione immediata & per se nota nulla est quæstio: nō enim quærimus vtrum quodlibet sit vel non sit, qd id cadere nō pōt sub dubio: ergo cū quærimus, qd. i. an hoc sit hoc, putā vtrum sol eclipset, licet formaliter nō quæramus medium & cām, quærimus tū virtualiter vtrum sit al. quod medium & causa cur eclipsetur. Cuius signū est, q statim postq scimus solē eclipfari quærimus propter


An res sit.

propter quid eclipsetur, quod est quaerere, quod est illud medium seu quæ est illa causa cur sol eclipsetur. Eadem ratione si esset nobis, per se notum aliquam rem nullius esse quidditatis & essentialis, certe non quæreremus an sit, nem res quæ nullius est quidditatis, vt, chimæra esse non potest. Igitur cum quærimus an res sit, virtualiter quærimus an res sit alicuius, quidditatis & essentialis. Cuius signum est, quod postquam scimus rem esse, statim quærimus quid sit, id est, quæ est illa essentia. Vbi notandum est, quod quaerere an res sit, non est quaerere an actu existat, sed est quaerere an res vera sit: nam in hyeme scimus rosam esse, quia est in suis causis naturalibus: & ideo quaerere an sit, est quaerere an sit alicuius quidditatis. Et hoc est quod ait Arist. (cum vero vel nunc hoc illud sit) id est, cum scimus hoc illud esse per quæstionem, quia, vel simpliciter hoc esse, per quæstionem an est, ex parte tunc scimus, quia virtualiter in prima quæstione scimus aliquam esse causam, illius veritatis: & in secunda virtualiter scimus aliquam esse quidditatem rei. Cum vero postea scimus, quare, id est, propter quid hoc est illud, formaliter scimus quæ est illa causa: & cum scimus quid est hoc, formaliter scimus quæ est illa quidditas. Sicut enim scire propter quid, se habet ad scire, quia ita scire quid, se habet ad scire, an sit. Concludit ergo Aristote. quod si in quæstione, quia, virtualiter quærimus an sit aliqua causa propter quam: & in quæstione, propter quid, formaliter quærimus quæ sit illa causa: & in quæstione, an est, virtualiter quærimus an sit aliqua quidditas rei: & in quæst. quidem, formaliter quærimus quæ sit illa quidditas, colligitur vt omnis quæstio sit de causa, propter quid, aut de medio quod est, quid. Per medium vniuersaliter intelligit Aristote. quidditatem quæ exprimitur per definitionem. Ingeniose ergo Arist. quatuor quæstiones reducitur ad duas, scilicet, quia, ad propter quid: & an est, ad quid est. In secunda particula (causa enim est medium, &c.) probat eandem conclusionem ratione. Et intendit has duas quæstiones ad quas alias reducerat virtualiter reducere ad vnā quæ est de medio, scilicet, quid est. Est ergo ratio hæc. Causa & medium idem sunt: sed in omnibus quæstionibus quaeritur causa rei: ergo in omnibus quaeritur medium. Minor est nota ex dictis: probat autem maiorem dicens, quod causam vt quicquam sit simpliciter, tam vt sit aliquam eorum quæ per se aut per accidens competunt, est medium. Exponit terminos, quod esse simpliciter est quod exprimitur per, est, secundum adiacens pertinens ad quæstionem, an sit, scilicet, lunam esse, solem esse, &c. Esse autē compositum est id quod explicatur per, est, tertium adiacens, siue prædicatum per se prædicetur, siue per accidens, quod pertinet ad quæstionem, quia, vt sol eclipsetur: triangulus habet tres angulos æquales, &c. Et quod in his eadem sit causa & medium, probatur: quia si quaeratur quid est defectio, id est, eclipfisis lunæ (quæ est quæstio de medio) respondebitur quod est priuatio lucis propter interpositionem terræ. Sed si rursus quaeratur, propter quid luna eclipsetur (quæ est quæstio de causa) itidem respondebitur, quod propter interpositionem terræ inter solem y lunam. Et si quaeratur quid est concentus, id est, consonantia: respondebitur, quod est proportio numerorū inter acutum & graue. Et si rursus quaeratur, propter quid acutum, & graue bene consonant, itidem respōdebitur, propterea, quod est inter illa proportio numerorum. Proportio numerorum idem est quod proportio rationalis: quæ ex eo ita vocatur, quod inter numeros omnis proportio est rationalis: nam saltem vnitas est pars aliquota omnium numerorum in quantitate

autem continua vt inter diametrum & costam, est proportio irrationalis: & consonantia inter voces est, quia habent proportionem rationalem: & dissonantia, quia habent proportionem irrationalem. Si ergo ad quæstionem, quid est, & propter quid est, idem respondetur, sequitur quod medium & causa idem sunt. Restat hinc tamen dubium quod Aristote. ponit hic exemplum de definitione passionis: & tamen passio non demonstratur de subiecto nisi per definitionem subiecti. Respondetur, q proxima causa per quam passio demonstratur de subiecto est definitio ipsius passionis, sed illa definitio demonstratur postea de subiecto per definitionem subiecti. Exempli gratia. Risibile demonstrabitur de homine hoc modo, omne animal aptum natum ridere est risibile: omnis homo est aptus natus ridere: ergo est risibilis: sed minor rursus demonstratur per definitionem subiecti hoc modo, omne animal rationale est aptum natum ridere: omnis homo est animal rationale: ergo est aptus natus ridere. In tertia particula vbi incipit text. secundus. Equidem nil nos, probatur tertia conclusio a signo quod est huiusmodi. In his quorum medium & causam sensu percipimus nec quærimus an res sit, nec quaerimus, quia, scilicet, an hoc sit hoc: ergo signum est quod quæstio an est & quæstio quia, reducatur ad quid est. Probatur ante ce dens, vt si quis esset positus & luna & videret quod dum terra objicitur illi eclipsetur, nec quaereret, an sit eclipfisis, nec an luna eclipsetur, nec propter quid: quia manifesta est illi causa & quidditas eclipfisis. At quia posset quis dicere quod scientia non est singularium, & ille talis solum haberet & experientiā singularium. Responderet, quod ex singularibus per inductionem haberet scientiam vniuersalem, scilicet, quod quotiescunque terra interponitur Luna eclipsetur. Et sic concludit, quod quæstio, propter quid, & quæstio, quid, virtualiter reducuntur ad vnā quæstionem: & cum alia duæ quæstiones superius redactæ sunt ad has, sequitur quod omnes reducuntur ad vnā, quæ est de medio, scilicet, de quidditate quæ exprimitur per definitionem. Quæ est conclusio in hoc primo membro intenta. Nihilominus in subsequentibus, seorsum disputat de quod quid est, & propter quid, & in his duobus fere versatur tota dispositio huius libri.

Omnis quæstio est de medio.

Quod demonstra. & definitio non sint eiusdem, disceptatio. C A P. I I I.



Sita determinatis dendum esse videtur, quoniam pacto ipsum quid est ostendatur, quisque disquisitionis eius modus: quid denique, & quorum definitio sit, atque dubitandum esse videtur antea, idque initium faciendum quod maxime dicendis accommodatum fiet. Dubitauerit itaque quispiā, vtrum fieri possit, vt idem ratione quæ eiusdē definitione demonstrationeque sciat: an id ipsum fieri nequeat. Et enim definitio ipsius quid est, esse videt. Omne autem

autem quid est, vniuersale est, atque affirmatiuum. At ratiocinationum alias negatiuas, alias non vniuersales esse patet: vniuersa namque ratiocinationes de secundo schemate negatiue sunt de tertio vero, vniuersales non sunt. Dein de nec eorum omnium est definitio, quae prima affirmatiue figura monstratur: quare omnia triangulum, tres duobus rectis aequalibus habere, aliaque similia sunt. Huius autem ratio est, quia id scire quod demonstrari potest, nil aliud est quam demonstrationem eius habere: quare si talium est demonstratio, patet eorundem & definitionem non esse. Nam si sit, etiam per definitionem sciret quispiam, demonstrationem non habens: nihil enim vtrunq; simul non habere vetat. Inductione etiam idem satis ostendi credi potest. Nihil enim vnquam eorum quae vel per se, vel per accidens sunt, definiendo cognouimus. Praeterea si definitio substantiam explicat atque declarat, alias non substantias esse patet: perspicuum igitur est, non omnis eius definitionem esse, cuius est demonstratio. Quid ergo est ne eius omnis demonstratio cuius est definitio? At videtur non esse: vna enim eademque etiam huius erit ratio. Constat enim vnus ea ratione, qua vnus est, scientiam vnam esse: quare si id scire quod demonstrari potest, nil aliud quam demonstrationem eius habere est, aliquid sane impossibile eueniet. Is enim, qui definitionem habet, sine demonstratione profecto sciet. Praeterea demonstrationum principia definitiones sunt, quorum demonstrationes non esse demonstratum est prius. Etenim aut principia demonstratum, & principiorum sunt semper principia, modusque nullus vnquam occurrit: aut in primis steterit necesse est, quae quidem & definitiones sunt, & demonstrari non possunt. At si non omnis eiusdem, alicuius ne saltem eiusdem definitio demonstratioque est? an neque hoc esse potest? non eius enim demonstratio est, cuius est definitio. Etenim definitio est ipsius quid est, substantiamque declarat: demonstrationes autem id ipsum subijcere sumereque videntur. Mathematicae namque, quid est vntas, quid par, quid impar accipiunt, caeteraque demonstrationes similiter. Adde, quod omnis demonstratio aliquid de aliquo ut esse, aut non esse demonstrat: at in definitione nihil de aliquo praedicatur: veluti neque animal de bipede, neque hoc de animal, nec item figura de plano. Non enim planum figura est, neque figura planum. Praeterea differt, quid & hoc illud est ostendere: at definitio quidem quid est patefacit: demonstratio vero quippiam inesse cuiuspiam, vel non inesse monstrat. Diuersorum autem diuer-

sa demonstratio est, nisi hoc pars illius existat. Quod quidem sic dico, ut si triangulum omnino duobus rectis tres aequos habere demonstratum sit: etiam aequi crurum tres aequos duobus habere constet. Hoc namque partis, illud totius rationem habet. At quid est, & hoc illud est, non ita sese habent: quippe cum alterum ad alterum partis non habeat rationem. Patet igitur, nec eius omnis demonstrationem esse cuius est definitio: nec cuius omnis definitionem esse, cuius est demonstratio: quibus efficitur, ut omnium cuiusquam eiusdem vtrunque haberi non possit: quare perspicuum est neque idem esse definitionem, demonstrationemque, neque alterum in altero esse. Nam ea quae subijciuntur, similiter profecto sese haberent. Sed de his hactenus, satis enim de hisce diximus dubitando.

Incipit secundum membrum principale, in quo postquam determinatum est omnem quaestionem esse de medio aut de propter quid, ostendere intendit manifeste his octo capitulis, quod id quod est medium demonstrationis, demonstrari non possit. At in quaestione prioribus procedit arguendo ad partem negatiuam & in alijs tribus determinando veritatem. In hoc ergo capitulo agit de definitione explicante quod quid est, in sequenti incipit agere de quidditate explicante definitionem, quod in diuisione Commentatoris est pars textus secundae. Proponit ergo tria examinanda in subsequentibus, scilicet quo pacto quod quid est manifestetur, & quis sit modus inquisitionis illius, & quorum sit definitio. Subiungit autem accommodatissimum esse principium, si primum disputetur si eadem res sub eadem ratione possit & definitione & demonstratione sciri. Est enim intentio in hoc capite ostendere differentiam inter definitionem, quae explicat quod quid est, id est, definitionem, quae explicat propter quid. Atque adeo in tribus particularibus disputat tria dubia. Primum est, vtrum cuiuscunque est demonstratio sit etiam definitio, id est, vtrum quicquid demonstratur: definiatur: & arguit quod non quatuor rationibus. Prima est quod quid est, id est, definitio praedicatur affirmatiue & vniuersaliter de definito: sed non omnis syllogismus concludit affirmatiue ut patet in secunda figura, neque omnis vniuersaliter, ut patet in tertia: ergo non cuiuscunque est demonstratio est definitio. Secunda est ibi (deinde, &c.) qua probat, quod nec in prima figura concludente vniuersaliter & affirmatiue, cuiuscunque est demonstratio, sit definitio. Et ratio est, inquit, quis aliquid esse demonstratione scibile, est quod tunc solum sciat quando habetur eius demonstratio: ergo illud non erit definitione scibile, alias sine demonstratione per definitionem sciretur. Tertia ratio est ibi (inductione, &c.) & ratio est. Ea quae sciuntur sunt conclusiones in quibus aliquid per se aut per accidens praedicatur: nam per se quarto modo, ut aedificator aedificat, est propositio scibilis, & nihilominus est accidentalis in praedicando, licet sit per se in causando. Conclusionis (inquit) autem non est definitio, sed solum subiecti: ergo non cuiuscunque est demonstratio est definitio. Postrema ratio est ibi (praeterea si, &c.) & est confirmatio praeterea



Dubium. 1

Dubium. 2.

praecedentis, definitio substantiam: id est, quidditatem & essentiam subiecti significat: id autem quod demonstratur est accidens, scilicet passio: ergo illius quod demonstratur non est definitio. In secunda particula textus (quid ergo) disputat secundam quaestunculam, vtrum econuerso quicquid definitur demonstretur. Et arguit ad partem negatiuam duabus rationibus: quarum prima est eadem quae supra secundo loco tacta est. Vna res non habet nisi vnum modum determinatum quo sciatur, nam debet procedere demonstratio ex propositionibus per se eiusdem generis, ut supra dictum est: si ergo aliquid est scibile per demonstrationem: illud non scitur nisi dum demonstratur: & tamen si haberet definitionem posset sciri per definitionem sine demonstratione, & sic sequeretur vnum impossibile, scilicet quod illud non esse scibile nisi per demonstrationem, & quod esset scibile alia via. Secunda ratio est ibi praeterea, quae talis est. Definitio est principium primam demonstrationis, ut dictum est capit. 8. text. 25. primorum autem principiorum non est demonstratio, alias esset processus in infinitum: ergo non cuiuscunque est definitio est demonstratio. In tertia particula, an si non omnis, disputat tertiam quaestionem, scilicet esto non quicquid demonstratur definiatur, nec econuerso vniuersaliter, an saltem particulariter detur aliqua res cuius sit simul & definitio & demonstratio. Et arguit, quod non tripliciter. Primo definitio est ipsius quod quid est, explicans essentiam rei: sed quid est, ut primo libro dictum est, supponitur ante demonstrationem, supponit enim mathematicus quid est vntas: ergo fieri nequit ut eiusdem sit definitio & demonstratio. Secunda ratio est ibi: adde quod. Demonstratio aliquid de aliquo demonstrat: puta conclusionem in qua vnus praedicatur de alio: in definitione autem neutra pars praedicatur de alio, cum enim dico animal rationale, neque animal de rationali, neque econuerso praedico, quia vbi non est verbum, non est praedicatio. Tertia est ibi, praeterea differt, quae talis est. Differunt quaestio quia est, scilicet an hoc sit illud, & quaestio quid est: & definitio ostendit quid est, demonstratio vero hoc esse illud: diuersorum autem diuersa est demonstratio, id est ratio qua manifestantur, nisi vnum sit pars subiectiuus, id est, species alterius: sicut isocles est species trianguli, quorum proinde eadem est ratio scientiae: sed nec definitio est species demonstrationis, neque econuerso, sed sunt omnino diuersae rationis: ergo cuius est demonstratio non est definitio neque econuerso.

Dubium. 3.

Quod quid est non esse demonstrabile. CAP. IIII.



VID ergo, prorsusne ipsius quid est ratiocinatio demonstratioque: nulla existit, qualiter iam dedisse videbatur? Patet enim ratiocinationem quidem aliquid per medium de aliquo semper ostendere, ipsum autem quid est esse, & hoc ipso quod est praedicari. Haec autem conuerti necesse est. Nam si a. sit proprium ipsius. c. patet. b. quoque ipsius. c. & a. rursus ip-

fius. b. proprium esse. Quo fit ut omnia conuertantur, mutuaque praedicationem suscipiant. At vero si tam. a. competit ipsi. b. ut quid est ipsius, quam. b. competat identidem ipsi. c. necesse est tum. a. de. c. praedicetur, ut quid est ipsius: quod si non hoc pacto bis illud quispiam sumperit, nulla sane necessitas omnino compellet, ut. a. de. c. ut quid est ipsius dicatur: ut si. a. quidem ut quid est ipsius. b. competere dixeris. b. vero non eodem modo de quolibet. c. praedicaueris: quare non solum. a. de. b. dicatur oportet, ut quid est ipsius, sed. b. quoque de. c. modo eodem praedicetur necesse est. Haec cum ita sint, si in vtroque ratiocinationis intervallo ipsum quid est quidditasque sumatur, quidditas nimirum antea quam concludatur in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur. Atque omnino si fieri potest ut ostendatur quidnam sit homo, sit. c. quidem homo. a. vero quid est ipsius, siue. d. animal bipes, siue aliquid aliud est. Si quidem igitur iuxta ratiocinatio fiet, necesse est. a. de quolibet. b. praedicetur. Hoc autem ut constat, alia media definitione opus est quae quidem etiam quid est ipsius hominis erit. Sumitur igitur id profecto, quod demonstrare oportet. b. namque definitio ipsius hominis est. Id autem ipsum in duabus propositionibus primis, immediatisque considerare oportet. Maxime enim id quod dictum est elucescit. Qui igitur per ea quae conuertuntur, quid anima, quidve homo, vel aliarum quiduis sit conantur ostendere, ij petunt id sine dubio, quod initio quaerunt, demonstrare que nituntur, ut si quid animam esse, quod est tibi videndi causa; id vero numerum esse seipsum mouentem. Is enim necesse est postulet adeo, animam numerum esse seipsum motu cientem ut idem sit anima numerusque seipsum mouens. Non enim si. a. quidem ipsum. b. b. vero. c. ipsum sequatur. a. definitio erit ipsius. c. sed de ipso tamen vere dicetur, ut patet. Neque si rursus. a. ratione substantiae. b. competit, de omnique eo praedicatur. a. continuo definitio erit ipsius. c. Quanquam enim animalis esse, de hominis esse dicitur: omnino enim animal rationis particeps, substantiae verae est animae particeps, quae est principium sentiendi quemadmodum & omnis homo est animal, non tamē hoc dicitur pacto ut vnum sit. Si igitur quispiam non hoc pacto terminos sumperit, nunquam. a. sane quidditatem ipsius. c. substantiamque esse conclusit. Sin autem hoc acceperit modo, tum antea profecto. b. ipsius. c. definitionem sumperit esse. Quare non demonstrabit, sumit enim id quod initio quaerebatur.

In quarto

I

N quarto capite quod

in diuisione Commentatoris est tex. 3. ha betque duas particulas, postquam in superiore disputauit, q non idem cognoscitur per demonstrationem & per definitionem, disputat, q ipsum quod quid est, id est, quidditas significata per definitionem non demonstratur. Neque vero incidit haec quaestio cum precedentibus: nam in superiori capite solum est posita differentia inter definitionem & demonstrationem, q videlicet fiat diuersae rationes notificandi aliquod ignotum, cum definitio explicet quid, & demonstratio propter quid. Hic vero disputatur vtrum ipsum quod quid est significatum per definitionem, possit de suo proprio subiecto demonstrari. Et similiter capite vndecimo idem percontabitur de propter quid, an sit demonstrabile. Arguit vero ad partem negativam quatuor praecisus fundamentis, proposita tamen prius quaestione, vtrum ipsum, quod quid est, sit demonstratio, id est, vtrum demonstretur de suo subiecto. Primum suppositum est, q ratio ratiocinatio. i. syllogismus demonstrat aliquid per medium. Secundum, q quod quid est, praedicatur de suo subiecto in eo quod quid & conuertibiliter. Ratione primi, passio non dicit, quod quid est subiecti & ratione secundi, genus non dicit totum, quod quid est speciei. Tertium quod inde sequitur est, q si quod quid est, demonstrandum esset de subiecto necesse est vt medium & extremitates essent termini conuertibiles: nam cum demonstratio constet ex propositionibus directis, debent in praemis praedicata conuerti cum subiectis, aut esse eius superiora: si vero, a. scilicet maior extremitas sit superior ad b. medium, a fortiori erit superior ad c. de quo directe praedicatur. b. & si b. medium sit superior ad c. a fortiori, a. quod praedicatur de b. erit superior ad c. quare a. non conuertetur cum c. & per consequens nec erit quod quid est illius, vt patet ex secunda suppositione. Quartum fundamentum est quod ad demonstrandum, quod quid est, de suo subiecto non satis est demonstrare quod quid est, vere & vniuersaliter praedicari de subiecto, sed est demonstrandum q praedicatur quidditative: ex quo sequitur necessarium esse vt tam maior extremitas praedicetur quidditative de medio, quam medium de minori: nam si non sit vtraque praemissa quidditativa, nō necessario inferent q cō. Iusio sit quidditativa. Exempli gratia. Quauis bene sequatur, omne animal est album: omnis homo est animal: ergo omnis homo est albus: tamen quia album non praedicatur quidditative de anima, non sequitur vt quidditative praedicetur de homine: & quauis sequatur, omne album est coloratum, omnis homo est albus: ergo omnis homo est coloratus: tamen quia album non praedicatur de homine quidditative, non sequitur vt coloratum praedicetur de illo quidditative. Ex his igitur quatuor fundamentis scire sane inferit, quod quid est, non demonstrari de suo subiecto: nam sequeretur ex dictis, q in tali demonstratione peteretur principium: quia si, quicquid est, in maiori quidditative debet praedicari de medio, & medium in minori etiam quidditative, necesse est vt medium ipsum dicat etiam quod quid est: vnde in minori praedicabitur, quod quid est, de suo subiecto, & per consequens ante conclusionem iam supponitur id quod demonstratio intendit concludere & demonstrare: quae est petitio principij. In secunda particula. (Atque omnino.) Subdit exempla. Sit enim inquit c. homo. a. vero quod quid est eius, puta animal bipes, aut alia quidditativa definitio: necesse est tunc vt vtraque praemissa vt vera & directa & quidditativa,

quod medium etiam b. sit definitio hominis, quare in minori, scilicet c. est. b. praedicatur quod quid est de suo subiecto, quod intenditur demonstrari. Quod si quis arguat: nihil prohibere quin maior extremitas sit vna de finitio, & medium sit alia. Respondetur quod hic nō est quaestio de quod quid est, in ordine ad definitionem: nā de definitionibus postea dicimus quod vna potest demonstrari de alia, & ita forsitan vna definitio potest per aliam definitionem demonstrari de subiecto. Sed quaestio est de quidditate ipsa significata: quae cum in minori iam praedicetur de subiecto significata per suam significationem quidditativa, iam supponitur id quod intenditur demonstrari. Vel secundo dicendum, q definitio quidditativa non est nisi vna in rigore, quae si in minori praedicatur, iam non demonstratur. Sed prima solutio propius ad mentem Aristote. accedit. Et hac de causa subdit secundum exemplum de anima cui attribuit duas definitiones, scilicet anima est causa sibi ipsi viuendi, corpus enim viuit per animam, & anima per se eo modo quo forma dicitur viuere: & maxime, quia anima separata viuit vita intellectiva: & item anima est numerus seipsum mouens: quae in re idem prorsus significant, nisi q haec datur secundum Platonem qui omnes substantias appellat numeros. Non est locus hic disputandi an proprie anima moueat se, hoc enim ad philosophiam pertinet: vbi ostenditur q nihil eadem ratione potest esse mouens & motum. Ait ergo quod si quis facit hanc demonstrationem, omnis numerus seipsum mouens est sibi ipse causa mouendi: anima est numerus seipsum mouens: ergo est sibi ipsa causa mouendis. inquit, necesse est vt postulet adeo, id est petat certe a respondente: & supponat quod anima est numerus seipsum mouens, si quidem definitio petitur & supponitur: & per consequens iam in initio petit quidditatem ipsius animae quam intendit demonstrare. Colligit tandem per modum epilogi, quod quae vis sit, a. praedicatur de b. & b. de c. necesse est vt b. praedicatur de c. tamen si ambae praemissae non sint quidditativae, & extremitatum conuertibilium non inferent: qd quod quid est, de suo subiecto. Vt quauis omne animal sit substantia sensibilis: & omnis homo sit animal: & proinde sequatur, q omnis homo est substantia sensibilis: non tamen sequitur, q illa sit definitio hominis, quia animal non praedicabitur conuertibiliter de homine.

Quod neque per diuisionem, quod quid est, demonstratur. CAP. V.

A

T nec diuisione hoc illius definitionem esse colligi potest, qualiter in resolutionum figurarum est dictum. Nunquam enim in diuisione fit, vt cum hae sint, necessaria illa sequatur, sed fit perinde atq; cu quispiam inducit: non enim demonstrat. Nā nec interrogare conclusionē nec si data sit, ideo ipsam esse oportet: sed ipsam esse cu illa sint necesse est, etiam si is qui rñdet

Text. 4.

minime

Quatuor
suppositio
nes.

minime assentiat. Etenim si quis hoc roget pacto, homo animatus an inanimatus est: dein de animatum esse, sumat, ratiocinationem nullam facit. Rursus animal omne aut gressibile, aut aquaticum est: si esse gressibile sumat, nullam ratiocinationem profecto facit: nec hominem hoc esse totum, animal inquam gressibile, necessario ex dictis emergit, sed hoc quoque; perinde vt illa sumit. Atque nihil omnino refert, siue in multis siue in paucis hoc pacto fiat est enim idem. Firmiter hinc qui hoc procedunt modo inutilis hinc diuisionis usus, etiam ad ea quorum alioqui fieri ratiocinatio poterat. Quid enim prohibet: vt illud totum vere quidem de homine dicatur, minime tamen quid sit homo declare: Quid in super obstat, vt aut addatur substantiae quippiam, aut auferatur, aut praetermittatur? Atque haec quidem eueniunt: sed soluere contingit, si quis vniuersa ea quae hoc ipso quid est praedicantur sumat, & adhibita diligentia post primi diuisionem alteriusue postulationem ipsius rursus postulati distributione deinceps faciat. Atque adeo vt nihil praetermittatur quod quidem est necessarium. Si omne cadit in diuisionem, & nihil deest: id vero est necessarium: indiuiduum enim iam esse oportet. At quoniam id fieri potest, nulla tamen hoc pacto vnquam efficitur ratiocinatio, sed si noscere diuisio facit, alio quodam id facit modo. Atque hoc quidem non est absurdum. Neque enim is qui vitur inductione, fortasse demonstrat, notum tamen aliquid facit: ratiocinationem autem non dicit, qui definitionem ex diuisione dicit: nam vt in conclusionibus quae sine medijs inferuntur, si quispiam dixerit hoc necesse est esse cum ista sint, fit vt interrogetur propter quid, sic & in definitionibus, cum per diuisionem inuestigantur, fieri potest. Nam cum haec conficitur definitio hominis, animal mortale, pedes habens, bipes, ac alis vacas: cur hoc in vna quaque partiū additione fit nimirum interrogatio fieri potest. Dicit enim atque ostendet, per diuisionem vt putat, omne animal aut immortale esse aut mortale. Talis autem oratio tota non per ratiocinationem esse ostenditur. Quare etiam si definitio per diuisionem demonstratur, nunquam tamen per ratiocinationem conficitur.

R

ostquam in superiori capite ostensum est, quod quid est demonstrari non posse, in hoc quinto, quod apud Commentatorem est vnicus textus quatuor duasque habet particulas, probatur q neque via diuisionis possit demonstrari, quod quid est, tribus rationibus. Prima est haec. Diuisio non est necessaria consequentia, vt. scilicet ex praemis sequatur conclusio, nisi aliqd

detur & admittatur a respondente, sed demonstratio debet necessario conuincere vel it respondens: ergo via diuisionis, quod quid est, non demonstratur. Minor per ea quae dicta sunt patet. Sed probat maiorem exemplis. Si enim quis inuestigans genus hominis quærat a respondente, animatus ne sit an inanimatus, licet respondens concedat esse animatum, non necessario concludit, quod quid est. Primo, quia concludit esse animatum ex concessione alterius. Et praeterea, quia adhuc solum habet genus definiti. scilicet q homo est animal. Sed si rursus per diuisionem inquirat differentiam petens, sitne animal gressibile, an aquaticum, an volatile, & accipiat esse gressibile, adhuc non est euidens, animal gressibile esse tota definitionem. Nec refert inquam in paucis id fiat aut in multis, nam licet rursus quærat sitne gressibile penatum aut sine penis, & accipiat, q est sine penis: non concludit euidenter & illa fit tota definitio: propter duo. Primum. (Quid enim, inquit, prohibet?) i. quia licet sit certum omnia illa conuenire homini, non tamen per diuisionem sit euidens vt illa praedicentur in quid, quod requiritur ad, quod quid est. Et praeterea. (quid in super, inquit obstat.) i. neque est euidens talis ne definitio superflua sit an diminuta. Argute comparat viam arguendi per diuisionem, ad modum arguendi per inductionem. Vt enim ex tribus aut quatuor singularibus patet iste Aethiops est niger, & iste & iste, nō inferitur omnem Aethiopem esse nigrum, nisi respondens admiserit non esse plures singulares aut ita esse in omnibus, ita & in diuisione, non sequitur, hoc est gressibile aut aquaticum, non est aquaticum, ergo gressibile, nisi respondens dederit non esse plures species animalis. In secunda particula. (Atque haec quidem.) respondet obiectioni euidem. Dicit enim quis posse demonstrari, quod quid est, via diuisionis, si diligenter omnia diuidantur quae praedicantur in, quid: vt si inquirens genus hominis incipiat a generalissimo, scilicet, an est substantia vel accidens, & habito quod sit substantia, quærat an sit corpus vel spiritus: & habito tandem q sit animal, quærat differentiam, puta an sit gressibile, aquaticum, vel volatile: & habito q sit gressibile, an sit bipes aut quadrupes: & dato q sit bipes, an sit pennatum an sine penis. Respondet Aristote. concedendo per hanc viam posse aliquo modo notificari, quod quid est, non tamen erit ratiocinatio, id est, euidens demonstratio, sed erit aliquis cognitio qualis fit per inductionem: quae non concludit euidenter vniuersalem, cum non possint omnia singulariter demonstrari: facit tamen aliquam fidem illius. Et praeterea neque inductio nec diuisio demonstrat propter quid, nam habito per inductionem aut diuisionem q homo sit gressibilis, & c. restat interrogatio, cur sit gressibilis, quia neutra reddit causam.

Quod quid est non demonstrari ex suppositione. CAP. VI.

S

ED FIERI NE potest vt ipsum quod est accommodatum substantiae, demonstraretur? Ex suppositione tamen, hoc pacto, vt sumatur id quidem proprium quod ex hisce constat,

Text. 5.

constat, quæ hoc ipso quid est prædicantur, de definitionem esse: hæc autem sola dicto prædicari modo, totumque quod, ex hisce constat, proprium esse: id est enim illius nimirum ratio. An & hic rursus sumitur definitio. Necesse est enim, per medium ipsum ostendere. Præterea quemadmodum nec in ratiocinatione sumitur quid est ratiocinari. Semper enim tota vel pars est propositio, ex quibus ratiocinatio constat: sic neque definitionem oportet in ratiocinatione in esse: sed seorsum a propositionibus esse. Atque ut si quis ambigat, si ratiocinatio sit confecta necne, obuiandum est asserendo ratiocinationem esse extructam: id enim ratiocinatio: sic & ad eum qui dicit non definitionem esse conclusam, asserendum est definitionem esse conclusam: id enim nobis supponebatur esse ratio, definitioque. Quare necesse est & sine ratiocinationis & sine definitionis ratione, aliquid per ratiocinationem conclusum esse. At enim neque sic bene sese habebit ipse quid est probatio, si ex suppositione etiam quispiam ipsum ostendit, hoc pacto, si ratio mali est diuisibile esse: quibus autem est contrarium, eorum & ratio contraria est rationi contrarij, atque bonum est malo contrarium: & indiuisibile diuisibili, ratio boni nimirum est indiuisibile esse. Et hic enim sumens definitionem, ostendit. Sumit autem definitionem, ad ostendendam definitionem. At sit aliquid aliud. Et in demonstrationibus enim aliquid de alio dici sumitur: non tamen ipsum neque id cuius est eadem ratio, neque quod conuertitur. Ad utrosque autem quorum alter diuisione alter tali ratiocinatione ostendit, eadem est dubitatio, cur homo simul animal bipes gressibile, non autem animal seorsum, & bipes gressibile sit: nulla nanque necessitas cogit, ut ex his quæ sumuntur vnum efficiatur quod prædicetur: sed erit forsitan, perinde atque idem homo & musicus est & grammaticus.

Tex. 6.

Tex. 5.



Apitulū hoc apud

Commentatorem secatur in textus duos qui sunt quintus & sextus. In quo Aristote. Pergit ostendere, quod quid est, non bene demonstrari ex suppositione. Et primo arguit, quod non demonstratur supposita definitione definitionis. Exempli gratia, Si quis supponat, quod definitio est oratio constans ex his quæ prædicantur in eo quod quid, continens totum quod prædicatur in eo quod quid, scilicet, genus & differentiam, itaque sola definitio hoc modo prædicatur, illam vero quæ hoc modo prædicat, esse propriam, id est, propriam & adæquatam definitionem. Vtrum ex hac suppositione demonstrabit, quod quid est, hominis de homine. Et probat, quod licet suppositio hæc sit

vera, tamen quia hoc supponit non inde demonstrare potest, quod quid est. Primo, quia iste videtur assumere definitionem: cum tamen si quod quid est, ut demonstrabile, deberet etiam hæc definitio definitionis demonstrari: & per consequens non est illud primum principium. Præterea quemadmodum in syllogismo, omne animal est substantia: omnis homo est animal ergo omnis homo est substantia, non sumitur definitio syllogismi tanquam præmissa, ita si definitio hominis demonstranda est de homine non debet sumi tanquam præmissa definitio explicans quid sit definitio. Sed debet inquit, talis definitio esse extra demonstrationem, ut si quis neget illam consequentiam esse in, barbara, debet illud probari per definitionem syllogismi de barbara, quam quilibet debet habere in mente sine demonstratione. Et eodem modo, si quis negaret, animal rationale, esse definitionem hominis, probandum esset, quia constat ex genere & differentia: quæ veruntamen probatio non est demonstratio, sed est examinatio an illa sit definitio, per regulam & legem definitionis. Intendit Aristot. in summa dicere, quod huiusmodi probatio. Huic orationi animal rationale, conueniunt leges definitionis: ergo est definitio, licet sit bona, tamen non est demonstratio ipsius, quod quid est, de homine. In text. 6. (Ait enim.) Ostendit, quod neque definitio quidditatiua vnus possit demonstrari per suppositionem definitionis alterius. Vbi ad intelligentiam exempli Aristote. notandum est, quod cum omnia appetant bonum, & videamus omnia appetere vitiatum, quia omnis res quæ resistit suæ diuisioni, philosophabantur Platonicæ vitiatum & indiuisibilitatem esse de genere bonorum: diuisionem vero & pluralitatem de genere malorum: quia tendit ad corruptionem. Ait ergo Aristote. si supponatur, quod ratio, id est, definitio mali sit, esse diuisibile, vtrum ex hac suppositione demonstrari possit, quod ratio & definitio boni sit esse indiuisibile: & videtur quod sic, nam contrariorum contrariæ sunt definitiones: sed bonum & malum sunt contraria, sicut diuisibile & indiuisibile: ergo si esse diuisibile, est definitio mali, esse indiuisibile est definitio boni. Responder, quod nec iste modus arguendi sit demonstratio. Quod probat tripliciter. Primo, quia tam assumitur in antecedenti definitio contrariorum, & definitio mali: & per consequens, si definitio omnis potest demonstrari, illa non sunt prima principia. Secundo ibi, (At sit aliquid aliud.) Quasi dicat, non solum iste non demonstrat, quia accipit pro primo principio definitionem, sed quia assumit id ipsum quod debet demonstrare: nam in demonstrationibus, licet accipiatur pro medio quod quid erat esse, tamen concluditur: aliud de alio, ut risibile de homine: tamen in proposito idem vel eiusdem rationis supponitur, quod concluditur: supponitur enim, malum esse diuisibile, & eiusdem prorsus rationis est, quod bonum sit diuisibile. Tertio id probat quia, inquit, tam ille qui demonstrat per diuisionem quæ ille qui demonstrat ex suppositione adhuc tenetur rîdere cur animal & bipes & gressibile sint vnum. Quod est dicere: ad hoc quod aliqua faciat definitionem non sufficit quod singula prædicentur de definito, sed quod omnia faciant per se vnum, i. dicant vnam naturam. Nam album & musicum, licet dicantur de homine, non tamen constituunt definitionem: quia sunt diuersa accidentia quæ non faciunt vnum nisi per accidens: ergo licet per diuisionem concludatur quod homo est animal, & quod est gressibile, & quod est bipes, nondum demonstratur an hæc omnia dicant vnam naturam hominis: & pariter cum supponitur malum esse diuisibile, nondum ostenditur quod diuisibilitas dicat quidditatiua naturam mali, an vero accidens.

Tex. 6.

Quod

Quòd quid est non demonstratur. CAP. VII.

Textu. 7.



M A E C cum sint quonâ pacto is qui definit substantiam, & ipsum quid est ostendit rei definiendæ. Neque enim ut is qui demonstrat, ex hisce quæ conceduntur notu faciat ipsum: ut cum illa sint, necessario aliquid aliud sit: hoc enim est demonstratio: neque etiam ut is qui per singula nota inducit vniuersa, ex eo sic habere, quia nihil singulorum sese aliter habet: non enim quid esse, sed esse aut non esse ostendit. Quis igitur alius modus restat non enim sensu vel digito demonstrabit. Præterea quonam pacto ipsum quod est ostendet, necesse est enim eum qui scit quid est homo, aut aliud quoduis & esse etiam scire. Id enim quod non est in ratione, nemo scit vnquam quid est, sed quidnam oratio vel nomē significat. Cum dico hippocentaurus, bene quidem percipimus: fieri vero nequit, ut quid hippocentaurus sit sciamus. At vero si quis quid est ostenderit, & esse quoque ostendet: & quonam modo, ratione eadē ostendet: nam vnum quiddam definitio ipsa declarat, & demonstratio etiam vnum: quid autem est homo, & hominem esse, diuersa sanè, non eadē sunt. Deinde etiam dicimus vnum quoduis, nisi sit substantia, necessario per demonstrationem esse ostendi: esse verò rei nullius est, ut patet, substantia: id enim quod est, non est genus. Demonstratio igitur id est, quo quippiam ostenditur esse: quod quidem etiam nunc ipsa scientia faciunt. Geometra nanque quid significat quidem triangulus sumpsit, esse autem ipsum demonstrat. Quomodo igitur ostendet ipse de finies quid est triangulus? sciens ergo quispiam definitione quippiam quid est, an sit illud nesciet: at nunquam fieri potest. Patet autem per ipsos etiam definitionum quæ nunc assignantur modos, eos qui definiunt non ostendere esse, nam et si est e medio æquale aliquid, at cur sit ipsum definitum, & cur hoc circulus sit queretur, poterit enim illud dicere quispiam, definitionem orichalci etiam esse. Neque enim id esse posse quod dicitur, ipsæ definitiones in se per faciunt manifestum: neque illud, & non aliud esse cuius inquirunt definitionem esse, sed propter quid semper dicere licet. Si igitur is qui definit, alterutrum aut quid sit aut quod ipsum nomen significat ostendit (si modò illa ipsius

quidem definitio est) erit ipsa profectò oratio idem quod nomen significans. At hoc absurdū est sanè. Primò nanque & non substantiarum, & eorum quæ non sunt in ratione rerum erit vtique definitio. Nam & ea quæ non sunt, significare nomine licet. Deinde omnes orationes definitiones erūt, sine discrimine vllō. Fieri nāq; potest, ut cuius orationi nomen ponatur. Quare definitionibus omnes omnia differemus loquemurque. Et Ilias ipsa definitio erit. Præterea nulla scientia nomen hoc indicare significareque demonstrat: ergo nec definitiones id ipsum indicant. Ex his igitur nec idem esse definitionem ratiocinationemque videtur. Et insuper neque definitionem demonstrare quidnam sit quicquam, fieri que nō posse ut ipsum quid est demonstratione definitione ve vnquam percipiatur, aut cognoscatur.



In capite hoc septimo

postquā in superioribus per singulos modos cognoscendi facta inductione ostensum est, quod quid est, non posse demonstrari, addit adhuc rationes communes ad id manifestandum. Continet hoc caput tres particulas, quarum prima pertinet ad textum superiorem sextum, alia duæ ad textum septimum. Colligit ergo ex dictis in prima particula, quod cum ostensum sit, quod quid est, nec demonstrari per terminos conuertibiles, nec per diuisionem, nec ex suppositione, non restat nisi vt forte demonstretur inductione. At vero inductio, inquit, non demonstrat quid hoc sit, nisi quod sit, aut sit tale. Est enim inductio velut si quis digito ostendat, hic Aethiops est niger, & hic & hic: qui licet ostendat rem esse talem, non tamen demonstrat sine illud quidditas an accidens illius. In text. 7. Præterea quonam pacto,) probat prius tribus rationibus communitibus, quod quid est non euidenter ostendatur demonstratione, & deinde obiter addit vnum verbum de definitione. Prima ergo ratio est hæc: Quicumque ostendit, quod quid est, debet prius scire illud esse, nam vt. 2. capitula. dictum est, quæstio quid est, supponit quæstionē, an est, quod modo etiam probat: quia id, inquit, quod non est in ratione, id est, quod non est actū vel saltem in causis naturalibus non potest sciri quid sit, sed solum sciri potest quid nomen significat. Scimus enim quod Hippocentaurus significat monstrum pro medietate virum & pro medietate equum: at quia non scimus illud esse, sit vt nec sciamus eius quidditatem. Hippocentaurus idem est quod equum stimulant, ab hippos quod est equus, & centein, quod est stimulare: quo nomine dicti sunt populi Thessaliæ, & eo quod equis velocissimis vtuntur. Vnde Poeta fingunt monstra esse pro medietate viros & pro medietate equos. Hoc supposito format Aristot. primam rationem. Cum tam definitio qua demonstratio constet ex his quæ sunt per se, non potest esse vna definitio, nisi vnus definibilis: nec vna demonstratio nisi vnus scibilis: sed esse hominem, & quod quid est, hominis, diuersa sunt: ergo demonstratio quæ demonstrat esse putā hominem esse risibilem, non demonstrabit quid est hoc. Nō tantum est hic sententiam esse Aristot. id quod aliqui putant esse inuentum S. Thom. scilicet, quod esse & essentia in creaturis distinguantur adhuc saltem sensum, quod Logi. Do. Sot. § quidditas

Textus: 7.

Esse & essentia.

quidditas hominis est perpetua, esse autem est illi tempo- rale à Deo pductum in Deo autem sunt idem, vt latus ca. 4. Prædica. q. 1. explicuimus. ¶ Secunda ratio est ibi (Deinde etiam dicimus) & fere est confirmatio superio- ris. Demonstratio solum demonstrat, quia est, id est hoc esse illud, quia demonstrat prædicatum conueniens: subie- ctio, definitio autem ostendens, quid, nihil dicit de esse aut non esse: ergo, quod quid est, non ostenditur per demon- strationem. Ostendit autem maiorem exemplo, q. mathematicus, inquit, supponens quid est triangulus, de- monstrat illum esse, scilicet, super datam lineam rectam triangulum collocare. At autem in maiori, quod demon- stratio non demonstrat quid est nisi forsitan diceretur, q. esse & substantia, i. quidditas essent idem, nam tunc qui demonstraret, esse, demonstraret quidditatem. Sed tamé illud, inquit, est falsum: quia ens, non est genus: Sensus est, quod si esse & quidditas essent idem, cum ens significet esse, ens prædicaretur in, quid, & per cõsequens esset ge- nus: quod est falsum. Hoc est quod S. Thom. significauit 1. par. q. 3. arti. 5. dicens, quod cum in Deo, esse & essen- tia sint idem, si Deus poneretur in genere, genus eius esset ens: & ideo cum ens, non sit genus, Deus non ponitur in genere. Quomodo ens non prædicatur inquit, capitu. 4. Prædica. q. 1. exposuimus. ¶ Tertia ratio est, ibi (Paret au- tem.) Ait enim quod ex definitionibus ipsis quibus uti- mur in scientijs constat definitionem non dicere, esse. Cum enim dicitur, circulus est figura à cuius centro ad circumferentiam omnes lineæ rectæ sunt æquales, non asseritur talem figuram esse: sed restat querere, an sit: nã similiter definire possumus illud quod non est: vt orichal- cum, id est, montem æneum. Oros enim idem est quod mons, & chalcos, æs. Cum enim demonstratio solum demon- straret rem esse, scilicet, esse talem, fit vt per demon- strationem non concludatur quod quid est. ¶ In tertia particula capituli, (Si igitur his) quia dixerat definitio- nem significare quidditatem & essentiam rei, respondet cuidam obiectioni. Posset enim quis dicere: quod non omnis definitio explicat naturam & quidditatem defini- ti: nam aliqua est solum explicans significationem nomi- nis: quæ dicitur definitio quid nominis. Dicit ergo quod definitio quid nominis non est propriè definitio, nam il- la solum est vna oratio significans idem quod significat nomen, quæ non explicat naturam rei, magis quam no- men ipsum, vt si quis dicat nomen, Camelus, significare animal gibbosum, coloris bouis, non significat magis ge- nus aut quidditatem Cameli, quam nomen Camelus, licet per accidentia camelum describat. ¶ Et quod talis oratio simpliciter non sit definitio, probat tripliciter: Pri- mo, quia tunc sequeretur quod accidentium & non en- tium esset definitio, nam accidentia & Chimæram ipsam possumus hoc modo definire: & tamen non entium sicut non est scientia, vt dictum est lib. 1. textu. 5. ita neque est definitio: sed neque accidentia simpliciter definiuntur: quia non habent simpliciter quidditatem vt habetur. 7. Metaph. text. 15. ¶ Secunda ratio est ibi, (Deinde) se- queretur enim, inquit, omnes orationes etiam historiam longam esse definitionem: nam cuius orationi quantun- cunque longæ posset imponi vnum nomen: vt historia Troiana quam scripsit Homerus dicitur Ilias: Ilium nan- que nomen est Troia. ¶ Tertia ratio est ibi, (Præterea nulla.) quæ talis est: Scientia non ostendit quid nomina conclusionis significant, sed quæ est causa veritatis con- clusionis: ergo nec definitio explicat quid nomen signi- ficat, sed quæ est rei significatæ natura: patet consequen- tia, quia id quod exprimitur per definitionem, est subie- ctum scientiæ. Colligitur ergo, vt definitio quid nomi-

nis non sit simpliciter definitio, sed secundum quid. Fa- cit tandem Aristotel. epilogum eorum quæ dicta sunt qui est clarus.

Quòd vna definitio per aliam demonstratur.

CAP. VIII.



VERVM cõsiderandum est rursus, quidnam horù dictum bene, & quid non bene recteque sit & quid sit definitio: & vtrum ali- quo modo ipsius quid est demonstratio definitio exi-

stiat, an verò nullo sit modo. Cum itaque scire quid est, & scire causam ipsius si est, idem sit, vt diximus: fieri potest, vt quid est ostendatur: cuius quidem hæc ratio est. Etenim quædam vtique causa: & hæc aut est eadem aut alia, & si sit alia, aut est demonstrabilis, aut indemonstra- bilis. Si igitur alia sit, demonstrarique potest, cum causa sit medium, & prima figura ratiocinationis ostendatur necesse est: nam id quod ostenditur, vniuersale est, & affirmatiuum, vtpa- tet. Vnus igitur is est modus, quem nunc inquit- suimus, per aliud inquam ipsum quid est ostē- di: nam medium ipsorum quid est necesse est esse quid est, & proprium identidem prop- rium: quare definitionum eiusdem rei alia ostendat, alia non ostendet. Atque hisce modis demonstratio ipsius quid est, vt antea diximus, non est, sed ratiocinatio quædam ad differēdi modum accommodata.

Postquam in quinque Text. 8.

Postquam in quinque superioribus capitulis disputatum est, an quod quid est sit demonstrabile, in tribus subsequentibus examinando ea quæ dicta sunt determinat, quænam sit in hac parte rei veritas. In hoc ergo cap. 8. ostendit quod quanuis vna definitio potest syllogistice concludi per aliam, tamen talis syllo- gismus non erit demonstratio. Proponit ergo, quod exa- minanda sunt ea quæ dicta sunt, & vtrum definitio ipsius quod quid est, sit aliquo modo demonstratio illius. Et ponit hanc conclusionem, Quod quid est, potest ostendi per aliud, quod quid est, supponit autem prius, quod scire quod quid est, est scire causam ipsius, an est: ostensum enim est capitu. 2. quod scire an res sit virtualiter est scire aliquam esse causam sui esse, & scire quid est: est scire quæ sit illa causa: sicut scire, quia est virtualiter est scire aliquam esse causam quare hoc est hoc, & scire propter quid, est scire illam causam. Secundo supponit, quod in- ter causas quædam est eadem, id est, intrinseca ipsi rei vt materia & forma, & quædam est alia, id est, extrinseca, vt efficiens & finalis. Dicit ergo, quod per definitionem im-

portantem

portantem causam finalem possumus ostendere defini- tionem importantem causam efficientem vt si dicas, om- nis habitus ordinans hominem ad felicitàtem est opera- tius secundum rationem: omnis virtus est habitus, ordi- nans hominem ad felicitàtem: ergo omnis virtus est habitus ope- ratius secundum rationem. In quo syllogismo vna defi- nitio quidditatiua est medium ad demonstrandum aliã. Non tamen inquit ex omni causa necesse est procedere per demonstrationem: quando videlicet non est causa adæquata, vt ex febris non semper sequitur agitatio pul- sus, puta cum homo prope mortem tenuissimum habet pulsus. Subiungit autem quod modus iste non est de- monstratio: sed est quædam ratiocinatio differēdi mo- do, id est, syllogismus dialecticus. Intellige quod non est demonstratio demonstrans propriè quod quid est: quia licet consequentia sit optima & ex præmissis necessarijs demonstratur conclusionem esse necessariam, & per con- sequens sit demonstratio demonstrans cõclusionem esse veram, non tamen demonstratur quod prædicatum dica- tur in quid, & sit definitio explicans adæquatè, quod quid est, subiecti. Sed solum demonstratur conditionaliter, quod si medium est definitio finalis subiecti, maior ex- tremitas erit etiam definitio formalis eius: quod autem medium sit definitio non demonstratur, sed supponitur. Et hæc expositio ad intelligentiam subsequentium est animaduertenda.

De quid est & quod est. CAP. IX.



QVO autem modo fieri po- test, vt quid est ex demon- stratione eliciatur deinceps dicamus oportet, hinc rur- sus initio sumpto. Nam quemadmodum quarimus propter quid est, prius esse habentes, interdum verò & simul nota nobis hæc fiunt, sed nunquam fieri potest, vt antea cognoscamus cur est, quam percipiamus esse sic pari ratione, neque quid est, querere atque cognoscere possumus sine perceptione ipsius esse. Fieri enim nequit, vt quod est vquam sciamus, si ignoremus si est: habemus autem si est non nunquam per accidens, non nunquam aliquid habentes ipsius rei: vt uti tonitruum esse scimus habetes sonum quendam nubium esse: & defe- ctionem lucis, esse quædam priuationem: homi- nem item quoddam animal esse: & animã etiã id esse, quod ipsum se motu ciet. Quæ igitur p- accidens esse scimus, necesse est ad eorum quid est, percipiendum, nullo modo nos quicquam habere: neque enim illa esse scimus: atq; que- re quid est, non habentes esse, perinde est ac si nihil prorsus queratur: quorum autem habemus aliquid, eorum quid est facilius percipere possumus. Quapropter vt habemus ipm esse, sic & ad ipsum quid est percipiendum sumus dispositi. ¶ Quarū igitur rerū aliquid habemus

ipsum quid est, earū hæc sunt exēpla. Sit defe- ctus p quo. a. Luna pro quo. c. interpositio vel obiecto terræ, pro quo est ipsum positum. b. Querere igitur, vtrum deficiat Luna necne, nil aliud est quam ipsum. b. querere si sit necne: at id ipsum non secus habet, quam si quæras, vel num rō eius sit, & vt hoc si sit, & illud dicamus esse: vel vtrius partium contradiciōis sit rō: ha- bendine duobus rectis æquales, an non habēdi quod cum inueniremus, & esse simul, & ppter quid sit scimus, si modò sit medium: si verò non sit, esse quidem scimus, propter quid autem ne scimus: atque id ipsum patenti hoc exēplo po- test. Sit nanque. c. Luna. a. defectio. b. non posse cum est tota refecta lumine vmbra efficere, in- tercedente manifesto corpore nullo. Si igitur. b. quidē ipsi. c. in sit. a. verò competat ipsi. b. Lu- nam quidem deficere notum fit nobis: cur autē deficit, nōdum est notum. Atque defectioem quidem esse scimus, sed quid est defectio nesci- mus. At cum. a. quidem ipsi in esse. c. patet, quæ- ritur autem propter quid inest, nil aliud tum q̄ qdnā ipsum. b. obiectione terræ, an cõuersio Luna, an lucis eius extinctio sit queritur. Hoc autem alterius extremi ratio est, vt hoc in exē- plo ipsius. a. Est enim defectus obiectio terræ. Præterea quid tonitruum est: extinctio ignis in nube: propter quid tonitat? quia ignis in nube extinguitur: nubes sit. c. tonitruum. a. ignis ex- tinctio. b. Igitur ipsi. c. nubi inquam. b. ipsum inest: extinguitur enim ignis i nube: at huic. a. ipsum inest tonitruum, seu sonus: atq; b. ratio ipsius est. a. primi inquam extremi. Quod si rur- sus huius alium medium sit. id est hisce rōnibus erit, quæ restant. Quo igitur pacto sumitur ip- sum quid est, quoque notum fit, satis iam dixi- mus. Quare ratiocinatio quidē ipsius quid est, demonstratio q; non fit per ratiocinationem ta- men & demonstrationem innotescit. Quocir- ca neque sine demonstratione fieri potest vt co- gnoscatur ipsum quid est, cuius quidē alia cau- sa est: neque rursus ipsius est demonstratio, vt in dubitationibus etiam diximus.

In capit. hoc nono qd

Item est obscurissimum, sic diuersissime a doctoribus exponitur. Aristotel. intendit adhuc tractare hanc conclusionem quam in calce capituli proximi conclusit. ¶ contingit quod quid est, concludit in demonstratione, nō tñ demonstra- ri: quia videlicet demonstratur verè competere subiecto non tamen demonstratur esse quidditatiua definitione. Et ex inconsideratione huius sensus, nunquam satis sunt capitula hæc exposita. ¶ At qui sunt in hoc capite tres par- ticulæ: quod tamen apud Commentatorem totum est sub- textu. 8. In prima particula supponit tria. Primum est, ¶ quemadmodum nunquam de aliqua propositione quæ- Logi Do. Soro. S 2 rimus

Ens non est genus.

Definitio.

rimus propter quid, nisi sciamus quia, id est, ipsam esse veram, aut saltem demonstrantes propter quid homo est risibilis. simul demonstramus ipsum esse risibilem, nunquam tamen scimus propter quid non scientes illud esse verum, ita nec scire possumus de aliqua re quid sit, nisi prius aut saltem simul sciamus ipsam esse. ¶ Secundum suppositum est ibi, (Habemus autem.) Et est hoc, quod rem esse aliquando scimus solum per aliquod accidens ipsius, aliquando vero per hoc quod scimus aliquam eius partem. Nam ponit exemplum primum: est tamen ad propositum exemplum: ut scimus intelligens esse, non in se sed ab effectu per hoc quod movet orbem. Exemplum secundi est, inquit, ut si quis de tonitruo sciat saltem genus, puta esse sonum quem audimus, & de eclipysi sciat esse privationem lucis, & de homine esse animal licet non sciat plene differentias definitionis. ¶ Tertia suppositio est. Quando scimus rem esse solum per accidens, nihil habemus proprium ad inquirendum quod quid est illius: hac enim de causa ignoramus, quod quid est, intelligentiaram. Veluti si homines nunquam solent per se viderent, puta qui nunquam sursum leuassent caput, nec aliquam vquam de illo habuissent notitiam praeterquam, quod videntes terram illuminari, constitissent aliquid esse sursum quod est causa huius lucis, tunc homines non essent dispositi ad sciendum quid est sol, quod nec proprie tunc scirent an sit sol, sicut modo naturaliter non proprie per se scimus esse intelligentias. Cum autem scimus rem esse per aliquid ipsius, ut cum scimus sonum quem audimus esse tonitruum, & eclipsum esse privationem lucis, dispositi sumus ad inuestigandum quid dicitur. ¶ In secunda particula, (Quarum igitur rerum.) probat hanc conclusionem intentam, videlicet quod aliquando, quod quid est, demonstratur quidem competere subiecto in illis saltem quae cognoscimus esse per aliquid proprium illorum, tamen nunquam demonstratur hoc esse quod quid est. Et ponit exemplum de, quod quid est, passionis. Cum enim proprie passio sit accidens subiecti, habet etiam suam definitionem quidditativam distinctam a definitione subiecti, licet dependentem ab illa. Sit enim, inquit defectus, id est, eclipsum, pro qua .a. id est, pro maiori extremitate: luna pro qua .c. id est, pro minori extremitate: & interpositio terrae sit pro quo positum est, .b. id est, sit medium: tunc cum quaerimus an luna eclipsetur (quod est quaerere quia) virtualiter quaerimus an sit, .b. id est, an sit terrae interpositio, quod est quaerere quid est eclipsum: ergo demonstrare quod luna eclipsetur est virtualiter demonstrare, quod quid est eclipsum, puta quod est terrae interpositio. Itaque quaerere utrius partium contradictionis sit ratio, habendine tres angulos aequales duobus rectis, an non habendi, est quaerere quae pars contradictionis est vera, triangulum habere tres angulos aequales duobus rectis an contraria: & cum scitur illa ratio, simul scitur pars affirmativa, cur triangulus habet tres, &c. ¶ Concludit ergo Arist. quod quando propositio ostenditur per verum medium, tunc simul scitur, propter quid & quia. Si tamen non sciat per medium verum, sed per signum a posteriori, tunc scitur quia, id est, scitur conclusionem esse veram, non tamen scitur, propter quid. Cuius exemplum ut intelligas notato, quod cum luna est plena in oppositione solis tunc si non eclipsetur & nulla nebula interponatur inter nos & ipsam, est adeo clara, ut homo causet umbram post se sicut in sole. Quod ergo luna non impeditur per nubem non causet umbram non est causa, sed est effectus & signum quod luna eclipsetur. Qui ergo ostendit lunam eclipsetur, hoc modo, quotiescumque luna non

Conclusio.

impedita per nubem non causet umbram, aliquo nostro interposito, eclipsetur: modo non causet umbram: ergo modo eclipsetur, is demonstrat lunam eclipsetur, non tamen propter quid. Refertur igitur, quod cum scimus .a. ipsi in esse .c. id est hanc esse veram lunam eclipsetur, quaerimus autem, propter quid, virtualiter quaerimus definitionem quidditativam eclipsum, puta quid sit eclipsum: sit ne interpositio terrae inter ipsam & solem, ut est rei veritas: an sit conversio lunae, ut aliqui falso putabant, dicentes lunam a se intrinsece pro medietate esse lucidam & pro alia medietate obscuram, & eclipsum esse quod vertebat ad nos partem obscuram: an sit extinctio lucis: ut alij decepti opinabantur, videlicet quod sicut candelam modo lucet, modo extinguitur, ita luna modo luceret: propter copiam exhalationum quibus nutrietur eius lumen, modo extingueretur propter earum defectum. ¶ Subiungit secundum exemplum de tonitruo dicens, quod idem virtualiter est quaerere, quid est tonitruum, & quaerere propter quid tonat. Et quantum vera definitio tonitruum secundum Aristot. 2. Meteor. capite nono, fit sonus factus ex percussione exhalationis calidae ad latera nubis, quem admodum castanea sonitu exilit a prunis cum aer internus calefactus movetur intra castaneam, ponit nihilominus exemplum secundum opinionem aliorum, ut sit extinctio ignis in nube, ad modum quo ferrum candens immerfam aquae strepitum facit. Vnde dicit, quod in hoc syllogismo, vbi cunq; extinguitur ignis: est tonitruum: in nube extinguitur ignis: ergo in nube est tonitruum: cum formaliter demonstratur propter quid est tonitruum, virtualiter demonstratur quod quid est tonitruum. ¶ In tertia particula (quae ratio) colligit tandem conclusionem Aristot. dicens quod ipsius quod quid est, est quidem ratio, sed non demonstratio: innotescit tamen per ratiocinationem & demonstrationem. Quae verba videntur repugnare, dum prius asserit quod ipsius propter quid, non est demonstratio: & statim subdit, quod innotescit tamen non solum per syllogismum, sed per demonstrationem. Quae proinde verba exponuntur communiter hoc modo. scilicet ipsum quod quid est, non quidem demonstratur tanquam conclusio: innotescit tamen per demonstrationem: quia est medium demonstrationis. ¶ Non tamen hoc plane videtur satisfacere. Primo, quia medium demonstrationis non innotescit per demonstrationem: sed facit innotescere conclusionem. Praeterea, quia hoc modo quocumq; quod quid est, & quae cunq; definitio, etiam si non haberet aliam causam, innotesceret per demonstrationem: cum tamen statim subiungat Aristot. quod solum, quod quid est, cuius est alia causa innotescit per demonstrationem. ¶ Sensus ergo manifestus est, ut ex superioribus colligitur, & statim capite sequenti subiungitur, quod inter ipsa, quod quid est, & definitiones quidditativas est aliqua quae nullam habet priorem causam, & talis definitio & quod quid est, non innotescit per demonstrationem: sed supponitur tanquam immediatum principium: & talis est definitio subiecti quae datur per genus & differentiam intrinsecam, ut animal rationale: sed aliud est quod quid est quod habet aliam causam, puta aliam quidditatem per quam demonstratur: ut est definitio passionis de qua haec sensus posuit Aristot. exemplum: sicut enim demonstratur passio de subiecto, ita definitio passionis per definitionem subiecti: ut omnne animal rationale est aptum natum ridere: omnis homo est animal rationale: ergo. Et pariter in rebus quae habent causas finales, & efficientes, & materiales, materialis demonstratur per formalem, nam talis est dispositio materiae qualis requiritur ad formam: & formalis

Tonitruum

Sensus Aristot.

formalis demonstratur per finalem, quae est sicut primum principium indemonstrabile, cum finis sit prima causa. Et hoc est dicere, quod quid est, cuius est alia causa, innotescere per demonstrationem. Nunquam tamen ipsius, quod quid est, etiam habentis causam, est demonstratio ad hunc sensum, quod per talem demonstrationem demonstratur illud esse quod quid est, id est, definitionem quidditativam nam quantum per definitionem subiecti demonstratur definitio passionis de eodem subiecto, id est, demonstratur necessarium esse, ut homo sit aptus natus ridere, non tamen demonstratur, quod illa sit definitio quidditativa: sed aliunde per leges definitionis id debet constare. Et pariter, quemadmodum superiori capite diximus, licet vna definitio demonstratur per aliam, non tamen demonstratur, quod illa explicet quod quid est, & sit definitio. Sum hic paululum moratus, quia est hoc principale punctum huius libri.

pe cum ad primum haec accommodetur redditio, quia in nubibus ignis extinguitur: ad secundum haec competat, sonus, cum extinguitur in nubibus ignis. Quare eadem ratio diverso dicit modo. Et illo quidem modo continua est demonstratio, hoc autem est definitio. Praeterea est tonitruum definitio, sonus in nubibus, atque haec demonstratio ipsius quid est conclusio: eorum autem definitio quae medijs vacant, indemonstrabilis est ipsius quid est positio. Est igitur definitio vna quidem oratio ipsius quod est indemonstrabilis alia vero ratiocinatio ipsius quid est, a demonstratione differens casu: & tertia, demonstratio nis ipsius quod est conclusio. Patet igitur ex hisce quae diximus, quo pacto est, & quo pacto non est ipsius quid est demonstratio, & quorum est, & quorum non est: quotq; modis praeterea dicit definitio, quoq; pacto ipsum quid est ostendit, & quo pacto etiam non ostendit: atque quorum est, & quorum non est: in super quomodo sese ad demonstrationem habet: quo denique modo fieri potest, & quomodo fieri nequit, ut eiusdem definitio demonstratioque sit.

De definitione quid est & propter quid. CAP. X.

Textu. 9.



ST autem quorundam quidem alia quaedam causa, quorundam autem non. Quare patet ipsorum quid est, quaedam vacare medio, principiaque esse, quae quidem & esse, & quid sunt supponere, vel alio modo manifesta facere oportet, quod Arithmeticus facit: nam & quid sit unitas, & unitatem esse supponit. Eorum autem quae medium habent, & quorum aliqua causa alia a substantia est, fieri ut per demonstrationem ipsum quid est, ut diximus, declaratur, non demonstratur.

Text. x. Cum autem definitio dicatur esse oratio ipsius quid est: patet quandam definitionem orationem esse quae id explicat, quod nomen significat, quaeque nominis interpretationem complectitur: veluti quid trianguli nomine significetur: quem quidem postquam esse tenemus, quaerimus deinde propter quid sit. Difficile autem est hoc pacto sumere ea quae nescimus esse, causamque difficultatis antea diximus: nam neque si sint, an non sint scimus, nisi per accidens. At enim oratio est vna dupliciter: alia namque coniunctio vna est, ut Ilias: alia quia vnum de vno declarat non per accidens. Vna igitur haec est definitionis, quam diximus, definitio: alia autem est definitio, oratio quae declarat propter quid est. Quare prior significat quidem, sed non ostendit: posterior autem patet quasi demonstrationem esse ipsius quid est, positione tantum a demonstratione differentem, interest enim propter quid tonitrat, atque quid est tonitruum dicitur: quip



Apud hoc decimum

Text. 9.

in divisione Commentatoris continet text. nonum & decimum. In text. 9. colligit ex superioribus distinctionem quam iam non modo explicabamus, dicens, quod ipsorum quod quid est, aliud est medio vacans, id est, immediatum quod non innotescit per demonstrationem, aliud vero est medium, quod per aliud quod quid est demonstratione innotescit: non tamen demonstrari potest esse quod quid est, ut etiam nunc exponebamus. Itaque colligenda est haec conclusio ex dictis, quemadmodum inter principia complexa alia sunt immediata & indemonstrabilia, alia vero mediata & demonstrabilia, ita est & inter ipsa, quod quid est, significata per definitiones. Cum quo tamen stat certa conclusio, quod quid est, nunquam demonstrari, adhuc sensum, quod demonstratur ipsum esse quod quid est. ¶ quidditas talis subiecti. ¶ In text. 10. (Cum autem definitio.) postquam dictum est de quod quid est, si significatur per definitionem, transit ad definitionem ipsam significantem quod quid est. Vbi intendit distinguere quod quid est definitio, & quae sit definitio, quidditativa quae simpliciter dicitur definitio. Ait ergo quod definitio definitionis dupliciter potest dari, vno modo in genere ut comprehendat tam definitionem quidditativam quam quid nominis, & hoc modo dicendum est, quod definitio est oratio ipsius quod quid est. I. est oratio significans rem significatam per nomen, siue explicet naturam eius, siue non. Et talis est duplex: alia enim est quid nominis, scilicet, quae solum declarat significationem nominis: ut si dicamus, quod triangulus est illa figura quae habet tres angulos: quae data adhuc restat quaerere quid est triangulus. Et repetit quod quaerere definitionem quidditativam in his quorum esse non proprie cognoscimus, est difficile: quasi dicat, quod dare definitionem quid nominis intelligentiarum erit facile: sed definire quid sit intelligentia, est difficile: quia naturaliter non proprie per se cognoscimus ipsas esse, & per consequens nec eas habere Logi. Do. Sor. S 3 quid.

habere quidditas. **C** Atque insinuando differentiam inter has definitiones dicit, quod definitio quid nois est quide vna per accidens nam pot interpretatio nois fieri per plura que non faciunt vnum: sicut hystoria Homeri pot dici interpretatio huius nois, Illas, sed definitio quidditatis debet esse vna per se: na genus & dria explicant vna per se natura. **C** Concludit ergo, quod vna definitio definitionis potest esse illa gnalis data: sed in particulari alia est definitio definitionis quidditatis. Est enim oratio explicans propter quid est. i. explicans naturam rei que sumitur pro medio in demonstratione propter quid. **C** In secundapartitula tex. (Quare prior significat.) ponit essentialē differentiam inter definitionem quid nominis & quid rei. s. prima significat quide naturam rei non in illam ostendit, & ideo nihil conducit ad demonstratione: Definitio vero quid rei, quia explicat naturam rei, adeo est necessaria demonstrationi, vt fit ipsamet demonstratio sola positioe differens. **N**am si queratur, inquit, quid est tonitruum, respondetur quod est sonus cum extinguitur ignis in nube: si autem queratur, propter quid tonat, rō debetur, propterea quod extinguitur ignis in nube: vbi apparet idem rōderi ad questionē quid est, & ad questionem propter quid est, & per consequens eadem est & definitio & demonstratio nisi quod definitio datur in recto. i. est sonus & c. & demonstratio fit per modum causam. i. propterea quod extinguitur, & c. Vel potest intelligi, sola positioe differens, vt in text. 11. lib. 1. dictum est, videlicet quod non deficit definitioni vt fit demonstratio, nisi dispositio in modo & figura. **C** At quia dixerat definitionem esse fere demonstrationē, subiungit quod aliquando est etiam conclusio, puta qñ talis definitio habet aliam priorem per quam demonstretur. Vnde colligit triplex genus definitionis. Alia enim est definitio que nullo modo est demonstrabilis, puta illa que non habet priorem, vt animal rationale. Alia vero est definitio que est proxima causa ipsius. Alia vero est definitio que est conclusio demonstrationis. Quod si intelligat esse aliquam definitionem, que tantum potest esse conclusio & non principium, insinuat definitionem, quid nominis, de qua iam modo dictum est, quod cum non explicet naturam rei, non est medium demonstrationis, sed potest concludi de subiecto cuius significationem explicat. De definitio autem passionis ita potest esse medium, vt possit etiam in demonstratione concludi modo exposito in calce superioris capituli. In fine tandem Aristot. facit epilogum eorum que dicta sunt in octo capitulis, que sunt secundum membrum huius libri.

Definitio quidditativa.

Triplex definitio.

Quod per omne genus causae demonstratio fiat. CAP. XI.

Text. xj.



M autem tum arbitremur scire cum causam no uimus, quatuor verò causas sint: vna quidditas: alia autem, que cum illa sunt, hoc esse necesse est, & tertia que primum mouit: & quarta gratia cuius cetera fiunt: omnes hæc per demonstrationis mediū ostenduntur. Nam hæc cum quia illud fit, necesse est hoc esse, nō

vna propositione sumpta, sed duabus minimū est. Hoc autem est, cum medium vnum habet: hoc igitur vno sumpto conclusionem esse necesse est: patet autem & hoc pacto. Cur rectus is angulus est, qui in semicirculo designatur? quo nam existente rectus est ille? fit itaque rectus. a. dimidium duorum rectorum. b. angulus denique qui est in semicirculo designatus. c. Ut igitur. a. id est rectus competat ipsi. c. id est angulo qui est in semicirculo designatus, causa est ipsum. b. nam duorum quidem rectorum dimidium æquale est ipsi. a. Ipsum autem c. æquale est ipsi. b. angulus enim in semicirculo designatus, duorum rectorum dimidium est: cum igitur. b. duorum rectorum dimidium sit. a. competit ipsi. c. quod quidem est rectum cum angulum esse, qui est in semicirculo designatus. Quidditas autem est idem quod hoc, ex eo sanē, quia hoc significat ipsa ratio. At vero quidditatem etiam causam esse median, antea demonstrauimus. **C** Idem fit cum queritur propter quid aduersus Athenienses Persicum bellum exarsit: quia causa fuit, vt Athenienses bello vexentur: quia contra Sardes ipsi cum Eretiensibus irruerūt: hoc enim primum mouit. Sit itaque bellum. a. priores irruisse. b. Athenienses. c. b. igitur, priores inquam irruisse, ipsi. c. id est Atheniensibus inest. a. quoque. b. ipsi competit. Medi nanque laessiti bellum aduersus eos agitant, qui priores injuriam intulerunt. a. igitur, id est, bellum vexarique bello. b. ipsi inest, id est hisce qui priores bellum gesserunt. b. verò ipsi. c. id est Atheniensibus inest: hi nanque tractare bellum coepere. Medosque lacessuere: medium igitur & hoc in loco causa est, ea que primum mouit. **C** Ea verò quorum causa est id quod alicuius est gratia, eundem subeunt modum. **C** Ue propter quid deambulabat? vt valeat: cur domus est? vt conseruetur supellex: nempe valetudinis deambulatio, siu pellectilis conseruanda gratia domus est. Atque inter hæc, propter quid post coenam ambulare oportet, & cuius oportet gratia, nihil interesse videtur, sit itaque deambulatio post coenam. c. nō natate cibum cum occupet locum, pro quo est b. valere fit. a. cōpetit igitur deambulationi post coenam, id efficere, cibum inquam sumptū in ore ventris nō supernatate, atque id ipsum sanitatem cōseruet: sic enim videtur. b. igitur, cibū inquam haud natate. c. ipsi id est, deambulatio ni post coenam inest: at. a. valetudinem inquam conseruare. b. ipsi competit. Quare igitur est causa, vt. a. gratia cuius cetera fiunt, ipsi competit. c. nempe. b. ipsum est, nō supernatate inquam cibum: atque hoc est tanquam ipsius ratio, nā a. hoc

a. hoc assignabitur pacto. Cur autem. b. cōpetit ipsi. c. quia sanum esse id nimirum est, sic inquam sese habere. **C** Verum mutantur ratiocinationes oportet. Magis enim hoc pacto lingua elucescent. Ordo autem generationis ac ortus verso modo sese in his & in mouētibus causis habet. In illis enim primo mediū fiat oportet in his autem. c. ipsum extremū primo, deinde id vltimum gratia cuius cetera fiunt.

Tex. xij. **C** Fieri aut potest, vt idem & alicuius gratia, & ex necessitate sit: veluti, propter quid per laternam penetrat lumen? etenim id quod minores partes subtilioresue habet, per meatus maiores amplioresue penetrat necessariō: si quide lumē sit, quia transit, & cuiusnā gratia vt ne deuiemus, pedesque etiam offendamus. Num vero vt est in hisce que sunt, sic etiā est in hisce que fiunt? vt si cum ignis extinguitur tonitrat, necesse est strepitus sonusque fiat: & vt Pythagorici dicunt terroris gratia: quo pertineant ij qui in Tartaro degunt. **C** Atque plurima talia sunt, præsertim in hisce que natura talia fiunt, & constat. Alia nanque natura alicuius gratia, alia necessitate facit. Necessitas aut duplex est: alia enim est secundum naturam & appetitionem: alia violenta, que quidem præter appetitionem est. Hæc necessitates extant: cum lapis nunc sursum, nunc deorsum mouetur: nam tamen necessitate lapis vtroque motu ciatur, non eadem tamen necessitate. In his autem que proficisci a mente solent quædam a casu nunquam sunt: vt domus, vt statua, neque necessitate, sed alicuius gratia sunt quædam sunt etiam a fortuna, vt sanitas atque salus: maxime vero in quibus fit, vt sic & aliter sese habeant, cum generatio a fortuna non est. Quare si finis sit bonus, ea que ad illum consequendum efficiuntur, alicuius gratia fiunt: & aut a natura, aut ab arte: a fortuna vero nihil cuiusquam fieri gratia solet. **C** Eadem autem causa est in his que sunt, & in ijs que fiunt, & in ijs que fuere, & in ijs item que sient futuraeque sunt. **C** Mediam. n. ipsum causam esse constat, verum differentia quædam esse videtur. Eorum. n. que sunt, est: eorum que fiunt, fit: eorum que fuere, sit, eorum denique que sient, erit: nam vt hæc patefiant exemplo, cum interrogamur, cur fuit, vel sit, vel erit, vel est Lunæ defectio? quia vel fuit, vel sit, vel erit, vel est terra inter Solem & Lunam, accommodatissime respondemus. Quid est glacies? & accipiatur aquam congelatā ipsam esse: atque sit aqua quidem. c. congelata autem. a. causa deinde collocetur in medio quod ipsum occupat. b. absentia ipsius caloris omnimoda, b. igitur ipsi. c. inest. a. quo

que. b. ipsi cōmpetit atque sit glacies, cum ipsum. b. fit, & fuit cum fuit, eritque cum erit. Ea igitur que hoc pacto est causa, fit, & est, & fuit, & erit, vna cum eo cuius esse causa dicitur.

Hoc est tertium membrum huius libri in quo postquam disputatum est de quod quid est, in tribus subsequētibz capitulis disputatur generatim de propter quid. Enimvero non solum, quod quid est, quod quidditas & in trinfeca natura subiecti, potest esse medium demonstrationis, verum quodcumque aliud genus causa. Atqui in diuisione commentatoris capitulum hoc vndecimum continet vndecimum textum & duodecimum: habet nihilominus particulas sex: proponit ergo primo, quod cum tunc scire arbitremur cum causam nouimus, quatuor sunt genera causarum per quas potest conclusio demonstrari. Vna quidem & dignissima est quidditas, que importat causam formale. Est enim alia forma partiz que dicitur forma Phisica: vt anima est forma materiz: & alia forma totius que dicitur Metaphisica: vt quidditas rei quam significat definitio quam appellamus, humanitatem, equinitatem, & c. Alia vero est causa materialis, vt partes respectu totius que cum sint vnite, necesse est totum esse. Et tertia est causa efficiens. Et quarta gratia cuius, id est, finalis. Et subdit, quod hæc omnes per demonstrationis mediū ostenduntur. Non intelligit quod omnes concludantur in demonstratione, sed quod constat has omnes esse causas, cum singulari possint esse demonstrationis mediū. **C** Subiungit singulorū generū exemplā. Et in prima particula ponit exemplū de causa materiali que est infinita. Atqui exemplū facile esset hoc, omne materiale est corruptibile, omne lignū est materiale: ergo omne lignū est corruptibile. Ponit tñ exemplū vt solet in mathematicis, quod est huiusmodi, omnis angulus qui est medietas duorum æqualium duobus rectis est rectus: omnis angulus semicirculi est medietas duorum æqualium duobus rectis: ergo omnis angulus semicirculi est rectus. Boetius, pro angulo recto, vertit, lineam rectam: sed nec attingit litteram Græcam nec mentem Aristote. Triangulus semicirculi est ille qui describitur intra semiculum, cuius vnum latus est diameter ipse semicirculi, & alia duo procedunt ab extremis eiusdem diametri vsque ad circumferentiam circuli, angulus qui fit in contractu circumferentiz dicitur angulus semicirculi. **C** Et est notandum, quod nou solum vbi illa duo latera que procedunt ab extremis diametri sunt æqualia vt hic: sed etiam si sint inæqualia, vbi cunque concurrant in circumferentia circuli vniuersaliter faciunt angulum rectum vt hic.

Text. 14. Forma duplex. Demonstratio per materiam.



C Sanctus Thomas claritatis & breuitatis gratia id probauit particulariter, vbi ella duo latera sunt æqualia. Si enim ille triangulos diuidatur per lineam a. b. vsque ad. d. in duos triangulos æquales, patet, quod angulus quem talis linea perpendicularis fecerit in centro diametri, scilicet in. d. est rectus: & cum ille parvus triangulus æqualeat duobus rectis, sequitur quod alij duo puta. a. & medietas. b. que sunt æquales, non valeant nisi alium rectum: ex quo sequitur quod

quod medietas, b. sit medietas recti, & per consequens totus, b. sit rectus. At vero demonstratio Aristot. procedit vniuersaliter de quocunque angulo semicirculi, qd sit rectus, quæ est trigesima conclusio. Euclidis libr. 3. cuius probatio est illic quàm hic affert Aristot. videlicet, quod omnis talis angulus circumferentia arcus, æquiualeat alijs duobus qui fiunt in extremis diametri: quod longum esset modo declarare: & cum omnes tres simul æquiualeant duobus rectis, sequitur vt angulus semicirculi sit medietas duorum æquivalentium duobus rectis, & per consequens sit rectus. ¶ Est ergo demonstratio Aristot. omnis angulus qui est medietas duorum æqualium duobus rectis est rectus: omnis triangulus semicirculi est medietas duorum æqualium duobus rectis: ergo omnis angulus semicirculi est rectus, quæ quidem demonstratio procedit ex causa materiali: quia pars est causa materialis respectu totius, & demonstratur illum angulum esse rectum, per hoc quod est medietas illorum. ¶ Vnde sequitur solutio argumenti quod quis potest facere ex Aristot. 3. metaph. dicente, quod mathematici nõ demonstrant per causam materiale. Solutio inquam est, quod non demonstrant per materiam sensibilem: sed bene per partem & totum. Ait enim, 6. metaphysic. text. 3. 5. quod continuitas est quædam ratio materia intelligibilis vt in. 1. g. 7. adnotauimus. ¶ De demonstratione per causam formalem, id est, per definitionem ex genere & differentia, excusat se Aristot. ponere exemplum eo quod ex superioribus satis superque constat. ¶ Igitur in secunda particula. (Idem fit cum queritur.) adiungit exemplum demonstrationis per causam efficientem de bello Persico quod Atheniensibus fuit atrocissimum aduersus Medos: cuius causa fuit quod Athenienses in fauorem sociorum suorum Cretensium, aggressi sunt Sardensibus qui erant amici Medorum appellat more suo, a. maiorem extremitatem, b. medium, c. maiorem, vt sit hæc demonstratio. Quicunque prius Medos bello læcessuerint necesse est vt a Medis vicissim bello vexentur. Athenienses prius Medos bello læcessuerunt: ergo necesse est Athenienses a Medis bello, vexentur. ¶ In tertia particula. (Ea vero quorum causa) subiungit exemplum de demonstratione per causam finale. Etenim deambulare post cœnam est causa efficiens digestionis cibi: & digestio est causa finalis de ambulationis: sed digestionis finis adhuc est bona valetudo. Hæc igitur demonstratio, quicunque dat operam ne cibus stomacho supernatet conseruat valetudinem: quicunque deambulat post cœnam dat operam ne cibus stomacho supernatet: ergo quicunque deambulat post cœnam conseruat valetudinem. Hæc demonstratio dicitur per causam finale, nam medium, scilicet, non supernatate cibum, est ratio cur finis, scilicet, conseruatio valetudinis conueniat deambulanti post cœnam. ¶ Subiungit autem differentiam inter demonstrationem per causam efficientem & demonstrationem per causam finale, dicens. Verum mutantur. &c. Id est, differt inter has demonstrationes, quod in priori prima causa efficiens debet accipi pro medio, vt Athenienses prius aggressos fuisse Medos: sed hic prima causa efficiens debet accipi pro minori extremitate, & vltimus finis pro maiori, & prima ratio illius finis pro medio. ¶ In quarta particula vbi incipit textus. 1. 2. (Fieri autem potest) addit Aristoteles: quod aliquando contingit vt aliquis effectus & fiat ex necessitate causæ efficientis & pariter ex necessitate finis. Ponit exemplum de lumine transparente per laterenam secundum opinionem quam supra recitauimus eorum, qui opinabantur lumen esse quoddam tenuissimũ

corpus: vitrum vero & pariter cornulaternæ habere paruissimos poros per quos penetrat lumen: hoc enim est falsum: quia nec lumen est corpus, nec cornu habet foramina, sed solet Aristotel. adducere exemplum aliorum. Ait ergo quod lumen transparet per laterenam prouenit necessitate causæ efficientis: nam cum lumen sua ptenatura, vt illi dicebant, sit corpus tenuissimum & mobile, necesse est ipsum per foramina transire. Fit etiam ex necessitate finis, nempe vt homines beneficio luminis non errent noctu: nec pedem offendant. Subdit secundum exemplum Pythagoricorum qui putabant tonitruum fieri ex necessitate causæ efficientis: quia videlicet ignem extinctum in nube necesse est strepitum facere, & simul ex necessitate finis, quia, scilicet. Iupiter tonitruis & fulminibus vitur ad deterrendum eos qui sunt in Tartaris, prauos homines. ¶ In quinta particula, (atque plurima), ostendit adhuc latius quomodo hæc contingant frequentissime, & in his quæ sunt a natura & in his quæ sunt a proposito. Differenter tamen: natura enim nunquam agit a casu, sed semper propter finem, vt late probat Aristoteles. 2. Physico. Opus nanque naturæ est opus intelligentiæ. Licet enim dentes anteriores sint acuti, & molares obtusi ex necessitate agentis: tamen agens mouetur a prima causa propter finem, scilicet, vt anterioribus scindamus cibum, & molaribus mastiçemus: vnde molares a molendo dicuntur. ¶ At quia dixerat, ea quæ fiunt ex necessitate agentis fieri a natura, ne quis vniuersaliter de omni necessitate intelligeret, subiungit duplicem esse necessitatē: aliam scilicet quæ est ab intrinseco, & illa est naturalis: aliam vero quæ est ab extrinseco: quæ dicitur violentia. Lapis enim si dimittatur, necessario descendet: & si sursum projiciatur necessario ascendit: non tamen eadem necessitate descendit enim necessitate naturalis: ascendit necessitate violentiæ. ¶ In his autem inquit, quæ a mente profiscuntur, id est, quæ sunt a proposito, aliqua quidem semper fiunt ex necessitate finis: vt domus & statua & vniuersaliter omnia quæ fiunt ab arte: alia vero sunt quæ fiunt a fortuna, puta præter intentionem agentis, vt sanitas atque salus. ¶ Sanitas est quæ fit ab intrinseco: etenim quamuis infirmus sæpe sanetur ab arte, nonnunquam tamen sanatur a fortuna: sunt nanque a fortuna illa quæ fiunt præter intentionem agentis: vt si infirmus ad extinguendâ situm magnum potum aquæ frigidæ bibens febrim præter intentionem extinguat, & ita euadat. Salus autem est quæ fit ab extrinseco: vt si quis pluuiam timens ad domum festinet, & ita præter intentionem manus hostis fugiat, quia iam prope accedebat ipsum occisurus. Concludit tandem Aristoteles, quod quando finis est bonus, ea quæ fiunt propter ipsum, fiunt propter finem: nam intentio naturæ & artis semper sunt ad bonum, si enim natura corrumpit aquam, non est nisi vt generet ignem. Illa autem quæ fiunt a fortuna, cum fiant præter intentionem agentis, possunt & bona esse & mala. ¶ In sexta particula, eadem autem causa, postquam exempla posuit omnium quatuor generum causarum, pergit illa applicare ad demonstrationes. Vbi notandum est, quod inter causas alie sunt quæ sunt simul cum suis effectibus, videlicet quibus positis ponuntur effectus, & demptis, demuntur secundum eandem differentiam temporis: vt interpositio terræ est causa ecliphs: alie sunt quæ non sunt simul necessario cum suis effectibus: vt pater meus fuit causa mei. De istis secundis dicit statim capitulo sequenti. De primis vero ponit hic conclusionem. Per causas quæ sunt simul cum suis effectibus vniuersa-

Molares.

Fortuna.

Demonstr. per causam effici.

Demonstr. per finem.

Text. 1. 2.

uersaliter demonstratur effectus secundum exigentiam eiusdem temporis: vt si causa est, effectus est: si causa sic, effectus fit: si causa fuit, effectus fuit: si causa erit, effectus erit. Vt si interioretur, cur nunc est ecliphs Luna: quia est interposito terræ, cur sit ecliphs: quia interponitur terra. Quoad durat motus quo Luna intrat vmbra terræ, terra dicitur interponi, & ecliphs fieri: quando iam tota intravit, ecliphs est, quia interpositio est: postquam vero exiuit vmbra, si queratur cur heri ecliphsa fuit Luna: quia terra fuit interposita: cur cras ecliphsa bitur: quia cras interponetur: causam ergo fieri non est potentiam acquirere ad causandum, vt quando edificator acquirit aтем: sed est actu incipere applicari ad opus. ¶ Subiungit aliud exemplum de glacie quam Boetius transfert crystallum, quæ est aqua congelata propter exhalationem caloris, est enim glacies, quia calor est prius ab aqua exhalatus: est autem glacies in fieri quâdo calor est in motu exhalationis, fuit glacies quia fuit exhalatio, & itaque glacies quando erit exhalatio, vnde format hunc syllogismum. Quotiescunque calor exhalatur a b aqua cogelatur: nunc calor exhalatus est ab aqua ergo nunc aqua cogelatur.

hæret, sic neque factio factum. Ambo nanque sunt indiuisibilia: nec igitur ob id ipsum factio fiens hæret potest: fiens. n. diuisibile, factum indiuisibile constat esse, vt igitur linea sese habet ad punctum, sic fiens ad factum: nã in eo qd fit, inhinita sunt facta. Magis autem de his clarius in vniuersalibus de motu libris est dicendum. ¶ Etenim quomodo sese habeat medium, cum deinceps fit generatio, ideo vsque sumatur: nã & in his ipfius medium, primum medio vacare necesse est: velut, a. fuit, cum sit factum. c. verum, c. posterius, a. antea fuit: atque, c. principiu, est ex eo quia ppinquius est eo puncto, qd est principium temporis. Item, c. fuit, quoniam, d. fuit orto igitur, d. necesse est, c. fuisse, c. vero orto, necesse est, a. prius ortum fuisse. Atque si medium hoc acceperis modo, ad id tandem accesseris, quod medio vacat. ¶ At vero non semper ob indefinitionem medium incidit: nõ enim factum factio hæret, vt diximus, attamen a medio incipendũ est, & ab eo quod nunc est primum. Idem & in futuris seruandum est: nam si verũ est, d. fore, verum sit prius oportet, a. fore huius autem causa est ipsum, c. etenim si erit, d. prius, c. ipsum erit: & si, c. rursus erit, a. prius erit. Similiter autem & in his ipfis infinitio diuisionis exiit: futurum nanque futuro non hæret: atque principium & in ijs sumendum est, quod medio vacet. Nec autem in ipfis operibus ita sese habent, vt diximus: nam si domus extructa est, lapides incisos fuisse necesse est. Ad id quam ob rem? quia necesse est fundamenta fuisse, si domus est facta. Si vero fundamenta iacta fuerint, necesse est lapides ante fuisse. Rursus si domus erit, pari ratione muri prius erunt: quod quidẽ per mediũ modo demonstratur eodem, iacentur enim fundamenta prius.

De fieri & facto. CAP. VII.



Tex. xiiij.

ED in hisce quæ simul nõ fiunt, an ne continuo in tempore quemadmodum nobis videtur, alia aliorũ causasunt, ceu factum facti fiens fiens, futurumque futuri. At constat in his ab eo ratiocinationem extruendam esse, quod postea fuit: principia autem & horum sunt ea, quæ prius fuerunt. Quapropter idem & in hisce quæ fiunt seruandus est modus. Sed ab eo quod ante fuit, non extruitur ratiocinatio: vt quoniam hec fuit, hoc quod est posterius ortum est, similiter & in futuro. Siue nanque de terminatum: siue indeterminatum fuerit tempus: non erit vnquam vt cum hoc fuisse veredicatur, & illud vere fuisse dicatur posterius inquam ipsum. In medio enim tempore falsum erit profecto, hoc ortum fuisse dicere altero iam orto, Eadem est in & futuro penitus ratio, neque quoniam hoc fuit, hoc erit. Medium enim simul semper emergat oportet, vt sit factum factorum, futurorumque futurum, & ceterorum similiter. Ad id quod fuit & id quod erit, fieri nequit vt ortum habeat simul præter ea fieri nõ potest, vt aut indeterminatum, aut determinatum sit ipsum medium tempus. Falsum enim erit, in medio illud dicere tempore.

Tex. xiiij. ¶ Considerandum est autem, quid nam sit quod continet, vt in rebus post factum esse, sit fieri. At patet factio fiens non hæret: nec enim factio factum etiam hæret: sunt enim fines ac indiuidua: nã vt punctum puncto non



N capite hoc duode

cimo quod apud Commentatorem continet text. tertiumdecimum & quartumdecimum, & a nobis in quatuor particulas diuisum est; prosequitur Aristote. dicere de causis quæ non sunt simul cum suis effectibus, id est, inter quas & effectus non est mutua conuertentia. ¶ Capitulum ubi omnibus fere censetur difficultum, cu subinde multas ac varias expositiones attribuunt. Existimo tamen non esse adeo difficile. ¶ Notandum est igitur primo, quod dum dicitur causam non esse simul cum suo effectũ, non accipitur causa materialiter pro re illa quæ est causa: nullum. n. est dubium quin inter rem illã, quæ fuit pater meus, & me, nulla sit consequentia: non enim sequitur. Paulus est ergo Dominicus est, aut fuit vel erit, quia potuit me nõ generare. Sed accipitur causa formaliter, p. eo tempore quo causat. Et adhuc isto mō sunt causæ, quæ nõ sunt simul cum effectibus. In illo enim tempore articulo quo pater gene-

rat, filius nō dōm est vſque ad tempus quo animatur for-
tus. ¶ Secundo notādū est, q̄ inter has causas quæ non
sunt simul cū suis effectibus, aliquæ sunt quas consequi-
tur effectus, nō statim sed in tēpore determinato a natu-
ra, posita nanque seminatione sequitur animatio for-
tus post sexagesimum diem. Et posita portione debite secun-
dum artem, sequitur sanitas in aliquo certo tempore, dū
modo sit portio quæ possit prævalere morbo, & non im-
pediatur. Sed aliæ sunt causæ quas non consequuntur
effectus in tempore determinato a natura: vt cum cēdū-
tur lapides, iam quodammodo incipiunt esse causa do-
mus: & cum ponuntur in fundamento: & tamen stat do-
mum non fore. ¶ Petit ergo statim Aristō, quæstionem
vtrū in istis, vt nobis videtur, scilicet in superioribus, sint aliæ
aliorum causæ secundum eandem differentiam temporis,
vt, scilicet præterita sit causa præteriti, & præsens præsen-
tis, & futura futuri. Vnde Argypolus hoc participio,
fiens, passiuæ, videlicet, vtrū id q̄ modo sit, sit causa eius
q̄ etiam modo sit. At vero antequam formaliter respon-
deat præmittit Aristō. hanc conclusionem, quod videlicet
in huiusmodi causis quæuis rerum generatio procedat
a causis ad effectus, tamē ratiocinatio, i. syllogismus ne-
cesse est incipiat ab his quæ postea sunt, i. quod proce-
dat a posteriori ad prius. s. domus est, ergo fundamenta
sunt, fundamenta sunt, ergo lapides scissi sunt. Nā a prio-
ri inquit, ad posterioris consequentia non valet. Hanc secun-
dā partem probat dupliciter. Primo, quia si effectus
ponatur fieri in tempore determinato, puta tali die, vt
est in naturalibus, scilicet seminatio hominis facta est: ergo se-
xagesima die filius est, non sequitur: nā in tempore me-
dio, scilicet, decimo die, antecedens est verum & conse-
quens falsum. ¶ Quod si quis arguat contra, quod saltē
consequentia naturali sequitur, seminatio est: ergo for-
tus sexagesima die animatus erit. Respondetur q̄ Aristō,
hic non intendit negare in naturalibus esse bonas conse-
quentias de materia si causæ non impediatur, sequitur
enim sol oritur ergo occidit: sed solu vult dicere, quod
quantum est ex natura ordinis temporis nō sequitur per
locum intrinsecum in huiusmodi causis, causa actu cau-
satur: ergo effectus actu fit. Facta ergo seminatione, ante-
cedens est verum, scilicet, quod causa in genere causæ re-
spectu filij iā est posita, & tamen effectus non est. ¶ Nec
enim sequitur in tempore indeterminato. Fundamentū
iactum fuit, ergo domus aliquando erit. Concludit ergo
quod huiusmodi consequentia mutua non est, nisi vbi
medium & causa simul emergit, i. consequitur cum effe-
ctu. vt si causa sit præterita, effectus sit præteritus: & si
effectus est futurus, causa sit futura: vt dictum est in ca-
pitulo superioris capitis. ¶ Addit secundam probationem
ibi. (Præterea fieri.) Ait enim quod inter illud instans in
quo ponitur causa & illud in quo sequitur effectus, non
potest signari vnum tempus determinatum, scilicet, vna
hora, aut tempus indeterminatum quodcumque in quo
illa consequentia sit bona a causa ad effectum. ¶ In secū-
da particula, vbi incipit textus. 1 4. (Considerandum est
autem.) postquam ostendit in istis quod a causa ad effe-
ctum non sequitur: reuertitur ad explicandum quomo-
do a posteriori valeat syllogismus ad prius. Et quia de-
monstratio si demonstrat a priori debet incipere a cau-
sa immediata, dubitat hic vtrū in istis possit dari causa
immediata effectus. Et dubium oritur ex quadam eius
doctrina. 6. physic. text. 4. & infra: vbi ostendit: quod in
his quæ sunt motu successiuo, motus ipse vt calefactio
diuiditur sicut tempus in quo fit. Et quemadmodum in
tempore, quæcunque pars temporis est diuisibilis, quia
tempus est ex genere quantitatis, instantia vero conti-

nuantia partes sunt indiuisibilia, ita & motus, caleferi,
quia dicit, motus est quid diuisibile, sed calefactio est
est indiuisibile: nam in quolibet instanti est aliquid ca-
lefactum esse, id est, aliquis certus gradus caloris acqui-
situs, qui non erat in alio. Vnde sicut duo instantia nō pos-
sunt esse immediata, ita neque duo calefactio possunt esse
immediata. Non enim possunt signari duo certis gra-
dus caloris, scilicet vt vnum, & duo, qui acquirantur im-
mediate, sed in medio tempore fuit acquiritus cum dimi-
dio, & ante illum gradus cum vna quarta, &c. Item sicut
tempus non continuatur instantia: nam continua sunt
quorum vltima sunt vnum, & instans non habet vltimū
cum sit indiuisibile, sed per instans continuatur partes
temporis: ita nec fieri & factum esse proprie continuatur,
sed vnum factum esse, scilicet, gradum & vnum esse
acquiritus continuatur fieri præteritum cum fieri futuro.
¶ Et hoc est quod ait. (An pater factus finem non habet e.
&c.) id est factum esse, non continuari huic quod est: fieri
nec vnum factum alteri factum: sed facta esse vnum indiui-
dua, id est, indiuisibilia sicut puncta lineæ: fieri autem,
sunt diuisibilia sicut est lineæ. ¶ Remittit se tamen ad li-
bros Physicorum: puta ad sextum ibi latius hæc patent.
¶ Igitur in tertia particula. (Etenim quomodo.) ex his
format dubium cum in his successiuus, fieri, quod est cau-
sa ipsius, factum esse, nōn possit esse illi immediate, nec
vnum factum alteri factum, quomodo dabitur in his im-
mediata causa vltimi effectus? Et responso stat in hoc,
quod instans præsens est sicut principium tam temporis
præteriti quam futuri, quia continuatur ambo: & ideo re-
spectu præteriti, causa vel effectus simpliciter posterior,
censetur prior: quia est propinquior huic instanti, quod
est principium. Simus ergo nunc instanti quo domus iā
est facta (qui est vltimus finis) & detur prima causa puta
lapides fuisse descissos, quæ sit. a. & secunda puta parietes
fuisse erectos, sit. c. & domum esse nunc factam, quæ sit
demonstratio a posteriori quod est huic instanti propin-
quius ad prius, scilicet, si domus est facta, parietes sunt
erecti; & si parietes sunt erecti, lapides fuerunt descissi:
ergo de primo ad vltimum si domus est erecta, lapides
sunt descissi. Quod si sit aliud medium inter. c. & a. scilicet,
fundamenta esse iacta fiat alia demonstratio: si parietes
sunt erecti fundamenta sunt iacta: & si fundamenta
sunt iacta lapides sunt descissi: ergo. &c. Quoad vltimum in
quit Aristoteles, veniatur ad id quod medio vacat, id
est, ad causam immediatam. ¶ Sed in quarta particula.
(At vero.) mouet dubium, cum in istis vt dictum est vi-
deatur esse processus infinitus: quia inter duo facta esse
mediant infinita, sicut inter quæcumque duo instantia,
videtur quod nūquam sit deuenire ad immediatum. Re-
spondet nihilominus quo in ipsis operibus non ita res se
habent sicut in successione motus: nam incipiendum est
respectu præteriti ab instantia præsentis: in quo domus
est extracta, & illa causa quæ huic est proxima est imme-
diata. Et proportionabili modo se habet res in futuris.
Sumendum enim est aliquod vltimum instans in quo ef-
fectus est factus, & causa illi proxima syllogizandum est
versus instans præsens: nam in futuro ea causa quæ instan-
ti præsentis est proxima, est remotior & mediator respec-
tu vltimi finis, econuerso ad præteritum. Ex quæ sequi-
tur conclusio intenta in hoc capite videlicet, quod in cau-
sis quæ non sunt simul cum suis effectibus demonstratio
debet incipere ab vltimo fine, & procedere ad causam
primam & immediatam.

Conclusio.

De

De circulari demonstratione. CAP. XIII.

Text. xv.



ED quoniam in hisce quæ
fiunt, generationem quan-
dam modo circuli conuer-
ti videmus, fieri potest vt
id ipsum sit, si medium &
termini mutuo se sequan-
tur. In ijs enim consistit ip-
sa conuersio. Atq; id ipsam in sermonibus pri-
mis ostendimus, conuerſi in quæ ipsas conclu-
siones. Hoc est. n. circuli modo ratiocinatione
conuerſi. In rebus aut ipsi hoc videtur fieri nō.
Humida facta pluuia terra, vapor necesse est
oriatur: quo quidē orto, nubē constare necesse
est: quæ facta fieri aquam, quæ orta terra plu-
uia necesse est humectetur, hoc aut id erat, q̄
initio sumptimus. Quare modo circuli conuer-
ſio fuit: quicquid. n. ex hisce sumptis, aliud
sequitur quidē, & illud cum sit, aliud item est:
quod rursus cum sit, primum ipsum emergit.

Text. xvj. Sunt autem rerum nonnullæ quæ
fiunt vniuersaliter: semper enim & omnes, aut
eodem modo sese habent, aut eodem fiunt pa-
cto. Nonnullæ sunt rursus quæ semper quidē eo-
dem modo non fiunt, fiunt tamen plerūque:
nā nō omnis quidē mas hō barbā emittit: fit ta-
men plerunque: vt homo mas barbā emit-
tat, talium igitur & medium esse plerūque ne-
cesse est, nā si tā. a. de. b. quam. b. de. c. vniuersa-
liter prædicetur, & a. de. c. necesse est & semper
& de quolibet prædicari. Id enim est vniuersa-
liter prædicari, de omni semperq; dici. At sup-
ponebatur. a. plerunque de. c. prædicari, necesse
est ergo mediū etiam ipsum. b. cōditionem
& eorū quæ sunt plerunque, ea medijs vacātia
principia, quæ plerunque sic sunt, vel fiunt.

Hoc capitulum. xiiij.

In diuisione Commentatoris continet
alios duos textus, scilicet. 1 5. & 1 6. in
text. 1 5. postquam in superiori capite
visum est, quomodo in causis directe
ordinatis demonstratio incipiat ab illa quæ est proxima
effectui, & procedat vsque ad primam & immediatam,
determinat quomodo sit faciendā demonstratio circula-
ris in causis circularibus. Etenim secundo de generatio-
ne textu. 6 3. docet, quod sicut motus cæli qui est causa
omnium inferiorum est circularis, ita contingit aliqua
circulariter generari. Exempli gratia, ex terra madefa-
cta officio solis eleuatur vapor, ex qua condensata nu-
bes resoluitur in pluuiā: quæ rursus terra madefacta ele-
uatur alius vapor, vnde iterū fit nubes: & ita fit circulus.
Ait ergo Arist. quod potest eleuatio vaporis demonstrari
ex descensu pluuiæ hoc modo. Si vapor eleuatur, mada-
facta fuit terra: & si madefacta fuit terra, a pluuia fuit

madefacta: & per consequens de primo ad vltimum,
si vapor est eleuatus, causa fuit pluuia. Et econuerso de-
scensus pluuiæ demonstratur ex eleuatione vaporis. Enim-
vero si descendit pluuia, condensata fuit nubes: & si con-
densata fuit nubes, eleuatus fuit vapor, & per consequens
de primo ad vltimum, descensus pluuiæ factus est ex ele-
uatione vaporis. ¶ Est tamen hic duplex dubium: vnum Duplex du-
naturale ex. 2. metaph. text. 5. vbi ait Aristote. quod in bium.
causis tam efficientibus quam materialibus quam finali-
bus est deuenire ad primam causam, in circulo autē nō
datur prima. ¶ Alterum dubium est dialecticum ex su-
pra dicto libro. 1. cap. 5. vbi dictum est, quod non datur
circulus in demonstrationibus. ¶ Ad primum responde-
tur quod in causis per se non contingit circulus: est enim
causa efficiens pluuiæ calor solis, qui producitur a sole,
& nō econuerso: & causa materialis per se pluuiæ non
est solus vapor, imo ex quocūq; elemento potest gene-
rari aqua: mediāte vel immediate, neque ex omni vapo-
re generatur semper aqua. Sed præterea responderetur,
quod illa pluuia numero ex qua generatur vapor nō po-
test postea generari ex eodem vapore genito: sed est so-
lum circulus in eadem specie, vt ex. a. aqua generetur. b.
vapor, & ex. b. vapore. c. aqua, & ex. c. aqua. d. vapor.
&c. ¶ Vnde rēdetur ad secundum dubium, vt diximus
quæstio. 2. quod solum prohibetur circulus in eisdem
causis numero, vt. a. demonstretur per. b. & b. per. a. ta-
men in eisdem secundum speciem nihil vetat dari demō-
strationem circulare, & maxime quando præmissæ &
conclusio conuertitur: vt dictum est ca. 9. text. 2. quem
locum citat hic Arist. dicens id ipsum in sermonibus pri-
mis ostendimus. ¶ In text. 1 6. (sunt autem rerum. &c.)
ostendit quomodo fiat demonstratio in his quæ nō fiunt
semper, sed frequenter: qualis est generatio pluuiæ ex
vapore: nam hac de causa annectit hunc textum superio-
ri. Ait enim esse res quæ fiunt vniuersaliter. scilicet posteriori-
stice, ita vt & semper sint aut fiant, & in omnibus subiec-
tis eiusdem speciei, vt hominem esse risibilem, solē quo-
tidie oriri & occidere. Alia vero sunt quæ fiunt frequen-
ter, licet nōnunquam deficiant, vt malculum certo tem-
pore barbā emittere. Et dicit quod proportionabili-
ter debet accipi medium, vt videlicet ad concludendum
effectus quæ sunt de omni & semper, sumatur medium
quod conueniat omni & semper: sed ad concludendum
effectum qui conuenit frequenter, sumendum est me-
dium quod conuenit frequenter. Nam si effectus, in-
quit conueniat frequenter, & medium omni & semper,
contingeret præmissas esse veras & conclusionem fal-
sam: vt si tam. a. maior extremitas de. b. medio, quam. b.
de. c. minori necessario prædicetur, fit vt necessario. a.
conueniat ipsi. c. si vero admittas solum illi conuenire
vt plurimum, tunc quando non conuenierit, dabuntur
præmissæ veræ & conclusio falsa.

Text. 16.

De inuestigatione quod quid est. CAP. XIII.



T enim quonā pacto ipsum quid
est ad ratiocinationis terminos ac
cōmodetur, & quomodo vel est
ipsum, vel nō est demonstratio defi-
nitiove tatisantea per tractauimus: nunc dicen-
dum esse videtur, quonam pacto venari nos ea
oportet, quæ hoc ipso quid est prædicatur. Eo-
rum

Text. 16.

ritaque semper cuiusque cōpetit, quædā extendit sese quidem ad plura, nō tamē genus egrediuntur suum. Atque ea sese ad plura extendere dico: quæ quancūq; vniuersaliter cuiq; cōpetit, nō tñ soli, sed etiam alijs in sunt. Est. n. quoddam quod omni cōpetit trinitati, & etiā nō trinitati. Esse enim ipsū, & trinitati, & etiā nō numero cōpetit: at impar esse & ipsum cuius trinitatis, & alijs etiā pluribus, quatio nempe cōpetit: nō tamen genus hoc egredit: quaternarius enim numerus est, & extra numerū impar nihil est. **¶** Talia igitur eorumq; sumenda sunt, quousq; tot fuerint sumpta primo, vt vnum quodque quidem illorū pluribus cōpetat, cūcūq; autem simul non ad plura sese extendant: hanc. n. necesse est substantiā esse rei definiendæ: velut omni trinitati cōpetit, vt sit numerus, vt sit impar, vt si primus: idque vtroque modo, & quia nō mensuratur numero, & quia nō ex numeris constat: igitur iam ipsa trinitas est, numerus in quā impar primus, atque hoc pacto primus. Horum enim prima ceteris etiā vniuersis imparibus in sunt, vltimum dualitatis etiā cōpetit: at vniuersa simul nulli prater trinitatem numero cōpetunt. **¶** Cum autem necessaria quidē sint, ea quæ hoc ipso quid est prædicantur vt antea patefecimus: vniuersalia nāque necessaria sunt, trinitati vero vel cuius alijs sic cōpetit ea quæ sumuntur, hoc mō necessario quidē trinitas ea quæ diximus erit. Substantiā autem hæc eius esse, rationem velle ex hisce patere potest. Nam si id quod assignamus, non sit ipsis ratio trinitatis: necesse est ipsum quasi genus quoddam ipsius esse, aut nō minē vocitatum, aut nomine carens. Igitur nō trinitati modo, sed prater ipsam alijs etiā cōpetet. Genus enim huiusmodi ponatur esse naturæ, vt in sit potētia pluribus, atq; ad plura sese extendat, quod si istud prater indiuiduas alijs nulli cōpetit rei, id erit profecto ipsa ratio trinitatis. Nam & hoc etiam supponatur, id cuiusque substantiam esse, quod vltimū de indiuiduis tali dicitur modo. Quare similiter, & in quibusuis alijs id erit cuiusq; ratio, quod hoc ostenditur modo.

Primū do **cumentū.** **¶** **Tex. xvij.** Oportet autem cū notum aliquid quod quispiā tractat, genus in ea diuidere quæ sunt prima atque indiuidua specie, veluti numerum in dualitatem trinitatem ve, deinde illorum entis definitiones accipere, vt recte lineæ: & circuli, atq; anguli recti, post hoc sumpto quidnam sit genus, vtrum quædam an qualitas, proprios affectus per communes primos contemplari: nam ea quæ ijs accidunt quæ cōponuntur, ex indiuiduis, ex definitionibus in

notescēt, propterea quod definitio simplexq; principium est omnium: & ea quæ simplicibus accidunt per se quidem ipsis solis, per ipsa vero ceteris cōpetunt.

2. Docu. **¶ Tex. xix.** Atqui diuisiones quæ per differentias proficiuntur, vtilis ad hoc pacto vestigandas definitiones sunt ipsas tamen non ostendere, dictum est prius: vtilis autem erunt hoc pacto solum ad ratiocinandum ipsum quid est. Atque videbitur ipsa diuisio nihil facere prorsus, sed vniuersa statim sumere: perinde atque si eadē ab initio sine diuisione quispiam sumeret. **¶** Refert autē ea, quæ prædicantur, primum an posterius prædicentur: vti si animal mite bipes: an bipes animal, mite dicatur. Eterim si e duobus omnis definitio constet, & vni quid sit ipsum animal mansuetum, atque rursum hoc & differentia fiat vni, homo in quā, vel quicquid tandē id sit vni efficitur, necesse est diuidentem petere semper. **¶** Praterea hoc pacto dūtaxat fieri pot, vt nihil eorū permutetur quæ sunt in definitione: ponēda sumpta nāq; gñe primo si accipiat aliqua diuisionum inferiorum, nō omne cadet in illā: ceu nō omne animal aut cōtinuarum aut diuisarum alterū est, sed volatilis animal omne: huius est. n. hæc differentia. Primā autem animalis ea est differentia, in quā omne animal cadit, & cuiusque ceterorū similiter generum, & eorū quæ sunt extra animal. Et eorū quæ sub ipso sunt collocata. Ceu volucris ea est differentia prima, in quā omnis volucris cadit, vt piscis itidem ea in quā omnis piscis. Hoc igitur si proficiatur quispiā pacto, sciat: nihil prorsus prætermisisse: q̄ si non hoc modo procedat, & prætermittere eū necesse est, & id ipsum quoque nescire.

3. Docu. **¶ Tex. xx.** Non autem oportet eum qui de finit ac diuidit, omnia scire quæ sunt: quancūq; nonnulli censent fieri nō posse, vt quisquā vnam quam differentias ad vnum quodque cuiusque sciat, nisi scierit vnum quodque: sine vero differentijs nunquam fieri posse, vt quicquā sciat. A quo nāque non differt quippiā, idem quod illud inquit esse: a quo vero differt, ab eo diuersum esse. Primo igitur hoc est falsum: nō. n. quauis differentia sunt res diuersæ. Complures. n. in sunt rebus eisdem specie differentiaz, sed non per substantiā, neq; per se. Deinde cū quispiam acceperit ea quæ opponuntur, & differentia, & omne, aut in hanc partem, aut in illam cadere dixerit, sumseritque in altera parte rem eam quam querit esse, & id ipsum cognouerit, nihil refert si sciat nec ne de quibus aliæ differentiaz prædicantur. Patet enim eum habiturum esse rationem substantiaz, si sic profici

4. Docu.

proficiens ad ea tandem peruenerit, quorum vltimus non est differentia. **¶** Omne autem in ipsam diuisionem cadere, si sint ea opposita quorum non est medium quicquam, postulatio non est. Necesse est enim omne in altero ipsorum esse, si illius est differentia.

¶ Tex. xxj. Ad extruendam autem probandā ve per diuisiones definitionem, hæc tria sunt obseruanda. Primum, vt ea sumantur, quæ hoc ipso quid est prædicantur: secundū, vt hæc ita disponantur, vt primum primo, secundū secundo in loco ponatur: tertium, vt hæc omnia sint Atque primum istorum erit, si possumus quæ admodū ad accidens ratiocinari, ipsum in quā competere, & per genus probare. **¶** Secundum fiet, si ipsum primum sumserimus: hoc autē erit, si id accipiat quod tale est, vt ipsum quidem omnia deinde sequantur, omnia autem ipsum ecōtra non sequantur: necesse est enim aliquid esse tale: quo sumpto, idem iam erit & in inferioribus modus. Id enim erit, secundum quod ceterorū est primum: & id etiam tertium, quod est hærentium primum: supero nanque sublato, id quod hæret ceterorū erit primum, vt patet. Et in ceteris eodem modo. Patebit autē hæc omnia esse, quod erat tertium: si sumserimus primū ipsum per diuisionem, omne aut hoc animal esse, esse autem hoc: & rursum totius differentiam, huius verō extremi non vltimū differentiam esse: vel etiam statim, cum vltima differentia ab ipso toto non differre id specie. Patet enim, neque plus quam oportet quicquam additum esse: omnia nanque sumpta, hoc ipso quid est prædicantur: neque quicquam deesse: nam aut genus aut differentia esset. At genus est ipsum primum, & hoc cum differentijs simul est sumptum: differentiaz etiā vniuersæ sunt sumptæ, nulla enim prorsus posterior est. Specie nanque differret ipsum extremum. At hoc dictum est non differre.

¶ Tex. xxij. Quære autem oportet, inspiciendo primum ad ea quæ sunt similia, & nullam inter se differentiam habent, quidnam idem habeant vniuersa, deinde ad alia quæ sub eodem cum illis genere collocantur: & sunt quidem eiusdem inter se speciei, ab illis autem specie sunt diuersa. Atque si in ijs accipiat aliquid penitus idem, & in alijs simili modo, rursum considerandum est, si in ijs quæ sunt sumpta, sit aliquid idem, quousque ad vnam rationem fiat accessio. Hæc enim erit ipsius definitio rei. Quod si non ad vnam rationem, sed ad duas vel plures itur, patet id quod queritur nō vnum quid esse, sed plura. **¶** Veluti si querat quidnam sit magnitudo animi, cōsiderandum

est in aliquibus quos quidem scimus esse magnanimos, quidnam habeant vnum omnes, eo pacto quo tales esse dicuntur. Ceu si Alcibiades fuit magnanimus, & Achilles, ac etiā Ajax quid vnum omnes habeant. Atque id est eos contumeliam non ferre: nam primus, intulit bellum: secundus iratus, se à socijs defendendis seiunxit: tertius, sibi mortem consciiuit. Rursum in alijs considerandum est, vt Lyfandro ac Socrate, quidnam & istis inerat vnum. Atque id est æquabiliter sese habere in secundis atque aduersis rebus fortunæ. His sumptis, considero quidnam idem habeat hæc, æquabilitas in quā in rebus fortunæ, & pati cum illata contumelia est, non posse. Quod si nihil habeant idem, duæ profecto magnanimitatis species erunt. Omnis autē definitio vniuersalis est semper. Medicus enim salubre non cuidam oculo, sed aut omni, aut specie determinato definit.

Quod species facilius quam genera definiatur. Cap. XV.



Aque facilius definire singularia quam vniuersale est. Quia propter equiuocationes enim in vniuersalibus magis latent, quam in ijs quæ non differunt. Vt autem in demonstrationibus ratiocinandi forma, sic in definitionibus diluciditas in sit oportet: quæ quidem fuerit, si seorsum id definiat quispiam q̄ in pluribus generib⁹ est, per ea quæ in vno quoque dicuntur: veluti simile non omne, sed id quod in coloribus & figuris est: & acutū similiter, quod est in voce: & sic ad ipsum commode proficiatur, cauens ne æquiuocationem offēdat. Quod si neq; differere translationib⁹ oportet, patet neq; definire oportere, aut translationib⁹ aut hisce quæ per translationē dicunt. Erit enim necessitas, vt translationibus differatur.



Hoc est quartum membrum atque adeo potissimum huius libri in quo postquam in secundo visum est non posse, quod quid est, demonstrari, tradit in his duobus capitulis Aristoteli. modum quo venari inuestigare que possimus genus & differentiam quibus constituitur quiddam ratio definitio. Atqui in diuisione Commentatoris capitulum hoc decimum quartum vsque ad sex textus attingit. In primo qui est numero decimus septimus constituit statim qualia debent esse illa ex quibus definitio quiddam ratio componitur: habetque tres particulas. In prima proposita prius intentione quæ est dicere quo pacto nos oporteat venari quod quid est præiacet distinctionē. Eorum, inquit, quæ semper & vniuersaliter de quolibet supposito subiecti prædicantur, Logi. Do. Sorp. T alia

alia sunt superiora quæ videlicet excedunt subiectum non tamen transgrediuntur genus generalissimum subiecti, alia sunt quæ transgrediuntur genus ipsius subiecti. Exempli gratia de ternario prædicatur ens necessarium & vniuersaliter, transgreditur tamen generalissimum ternarij, quia non solum quantitati sed qualitati & substantiæ conueniunt: at vero impar numerus superior quidem est quam ternarius: quia competit quinario & alijs non tamen excedit generalissimum, quia solum dicitur de numero. Idem exemplum est de his prædicatis, animal, corpus respectu hominis. ¶ In secunda particula, (talia igitur.) subdit quales esse debent partes definitionis. Est ergo conclusio. Definitio quidditatiua constituitur quando componuntur plures partes quæ essentialiter prædicantur quarum singulæ sunt superiores ad definitum, collecto tamen omnium conuertitur cum ipso. Exemplum est si dicas, ternarius est numerus impar utroque modo: primus numerus enim alijs conuenit quam ternario & pariter numerus impar & pariter numerus utroque modo primus, numerus enim dicitur vno modo primus, quia non mensuratur numero, id est, cuius numerus non est pars aliqua sed sola vnitatis, & isto modo non solum ternarius sed quaternarius & septenarius est numerus primus: alio modo dicitur primus, quia non componitur ex plurius numeris & isto modo inter impares solus ternarius est primus: nam quaternarius componitur ex ternario & binario, ternarius vero solum ex binario & vnitatis quæ non est numerus. Sed tamen isto modo etiam binarius est primus, est enim binarius isto modo primus inter pares, & ternarius primus inter impares. At ergo Aristoteles, quod singulæ particulæ sunt superiores ad ternarium, tamen omnes simul conuertantur cum ternario: quia per hoc quod est primus secundo modo separatur ab alijs imparibus, & per hoc est quod impar separatur a binario. ¶ Est tamen hic dubium ex Aristotele. 7. Metaphysicæ. text. 43. ubi ait, quod vltima differentia conuertitur cum specie, ex quo sequitur quod non est necesse ut qualibet pars definitionis per se sit superior ad definitum.

Textu. 18.

Primum documentum.

quod hic raro intelligitur, & est nihilominus initium inquirendæ definitionis est, quod cum quis tractat aliquod totum, id est, cum inquirere vult definitionem alicuius speciei siue specialissimæ siue subalternæ, quæ dicitur totum eo quod componitur ex genere & differentia, statuere debet primum omnium in quo sit prædicamento. Quod facturus est diuidendo genus, id est, quodcumque prædicamentum a generalissimo procedendo vsque ad indiuidua in specie, scilicet, specialissimas species videlicet per arborem prædicamentalem: ut quantitatem in continuam & discretam, discretam in numerum parum & imparem: & parum in numerum primum (qualis est) (qualis dualitas & compositum ex numeris) quaternarius & alij & eodem modo imparem, & ita venietur ad dualitatem & ternarium quæ sunt duæ species specialissimæ. Et tunc cuiuscunque speciei inuestiganda est definitio, id est, proprietates, ut dinoscatur illa species quæ proponitur definienda in quo sit prædicamento, ut puta quid sit linea recta, quid circularis. Transfert se ad species quantitatis continuæ, ut ostendat eandem esse rationem in continuis & in discretis. ¶ Post hoc inquit sumpto per huiusmodi diuisiones & proprietates, quidnam sit genus speciei definiendæ, videlicet, ad quod prædicamentum pertineat, sit ne quantitas an qualitas, &c. per effectus communes illius prædicamenti inuestiganda sunt propria differentia illius speciei. Exempli gratia, vestigare quis intendit definitionem hominis, perpendat primum sit ne substantia, an quantitas, aut qualitas, ad autem cognoscet per modos intrinsecos & per proprietates prædicamentorum, puta sit ne per se an in alio. (Nam ea, inquit, quæ his accidunt quæ componuntur ex indiuiduis, id est, simplicibus.) ex definitionibus innotescunt, scilicet, simplicium: nam definitio simplex principium est omnium inferiorum, & quæ simplicibus per se accidunt, ratione ipsorum simplicium conueniunt compositis. Simplicia hic vocat superiora genera, composita vero inferiores species, quippe quæ ex superioribus generibus addita semper differentia componuntur. Si exempli gratia, esse per se est modus intrinsecus qui per se primo conuenit substantiæ: corporis autem & animali & homini conuenit in quantum sunt substantiæ: esse subiectum diuisionis secundum trinam dimensionem per se conuenit corpori: sed animali & homini conuenit in quantum sunt corpora: & ita deinceps. Habito ergo, quod homo est substantia postquam est per se, inquirendum est sit ne corpus an spiritus: cognoscetur autem esse corpus: quia est subiectum trinæ dimensionis, quo habito inquirendum est sit ne animatum an inanimatum: cognoscetur per proprietatem animati quæ est per se motus & habito quod sit animatum, videndum est quod, an sit animal, per sensibile, quod per se conuenit animali: & deinde videndum sit ne rationale an irrationale, per hoc quod est uti ratione aut non uti ratione. Et hoc modo definitio simplex, id est, superioris est causa innotescendi compositæ: id est, inferioris. ¶ In textu 19. (atque diuisiones.) addit ad maiorem explicationem alia in documenta: post primum ergo iam dictum. Secundum documentum est quod diuisiones generum debent fieri per differentias proximas oppositas: ut numerus diuidatur per parum & imparem. Nam si fieret diuisio per singulas species abiret in infinitum, aut saltem non possemus illas comprehendere, ut patet in speciebus animalis. At ne videatur sibi ipsi contradicere, qui patet qui dixerat capitulo 3. quod quid est, non demonstrari per diuisionem, respondet, quod per diuisionem non demonstratur quod quid est, ad sensum supra dictum, sed inue-

Textu. 19.

Documentum.

Documentum.

Documentum.

Text. 10.

inuestigatur: non enim per diuisionem concluditur quod animal rationale sit quidditatiua definitio hominis: quia nec demonstratur illas partes esse genus & differentiam sed supponitur quod proprium substantiæ sit esse per se, & proprium corporis sit esse subiectum diuisionis, & ita ex suppositionibus peruenitur ad hoc quod homo sit animal rationale: an vero illæ partes significant essentialia hominis philosophus naturalis examinat, aut metaphysicus. ¶ Tertium documentum est. (refert autem, &c.) id est, differt quo ordine partes definitionis ponantur, illa enim quæ contrahitur debet præcedere, quæ contrahit debet subsequi ut genus debet præcedere differentiam: & inter differentias, illa quæ contrahitur. Ponit tamen primum exemplum de differentijs quarum utraque potest per alteram contrahi, ut mansuetum & bipes, quod vnumquodque est commune homini & aliquibus brutis nihilominus cum dicitur, homo est animal mansuetum bipes, denotatur quod mansuetum constituat cum animali vnum genus quod contrahitur per bipes, distinguens hominem ab equo qui est quoque animal mansuetum: sed cum dicitur, homo est animal bipes mansuetum, e converso mansuetum contrahit bipes distinguens hominem a vulture. ¶ Quartum documentum est ibi, (præterea hoc) ut patet in diuisione nihil omittatur eorum quæ intrant definitionem. Vbi notandum est, quod omnes differentia superiorum generum formaliter aut virtualiter pertinent ad definitionem speciei: nam ut in arborum Porphyriana dictum est, differentia diuisiva superioris generis est inferioris constitutiua. Si ergo quis diuideret superius genus per differentias remotas diuisiuas inferioris generis, ut si quis diuideret substantiam per gressibile, reptile, & volatile, & aquaticum prætermitteret multas species substantiæ quibus illæ differentia non competent: nam illæ solum sunt differentia animalis: & ideo cum illæ differentia non distinguerent totam essentiali substantiæ, non sufficerent ad inuestigandum definitionem cuiuscunque substantiæ. Ponit exemplum de animali, quod non debet immediate diuidi per animal continuarum alarum (qualis est vespertilio) & animal diuisarum (quales sunt aliæ aues quia animal non cadit, id est, non comprehenditur totum sub illis speciebus quæ solum sunt differentia animalis volatilis: sed animal prius diuidendum est per volatile, gressibile, &c. Et ita concludit procedendum esse in diuisione per differentias immediatas. ¶ In textu 20. (non autem oportet.) respondet duabus falsis opinionibus. Prima est, at dicentium neminem posse cognoscere differentiam quidditatiuam alicuius speciei, nisi cognoscat omnia rerum genera & species: nam hoc non d. ferre ab illo, est esse idem cum illo, & differre ab illo, est esse diuersum: vnde illi in ferebant quod nemo potest scire quibus homo differat quin cognoscat omnia entia a quibus differt. Diluit autem hunc errorem dupliciter. Primo, quia multæ sunt differentia accidentales rerum quæ ad earum quidditatem nihil pertinent, quas proinde impertinens est cognoscere ad cognoscendam quidditatem: ut ad cognoscendum quid est homo, nihil refert scire, quid est album, aut magnum, aut simile, &c. Et præterea cum quispiam diuiserit genus per differentias contrarias, & acceperit illam qua constituitur species, non indiget comprehendere alia omnia quæ comprehenduntur sub contraria differentia: ut diuiso genere per rationale & irrationale, & habito quod homo est animal rationale: nihil amplius ea oportet scire vniuersa quæ continentur sub irrationali. ¶ Secunda opinio erat dicentium, quod qui vultur huiusmodi diuisione necesse est ut possulet & pe-

ta respondente genus quod diuiditur contineri sub aliquo membro diuisionis: quo insinuabatur illud non esse necessarium. Dicit ergo Aristoteles, quod qui diuidet genus per immediatas, & oppositas differentias non necesse habet hoc petere, quia necessarium est ut genus sub aliqua oppositarum differentiarum contingatur, omne enim animal aut rationale est aut irrationale. Secus si diuisio fieret per positivas differentias: ut animalium: aliud gressibile, aliud volatile, aliud reptile, aliud aquaticum: non enim est euident non esse alias species animalis nobis forsitan ignotas. ¶ In textu 21. ad extruendam autem, excludis erroribus eorum quæ non requiruntur ad diuisionem qua quæritur quidditatiua definitio ponit tria quæ requiruntur. Primum, ut sumantur ea quæ quidditatiue prædicantur. Secundum, ut disponantur in definitione ordine iam dicto in textu. 19. Postremum est, ut ponantur in definitione omnia quæ requiruntur ad explicandum quidditatem & essentiali definiti. Atque primum inquit obseruabitur si ratiocinemur ad genus quemadmodum ad accidens, id est, si per definitionem generis positam in 1. Topicæ caput. 4. examinemus an id quod ponitur loco generis sit genus, sicut per definitionem accidentis examinamus, an aliquid sit accidens. ¶ Secundum autem fiet, id est, secundum obseruabitur, si inter differentias illa præcedat quæ sequitur in conuenientia ad omnes alias, non autem alia sequuntur ad ipsam: nempe si fuerit superior ad alias: ut si dicas, homo est animal gressibile bipes, sequitur enim hoc est bipes: ergo gressibile: quare bipes contrahit gressibile & non e converso: sicut sequitur, est gressibile: ergo animal & non e converso. ¶ Patet autem hæc omnia esse, &c. id est, tunc definitio constabit ex omnibus quæ pertinent ad eius quidditatem si in diuisione a generalissimo incipientis nullum inter medium prætermittamus, sed ut dictum est per intermedias semper differentias diuisio descendat. ¶ Concludit ergo dicens: manifestum enim est, &c. concludit inquam, quod isto modo constitueret ad æquata & conuertibilis definitio quæ nec plus, nec minus continet quam requiritur: nam si sola prædicata quidditatiua sumantur, non continebit plus, quia quequid quidditatiue prædicatur de specie, aut est genus aut differentia illius. At differentiam prædicari inquit non si seorsum accipiatur, nam tunc solum prædicatur essentialiter: sed quia pertinet ad quidditatem rei, & ideo ad ipsa generi tota definitio prædicatur in quid: quod autem talis definitio non contineat minus, patet per id quod modo dicebamus si in diuisione nihil prætermittatur, cum enim ventum fuerit ad vltimam differentiam, quæ amplius diuidi non potest, illa demum ad æquate conuertetur cum definito. ¶ In textu 22. querere autem, tradit Aristoteles aliam secundam artem verandi definitionem modo compositiuo. Ait enim, quod ad iudicandum rei alicuius aut formæ definitionem debent primo similia considerari & dissimilia: & deinde videre an aliqua sit vna ratio communis omnibus illis, quod si fuerit, signum est quod conuenit illis vna definitio. Si vero non reducantur nisi ad duas aut plures, non comprehenduntur sub vna definitione. Exempli gratia. Considero vnum hominem esse rationale, & alium, & omnes, & video equum hominū dissimilem, esse hinnibilem, & pariter vniuersos: quæ rationes non comprehenduntur sub vna, sicut albedo & nigredo comprehenduntur sub vna ratione visibilis: & ideo homo & equus habent diuersas definitiones. Exemplum Aristotelis est de magnanimitate (ceu si Alcibiades fuit magnanimus &

Textu. 11.

Textu. 21.

Log. Do. Soto. T. 3. Achilles



Achilles & Ajax.) Boetius vertit Alcides, qui est Hercules: tamen in Græco non est nisi Alcibiades, qui cum Athenis ægre ferret Niciam sibi honoribus præferri, ad Lacedæmonios defect, cum quibus propriæ patriæ bellum intulit. De Achille vero nota est historia, qui cum in expeditione esset Græcorum aduersus Troiam, ob ereptam sibi ab Agamemnone Briseidem bello abstinuit. Ajax alter fuit Oileus. Hic autem est Thelamonius: qui cum petisset Achillis arma defuncti & Vlysi potius a iudicibus fuissent decreta, iniuriam ferre non potens sese interemit. In rei veritate non fuit vera in his virtus magnanimitatis, cum primus patriam bello petiuit, alter patriam in necessitate deseruit, & tertius occidit se: sed tamen cum omnes id fecissent ex animi magnitudine, quia scilicet, non ferebant alios honoribus se anteire, dicit Aristotel. quod eadem erat ratio magnanimitatis in omnibus. quæ est estimari se magni. Et pariter in Lyfandro & Socrate: quauis Socrate longanimis fuit in tolerantia iniurijs. Lyfander vero, vt est apud Plutarchum, accerrimus in illis propulſandis: ex eadem tamen ratione magnanimitatis vtrumque procedit. Vnde cōcludit Aristotel. quod cum definitio non sit particularis sed vniuersalis: nam medicus inquit non deficit quid est salubre huic oculo, sed cuiusque eodem morbo laboranti, fit vt quauis magnanimitas in istis diuersa videatur, tamen propter eandem rationem communem vna est omnium definitio.

producent vitam animalis quam vitam hominis: sed quantum ad cognitionem nostram procedimus a compositis resoluendo illa simpliciora principia. Tandem in fine capitis, (quod si neque.) addit Aristoteles vltimum documentum, quod videlicet sicut de re non est differendum per metaphoras, alias committeretur æqui uocatio, vt si quis arguat, quicquid habet caput est animal: arbor habet caput: ergo arbor est animal (nam caput metaphorice dicitur de radice arboris) ita nec definiendum est per metaphoram, vt si quis definiat hominem quod sit arbor inuersa, aut quod arbor est homo inuersus: caput enim arboris est radix: quæ cum sit sub terra videtur homo cuius caput est in terra & pedes sursum eleuati, & econuerso homo apparet arbor cuius radices in alium prominent. Dubium autem est circa doctrinam horum duorum capitum. Cum Aristotel. duas hic vias tradiderit inuestigandi quod est, scilicet, diuisionis & compositionis, vtram istarum recitauerit tanquam propriam. Enimvero Commentator in prologo de anima, comment. 5. dicit inter antiquos tres fuisse in hac parte sententias. Hippocratis enim, inquit, opinio fuit, quod quid est, inquirendum esse demonstratione. Plato vero censuit vestigandum esse via diuisionis. Aristotelis autem sententia fuit inuestigandum esse via compositionis. Et idem affirmat illic Sanct. Thom. lectio. 1. hic autem videtur Aristotel. approbasse viam diuisionis, cum dixit text. 19. diuisiones non demonstrare quidem quod quid est, vtile tamen esse ad illud inuestigandum. Ad hoc dubium respondetur tria. Primum quod Aristotel. non reprobat viam diuisionis, imo asserit esse vtilem saltem ad inquirendum genus. Secundum est, quod diuisio sine compositione non sufficit, sed simul dum superiora diuiduntur componuntur inferioræ nam differentia diuisiua superioris est constitutiuæ inferioris. Cum enim inuestigamus definitionem hominis, ex prima diuisione substantiæ in incorpoream & corpoream omittimus incorpoream, & eligimus substantiam corpoream, & postea diuiso corpore in inanimatum & animatum, colligimus substantiam corpoream animatam, cui post addimus sensibilem, ac denique rationale. Et hanc forte Aristotel. appellauit viam compositionis. Sed tertio dicimus, vt iam modo dicebamus, quod in definitionibus procedendum est a notioribus nobis puta ex compositis speciebus ad simplicia & superiora genera.

Quòd diuisio & analogia cōducuntur ad inuestigandum propter quid.

CAP. XVI.



VT autem facultatem mediatorum ad eadem monstranda quæ proponuntur habeamus, peruestigare oportet & ea quæ animalibus apertis inspicuntur & ipsas quoque diuisio-

Capitu. 15.

In capite decimoquinto quod

in diuisione Commentatoris ad eundem text. 22. pertinet, docet Aristotel. quod isto modo compositio facilius inuenire possumus definitionem speciei quam generis: & ideo opposito modo ad diuisionem à singularibus id est, ab speciebus specialissimis ad vniuersalia ascendere oportet. Quod probat dupliciter, primo, quia in specie specialissima, quippe cum non sit per differentias essentialia amplius diuisibiles, minus latent æqui uocationes: in generibus autem latent æqui uocationes, eo quod diuiduntur per differentias inæqualiter perfectas vt capite de genere expositum est: æqui uocatio autem impedit rei cognitionem. Enimvero ratione ipsam animalis, puta esse sensibile, non tam perfecte cognoscimus in communi quam cum illam cognoscimus in qualibet specie. Secunda ratio est, quia quemadmodum in demonstrationibus necesse est præsupponere aliqua per se nota ex quibus ad ignotiora procedat demonstratio, ita in definitionibus à notioribus & facillioribus oportet procedere: sed facilius est genus vniuersale per rationes particularium specierum cognoscere: ergo ab illis incipiendum est. Probat minorem exemplis: qui enim inquit vult notificare quid est simile, facilius explicabit secundum rationem specificam, quæ est in coloribus in quibus eadem dicuntur similia quæ eundem habent colorem, aut in figuris quarum similitudo consistit in hoc quod consistit ex æqualibus angulis: & pariter acutum euidentius cognoscitur si ostendatur in vocibus, aut in saporibus, aut quantitibus: alia est enim ratio acuti in sapore, alia in voce, alia in quantitate. Dubium posset hic esse ex dictis Aristotel. ex. 1. Phisico. vbi ait, quod ex vniuersalioribus procedendum est ad minus vniuersalia: hic vero dicit oppositum. Facillime tamen hoc diuiditur per communem distinctionem, scilicet, quod vniuersaliora sunt notiora nobis, & ideo ordine naturæ incipiendum est ab vniuersalioribus addendo semper nouas differentias, & componendo nouas species, sicut natura operatur prius

Dubium.

Documentū.

Dubium.

nes. Atque sic peruestigare oportet, supposito genere communi omnium: ceu si animalia sunt ea quæ considerantur, quæ nam omni cōpetunt animali. Quibus sumptis, rursus identidem peruestigare oportet, quæ nam cæterorum primo cuiuslibet insunt? veluti si id sit auis, quænam omnem auem sequuntur? & sic semper quæ nam propinquissimo competunt? Patet enim, nos posse iam dicere propter quid in sunt ea, quæ competunt hisce quæ sub ipso communi sunt collocata: vt propter quid homini competunt, aut equo? sit autem animal quidem. b. pro. a. vero ponantur ea quæ animal omne sequuntur: pro. e. c. d. vero animalia singula collocētur. Patet itaque propter quid. a. competit ipsi. c. propter. b. nanque competit. Et similiter cæteris. Eadem autem est semper & in alijs ratio, atque nunc sic dicimus per tradita nobis nomina communia rebus.

Text. xxiiij. Oportet autem non solum in his ipsis dicto modo considerare, sed etiam si aliquid aliud videatur commune competens, & ipsum accipere: deinde sumere, & ea quæ ipsum sequitur, & ea quæ hoc sequuntur? veluti cornigeris competit omasum habere, superioribusque vacare dentibus. Sumantur igitur hæc, & rursus accipiendæ sunt ea quibus cōpetit, sequitur que gerere cornua. Patet enim propter quid illis competunt, ea quæ diximus nam ob id ipsum illis inerunt, quia cornua gerunt. Et insuper alius modus peruestigandi per similitudinem rationis: non enim potest vnum quippiam idem sumi, quod quidem & sepium & spina & os appellare oportet: inerunt autem & his, atque sequentur aliqua, quasi talis sit vna quædam natura.

Textus: xxiiij. Eadem autem sunt non nulla eorum quæ proponuntur multipliciter: quædam enim ex eo sunt eadem, quia medium idem habent: veluti quia sunt omnia antiperistasis: atque horum nonnulla sunt eadem genere, quæcunque differentias habent ex eo, quia sunt diuersorum, vel alio modo: vt propter quid resonat, aut propter quid apparet, & propter quid Iris existit: vniuersa enim hæc idem sunt propositum genere: omnia nanque sunt planè reflectio, sed specie sunt diuersa. Quædam autem differunt ex eo, quia medium est sub alio medio veluti propter quid Nilus decreſcente mense magis affluat aquis, quia mensis decreſcens similis magis hyemis est: propter quid mensis decreſcens similis magis hyemis est? quia Luna decreſcit. Hæc enim sic inter se habent, vt patet.



Incipit membrum

H quantum huius libri, in quo postquam ostensum est quomodo sit inuestigandum quod quid est, docetur in his duobus capitulis quomodo inuestigandum est, propter quid id est, quodcunque medium ad demonstrandum quancunque conclusionem. Atqui in hoc capitulo. 16. sunt tres particule. Prima pertinet ad eundem text. 22. Secunda est text. 23. & 3. est text. 24. Est ergo primum documentum in prima particula, quod ad inuestigandum propter quid cuiuscunque passionis oportet habere præ oculis omnes diuisiones a generalissimo vsque ad specia listima, & deinde considerare ea quæ sunt propria cuiusque generi, vt scilicet ea quæ sunt propria substantiæ in quantum est substantia, & ea quæ sunt propria animali in quantum est animal, & ea quæ sunt propria auibus in quantum aues, &c. Quo habito facile quancunque passionem generis superioris possumus demonstrare de quacunque eius specie. His ego consideratis facile quicunque potest passionem superioris generis de singulis eius speciebus demonstrare, sumpto pro medio illo genere quod est proprium subiectum illius passionis: vt si sensibile, aut dormire & vigilare quis velit de homine aut de equo demonstrare, accipiat animal, pro medio quod est, b. & dormire & vigilare pro. a. quod est maior extremitas, & homo aut equus aut bos pro. c. d. quæ sunt minores extremitates: & ita tandem fiet demonstratio, omne animal dormit vicissim & vigilat, omnis homo est animal, ergo. Et eodem modo, habere tres angulos equales duobus rectis, demonstrabitur de isoscele & de æqui latero, sumpto pro medio triangulo cui primo conuenit illa passio. In textu. 23. oportet autem, qui duas habet particulas dicit primo, quod non solum id oportet obseruare vbi tale genus est nominatum, sed etiam vbi non est ei nomen impositum. Exempli gratia: animal habens cornua, est quoddam genus animalium comprehendens multas species, quod quidem non habet nomen impositum quiddam, possumus id tamē appellare cornigerum, considerare ergo oportet quæ sint propria tali generi animalium: vt puta esse omasum, id est, intestinum crassum, habens plures ventriculos propter necessitatem ruminationis: item carere dentibus in superiori mandibula, quippe quorum materia conuertitur in cornua. Si ergo de boue aut de ceruo quis voluerit demonstrare huiusmodi passiones, talis erit tunc demonstratio, omne animal conigerum caret dentibus in superiori mandibula: omnis bos est animal conigerum, ergo omnis bos caret dentibus in superiori mandibula. In secunda particula, & in super. ostendit præterea inuestigare propter quid, reducendo passionem ad aliquod medium quod non est simpliciter commune sed analogum: vt animal habens sepium, aut spinam, aut os, non est simpliciter vnuocum genus sed analogum: vt enim os se habet ad animal terrestre, ita spina se habet ad piscem, & sepium ad sepiam: sepia genus quoddam piscis est, & etiam seps seps est genus serpentis. Accipitur ergo sepium pro esse serpentium quod non est omnino spina. Si ergo aliquam passionem communem his tribus generibus animalium velit quispiam demonstrare, debet sumere pro medio vnum nomen analogum ad illa tria. In text. 24. eadem autem, &c. qui duas itidem continet particulas, docet inuestigare propter quid, in rebus simpliciter diuersi generis quibus conuenit aliquo modo vna ratio, quæ licet non sit generica, est tamē accidentalitica: sicut per hoc medium quod est Antiperistasis, id est, reciprocatio seu re-

Textu. 23.

Textu. 24.

Log. Do. Soto. T 3 per

percussio, demonstrantur multa diuersorum generum: vt propter quid echo resonat? propter repercussionem motus aeris quo multiplicatur species soni: propter quid apparet imago in speculo? propter reflexionem specierum visualium: propter quid apparet iris in nubi- bus? propter refractionem radiorum solarium ad latera nubis. Omnia enim hæc media sunt reciprocaiones quæ- dam licet specie diuersa. ¶ In secunda particula, quæ- dam autem, &c. concludit tandem quomodo in asig- natione propter quid, media aliquando ordinate pro- cedant vt. a. sit propter. b. & b. propter. c. vsque ad cau- sam immediatam: vt propter quid Nilus decrefcente mense, idest, properante ad finem, magis affluat aquis, quia mensis decrefcens magis simliatur hyemi. i. magis est humidus. Sed propter quid finis mensis magis est hu- midus? quia luna decrefcit: quæ cum habeat aquarum dominium, ipsa crescente, decrefcunt aque ipsa vere de- crescente, aque e contrario crescunt.

ram esse: huius autem non est causa deficere lu- nam: atque demonstratio quæ fit per causam, est propter quid: demonstratio vero quæ non per causam fit, est ea qua quippiam tantum esse ostenditur: qui per defectum terram in medio esse percipit, is scit quidem id ipsum esse, propter quid autem est non cognoscit: atque deficere luna: n. n. esse causam vt sit in medio terre, sed hoc e contra causam esse vt deficiat lu- na, inde perspicitur potest: in ratione nanque defi- cendi inest, in medio terram esse. Quare pa- tet, per hoc illud, sed non per illud hoc in note scere. ¶ An fieri potest, vt vnius plures sint cau- sæ: nempe etiam fit, vt idem primo de pluri- bus prædicetur. Sit. a. quod quidem tam. b. quam. c. competat primo, quorum alterum in sit. d. alterum ipsi competat. e. inerit igitur ipsum. a. illis vtrisque. e. inquam & d. Atque vt insit quidem ipsi. d. causa est ipsum. b. vt co- petat autem ipsi. e. causa est ipsum. c. quare si causa est, necesse est & rem esse. Si vero res est, non est necesse id esse quod est causa: sed cau- sam quidem esse, non tamen omnem.

¶ An si semper id quod proponitur vniuersale est, causa quoque tota quædam est, & idest cuius est causa, vniuersale etiã est: veluti folijs spolia- ri toti cuidã inest determinato, & si species sunt illi, & his vniuersaliter aut plãtis, aut huiusce modi plãtis cõpetit: quare & medium in his, & id cuius est causa, aqua sint oportet, & con- uertatur: veluti propter quid arbores folijs spo- liãtur, quid si id ipsum ob congelationem esse oportet, & si congelatio nõ cuius inest, sed ar- bori, folijs arboris spoliari oportet. ¶ At quæret quispiam rursus si fieri possit, vt non eadem eiusdem sit vniuersis causa, sed diuersa necne. An si per se quidem est demonstratum, & non per signũ, aut per accidens id fieri nequit? quip- pe cum ipsum medium extremi sit ratio. Sin vero non hoc pacto est demonstratum, fieri po- test. ¶ Sit autem & id cuius, & id cui est causa aliqua, per accidens vt consideretur: non tamen è numero eorum esse videntur, quæ proponũ- tur: quod si ita non est, similiter habebunt & medium. Si enim equiuoca sint, medium habe- bunt equiuocum, si sint vt in genere, medium habebunt similiter, veluti propter quid etiam mutato ordine similitudinẽ subeunt rationũ, est enim alia causa in lineis, & in numeris, atque eadem alia quidem est vt linearum rationẽ sub- bit, eadem autem, vt tale habet in crementum, & eodem in omnibus modo. Vt color autẽ co- lori, figuraque figuræ sit similis, alia erit alia cau- sa: simile nanque in his est equiuocũ, in figuris enim, in similitudine forsità rationum consistit quæ

DE CAUSIS ET effectibus.

CAP. XVII.



Ambiget aut quispiã dcau- sa: & de eo cuius est causa sit ne tũ causa, cũ est id cuius est causa, veluti cũ frõdes decidũt sit ne tũ ipsa defluendi frondes causa, latitudo inquam foliorũ siquidem id illius sit cau- sa, vel cum deficit luna, sit ne tum interpositio terra? Nam si non est, aliqua alia erit ipsorum causa: si simul sunt causa & id cuius est causa: ceu si intercedit terra, deficit luna: aut si latitu- do est foliorum defluunt frõdes: tum mutuõ profecto demonstrabuntur. ¶ Sit enim. a. fron- des deponit. b. planta cuius sunt folia lata. c. vi- tis. Si igitur. a. cui libet cõpetit. b. omnis enim planta, cuius folia sunt lata, frondes deponit. b. vero ipsi. c. competit: latas enim frondes quæ libet vitis habet. a. etiam ipsi. c. competit: om- nisque vitis frõdes suas deponit. Atque causa. b. medium est, vt patet. At licet etiã per folio- rum defluxum, lata vitem habere folia demon- strare. Sit enim. d. lata habere folia, abijcere frõdes. e. vitis autẽ. f. Et igitur cui libet inest. f. om- nis enim vitis abijcit luas frondes. d. vero cui- libet competit. e. omnis nanque planta quæ frõdes deponit, habet folia lata: omnis ergo vitis habet folia lata, atque causa est foliorum deflu- xus. ¶ Quod si fieri nequit vt sint sibi mutuõ causæ, cauta nanque prior est eo cuius est cau- sa: & deficiendi quidem causa est in medio ter

quæ inter latera sunt, & angelorum æqualitate: in coloribus autem, in eo quo d vnitatis ipsius sensus sit aliqua, aut aliquo tali: ea vero quæ similitudine rationum eadem sunt, medium idẽ- tatem similitudine rationum idem habebunt. ¶ Causa autem, & id cuius est causa, atque id cui est causa, ita sese vt mutuo se sequantur habent: nam si hoc sumas per singula, id cuius est causa ad plura sese extendit: velut externos angulos quatuor reãtis æquales habere, amplius extendit se quam aut triangulum aut quadra- tum: quod si omnia sumas, æquatur: sunt enim quæcunque quatuor reãtis æquales externos angulos habent. Similiter sese habet & medi- um. Est autem ipsum medium extremi, ratio primi, quo circa scientiã omnes per defini- tionem fiunt: veluti spoliari frondibus, simul & sequitur vitem, & excedit: & ficum item, at- que excedit: sed non omne superat, sed æquat. Si igitur primum medium sumperis, ratio illud erit abijcendi folia: erit enim primum quidem medium versus extremum alterum, tales inquam vniuersas esse, deinde mediũ huius succum congelari, vel aliquid aliud tale. At si quispiam interrogauerit quid est defluere fo- lia: congelari respondebimus eius succum, qui in feminis coniunctione consistit. ¶ In figuris autem hoc pacto quispiam assignabit, quæren- tibus quonam pacto se sequuntur causa & id cuius est causa: ponatur. a. cui libet inesse. b. ip- sum autem. b. cuique competit eorũ quæ sunt d. a. igitur vniuersale hiis fuerit, quæ sunt. d. Etenim id vniuersale dico, quod non conuer- tur: id autem vniuersale vocito primum, cum quo vnum quodque quidem non conuertitur: vniuersa autem conuertuntur, atque æquan- tur. b. igitur causa est, vt. a. cunctis hiis compe- tat quæ sunt. d. oportet ergo ipsum. a. ad plura sese extendere, quam ipsum. b. quod si ita non est, cur magis hoc erit illius causa? quod si. b. non omnibus competit. e. erunt vniuersa illa vnum quid aliud ab ipso. b. alioquin quo nam pacto dicere licebit. a. quidem ipsum omni cõ- petere. e. ipsum autem. e. non omni compete- re. a. Cur vero non erit aliqua causa? nã ipsum a. cunctis competit. d. at ipsi etiam. c. & ipsa igitur vnum quid erunt: atque id considerare oportet: & sit. c. Fieri igitur potest, vt eiusdem sed non eiusdem specie, plures sint causæ veluti vt longè sint vita: quadrupedes quidem causa est, iplas bili vacare: volucres autem, ipsas esse ficcas, aut aliquid aliud. ¶ Quod si non statim accedunt ad indiuiduum, & si non solum vñ, sed plura sunt media, plures etiã & causæ sunt. Vtrum autem mediorum sit singulis causa, id

ne quod est versus vniuersaliter primum, an id quod versus singula collocatur? Patet igitur, ea esse quæ propinquissima sunt vnicuique, cui est causa. Nam vt primum sit sub vniuersali, hoc est causa, veluti vt. a. competat ipsi. d. causa est ipsum. c. vt igitur. a. competat ipsi. d. causa est ipsum. c. vt autem. a. competat ipsi. c. causa est ipsum. b. at vt huic insit, id ipsum. At enim de ratiocinatione quidem demonstratio neve, quidnam vtrumque sit, & quo fit modo, satis iam patuit: & simul etiam demonstratiua scientia: est enim idem.

In capitu. xvij. secun- dum sectionem Commentatoris sunt duo textus, nempe vigesimus quintus & vige- simus sextus. Sunt tamen in primo parti- cula nouem, & in secũdo alia decima. In hoc cap. postq in superiori ostendit quomodo propter quid, & genera- liter quodcunque medium sit inuestigandum, mouet v- nam quæstionem circa modum se habendi ipsius pro- pter quid, id est, causa ad suum effectum. Quærit nanq; vtrum quotiescunque effectus est, tunc etiam causa sit.

Text. 25.

Atqui hinc tandem colligit in octaua particula conclu- sionem huius capitis præcipuã, scilicet, quod inter cau- sam primam & effectum & eius proprium subiectum est mutua conuertentia. ¶ Quod si quis dubitet hanc quæ- stionem superius esse determinatam text. i. 3. & i. 4. vbi dictum est aliquas esse causas quæ simul sunt tempore cum suis effectibus, vt sunt interpositio terræ & eclipfis: alia vero quæ tempore præcedunt effectus, vt sunt lapi- des & fundamenta respectu domus, & generatio respec- tu prolis. ¶ Ad hoc respondetur, quod quæstio quæ hic mouetur pedit ex illa quæ illic determinata est. Dictum enim est illic, q; in inuestigatione causarum incipere de- bet syllogismus ab effectibus, vt domus est, ergo funda- mentum est: fundamentum est, ergo parietes sunt, & non e conuerso. Quærit ergo modo vtrum vniuersaliter hoc sit verum, q; ex effectibus semper inferatur causa, & ideo non proponit quæstionem vtrum effectus tunc sit quan- do est causa: sed e conuerso. (Est ne tunc causa cum est id cuius est causa.) Quapropter arguit ad partem affirmati- uam in causa quæ nõ semper est simul tempore cum suo effectũ, vt habere lata folia est causa quod folia cadant, & tamen non quodocunque est latitudo est casus, vt pa- tet in Augusto. Arguit ergo Aristote. ad partem affirma- tiuam, q; etiam in his, vbi est minor apparentia, quando cunq; est effectus sit simul causa. Et arguit dupliciter. Primo, causa & id cuius est causa debent esse simul, vt pa- tet de eclipfi & interpositione terræ: sed habere lata fo- lia est causa huius quod est folia cadere: ergo quando ca- dunt folia simul tunc est ipsa causa puta latitudo folio- rum: aut si tunc latitudo foliorum non est, alia est causa illius casus. ¶ Secunda ratio est ibi, (sit enim. a.) & est hæc, causa & effectus alterutrum demonstrantur, sci- licet, effectus per causam, & e conuerso, ergo sunt sim- ul. Consequentia est nota & probatur antecedens. Sit a. maior extremitas, frondes deponere. b. vero medium, lata habere folia: & c. minor extremitas sit vitis: sequi- tur tunc a causa ad effectum, omnis planta lata habens folia deponit folia: vitis lata habet folia: ergo deponit folia. Et e conuerso ab effectũ ad causam etiam sequitur, quæcunque planta deponit folia lata habet folia: vi- tis depo- tis depo

Dubium.

Text. 26.

3. Particul. nis deponit folia: ergo lata habet folia. ¶ In tertia particula, (Quod si fieri.) soluit vnum argumentum quod posset heri contra hoc. Non potest ex duobus vnum esse causa alterius & econuerso (intelligito in eodem genere causæ) quia causa est prior, natura saltem, quam effectus: ergo eadem ratione non potest vnum demonstrari per aliud, & econuerso. Respondet negando consequentiam: quia quando causa demonstratur per effectum nõ demonstratur propter quid cõclusionis, sed solum quia id est, ipsam esse veram: vt qui demonstrat terram nunc interponi quia luna modo eclipstat, non demonstrat causam illius interpositionis, sed solum quod interpositio est. Quod autem eclipsis sit causa interpositionis & non econuerso, probat egregie (quæ probatio est notanda) quia inquit in ratione dehiendi, id est, in definitione eclipsis ponitur interpositio & non econuerso: est em̃ eclipsis defectus lunæ ex interpositione terræ. ¶ In quarta particula, an fieri potest, soluit quæstionem propositam præmittens prius quod idem effectus potest procedere vt pluribus causis remotis, licet vnica sit causa proxima, vt esse vituperabile procedit ex vtroque extremo virtutis, scilicet, ex auaritia & prodigalitate: sit ergo a. id est, vituperabile quod conuenit. b. & c. id est, auaritiæ & prodigalitati, & per b. conuenit. d. id est, auaro: & per c. conuenit. d. id est, prodigo. Tunc inquit, ex quacunque istarum causarum sequitur effectus, tamen ex effectu nõ sequitur quæcunque causa. Non enim sequitur, est vituperabilis: ergo auarus: quia potest esse prodigus. ¶ In quinta particula textus, (an sit semper,) respondet formaliter ad quæstionem ista conclusionem: Quando effectus conuenit alicui toti, id est, alicui causæ per se primo vniuersaliter, tunc erit mutua conuertibilitas inter causam & effectum: vt causa proxima huius quod est vituperabile, est facere contra rationem, quod est commune cuiusque vitioso: tunc sequitur, iste est vituperabilis: ergo agit contra rationem. Ponit exemplum Aristor. in causa proxima casus foliorum arboris, quæ est congelatio humidi foliorum: nam latitudo solum est causa remota, quia videlicet arbores habentes talia folia habent multum humidi, quod dum congelatur deficit virtus ad retinendum folium, & ideo cadit: vnde folia lauri licet sunt lata, non cadunt: quia propter calorem non congelantur. ¶ In sexta particula, At quæret quispiam, tractat secundam hanc quæstionem: quæ pertinet ad maiorem explicationem superioris, an videlicet contingere possit quod eiusdem effectus non sit semper eadem causa, sed diuersæ. Et respondet ibi, an sit per se, supposita distinctione, quod causa alicuius effectus alia est per se & propria, alia vero per signum & per accidens. Conclusio ergo est, quod causa per se & propria non potest esse nisi vnica: nam causa per se debet esse definitio ipsius effectus, causa vero per signum & per accidens possunt esse plures. In exemplo superiori conclusio est manifesta: causa enim per se huius quod est esse vituperabile, est facere contra rationem: quæ quidem est vnica ratio in omni vitioso: auaritia autem quæ peccat per defectum, & prodigalitas quæ peccat per excessum, sunt signa & causæ per accidens, quod fiat contra rationem, per accidens enim est quod qui agit contra rationem faciat hoc vel illo modo: nam infinitis modis potest quis agere contra rationem. ¶ In septima particula, sit autem exponendo dictam conclusionem docet quomodo medium demonstrationis debeat proportionari extremitatibus, supposito prius hoc fundamento, quod tam id cuius est causa, id est, maior extremitas cuius medium est causa, quam id cui est causa, id est, quam minor extre-

mitas, cui medium est causa: vt conueniat illi maior extremitas, per accidens considerari potest, vt si dicamus, musicus ædificat, tam causa quam effectus consideratur per accidens: est enim musicus causa per accidens, domus: & domus, effectus per accidens musici. Addit vero quod huiusmodi propositiones non sunt de numero eorum quæ proponuntur, id est, non sunt problemata quæ per se habent demonstrari. ¶ Hoc igitur supposito subiungit, quod qualis fuerit habitudo maioris extremitatis ad minorem, tale debet esse medium. Hoc est, si effectus qui est maior extremitas sit æquiuocus, id est, proueniens ex diuersis causis, medium debet esse illa causa ratione cuius conuenit tali minori extremitati: si vero maior extremitas sit eiusdem generis cum minori extremitate, medium debet esse eiusdem generis. Ponit prius exemplum secundum: vt si iste effectus qui est, commutata proportionem se habere demonstrandus sit de quatuor lineis, aut de quatuor numeris, vt sicut duo ad vnum, ita sex se habent ad tria: ergo sicut sex ad duo, ita tria se habent ad vnum debet sumi pro medio hic terminus, quãtitates proportionabiles: nam quauis linea & numerus sint diuersæ species quantitatis, tamen illud medium propter quod illis conuenit permutatum proportionari, est vna ratio eiusdem generis communis illis. Exemplum autem primi est in coloribus & figuris: vt si similitudo debeat demonstrari de coloribus, aliud medium debet sumi quam si demonstraretur de figuris: ratio enim similitudinis in coloribus debet sumi in ordine ad sensum: quia scilicet, eodem modo afficiunt sensum: vt albedines disgregant, nigredines congregant visum: sed ratio similitudinis in figuris consistit in æqualitate angulorum & laterum. ¶ In octaua particula causa autem, ex dictis colligit hanc conclusionem principaliter intentam in hoc capite. Passio & proprium eius subiectum a propria & per se causa conuertuntur: vt si est risibile, est animal rationale: & si est animal rationale, est homo, & econuerso. Medium vocat causam, passionem vero id cuius est causa, sed subiectum id cui est causa, vnde subiungit, quod si pro subiecto sumantur singulæ species primi subiecti talis passionis, tunc passio excedit talia subiecta: vt sensibile cuius proprium subiectum est animal: superius est ad hominem & equum. Ponit autem exemplum vt solet in mathematicis, omnes namque simul angulos extrinsecos quatuor rectis æquiuale, est passio superior ad triangulum & quadrangulum, imo ad singulas species figuræ rectiliné: non enim solum triangulo & quadrangulo, sed pentagono & exagono & alijs omnibus rectilineis illud conuenit, vt ex. 31. & 32. conclusio nibus Euclidis libro primo colligitur. Si tamen dicas omnis figuræ rectiliné anguli omnes extrinseci æquivalent quatuor rectis, tunc quatuor: id est, talis passio conuertitur cum figura rectilinea. Et similiter, inquit, se habet medium talis passionis, quod, scilicet, excedit singulas species figuræ rectiliné. Inde infert corollarium, quod medium extremi ratio est primi, id est, medium quo maior extremitas conuenit minori, est definitio primi, id est, maioris extremitatis: & ideo omnes scientiæ demonstrant per talem definitionem. Vt verbi gratia, frondibus expoliari, est passio superior ad vitem & ficum & ad alias plures arbores & plantas, non tamen omnes superat, sed æquatur alicui: quia datur aliquod primum subiectum, id est, ali- quod genus arboris cui primo conuenit illa passio, quæ poterit demonstrari de tali subiecto per proprium medium: puta per hoc, quod est, humidum congelari. Omnis enim arbor cuius humidum congelatur, spo-

9. Particul.

Vniuersale primum.

Text. 26.

3. Particul. Conclusio principalis.

Corollariu.

c. causa est. b. scilicet, bona complexio, quæ causatur ex carentia cholera. a. vero per se ipsum conuenit ipsi b.

DE PRINCIPIORUM COGNITIONE.

CAP. XVIII



DE PRINCIPIIS Text. 1
autem, & quo pacto nota nobis euadant, & quis habitus ea cognoscendi sit, hinc patefiet, si prius ea de re dubitauerimus. Fieri itaque non posse, vt demonstratione quisquam scientiam consequatur: si prima principia medijs vacantia non noscat, prius est dictum explicatumque. Dubitauerit autem quispiam eorum quæ medijs vacant, cognitio eadem sit necne: & vtrum scientia vtriusque sit, necne: aut alterius quidem scientia, alterius autem aliquid aliud genus, & vtrum habitus eorum non insint, sed fiant, acquiranturque: an vero insint quidem sed lateant. ¶ Et quidem si ipsos habemus, absurdum est sane. Fiet enim, vt nos certiore, quam vlla demonstratio est, cognitione præditos esse ignoremus. Sin vero quas prius non habemus, inde acquirimus, quoniam pacto cognoscimus dicimusque quorum antecedens notitia nulla est? Id enim fieri nequit, vt de demonstratione etiam dicebamus. Constat igitur fieri non posse, vt hos, aut habeamus (non enim sane ignoramus) aut ignari nullumque eorum habentes habitum, consequatur. ¶ Necessè est itaque vim quidem nos aliquam potetiamque habere, non talem vero quæ his ipsis exactior certitudineque præstabilius sit. Videtur autem id ipsum animalibus cunctis inesse: vim enim quandam insitam discernendi habere, quam quidem vniuersi sensum appellant. Infito autem animalibus sensu, in quibusdam formæ sensibilis mansio sit, in quibusdam non fit. In quibus igitur non fit, hisce præter ipsum sentire cognitio aut omnino nulla, aut eorum circa quæ formæ mansio nõ fit, nulla est. In quibus aut fit vt causa sentiunt vnum quid in anima habeat, in his cū multa talia fiunt, differentia quæ dā emergit: itaque quibusdā e taliū visorū māsiõ ratio fit, quibusdā nõ fit. ¶ Ex sensu igitur



fit memoria, quemadmodum dici solet: e memoria vero sapius eiusdem rei facta, experientia nascitur. Plures enim memoriae, numero una experientia est: ab experientia vero illa genita, ex omnibus notitia fit: vniuersali quidem in anima iam consecuto, quod est vnum praeter multa, quodque in omnibus illis vnum inest, principium artis atque scientiae: artis quidem, si circa generationem sit: scientiae vero, si sit circa id quod eodem modo semper existit. Neque igitur determinati habitus insunt, neque ab alijs ad cognoscendum magis aptis habitibus, sed a sensu, vt diximus, fiunt veluti in praelio facta fuga, cum constitit vnus, constitit & alius, & alius deinde, donec ad principiu est ventum. Anima certe talis est, id pati vt possit. Quod autem dictum est antea, sed no dilucide dictum est, id rursus dicamus. Nam cum eorum quae eandem impromiscuamque in omnibus rationem habent, vnum constitit, principio vniuersale quidem in anima est, primum tum in anima nascitur vniuersale. Etenim sentitur singulare quidem, sensus autem ipsius vniuersalis vt hominis, no autem Calliae hominis est. Rursus in his ipsis stat, quoufque & ea quae partibus vacant, & ipsa stent vniuersalia: veluti tale animal, donec fiet animal, & in hoc modo eodem. Neceſse est igitur, vt ex hisce patet, ipsa prima inductioe cognoscere. Sic enim & sensus facit in nobis ipsum vniuersale. Cum autem mentis habituum, quibus verum perspicimus, quidam veri perpetuo sint, vt intellectus atque scientia: quidam autem interdum falsum suscipiunt, vt opinio, subducendaeque ratiois vis nulluque aliud genus exactius scientia sit qua intellectus, atque principia notiora sint demonstrationibus, scientiaque cu ratione sit omnis: haec inquam cum ita sint, scientia quidem principiorum no erit: sed cum fieri nequeat, vt aliud quicquam verius scientia quam intellectus ipse sit, intellectus profecto principiorum habitus erit. Quod ex eo quoque perspicuum fuerit, quia demonstrationis principium non est demonstratio. Quare neque scientia scientia. Si igitur praeter scientiam, nullum aliud genus verum habemus quam intellectum, intellectus sane scientiae principium erit: atque principium quidem est ipse principij: scientia autem, ad rem omnem sese habet similiter.

A P I T V L V M
hoc decimo octauum, atque adeo postremum, quod apud Commentatorem est textus vigesimo septimus, in sexque diuidi-

tur particulas, sextum atque vltimum membrum huius secundi libri. In quo post longam disputationem qua traditus est modus cognoscendi principia incomplexa, scilicet, quod quid & propter quid est, breuiter ostendit quomodo cognoscantur principia complexa quae prima sunt & immediata: nam si sint mediata, in primo libro monstratum est probanda esse per resolutionem ad immediata. Atqui hoc (inquit) cognoscetur si de re ipsa prius dubitauerimus. Supponit ergo primum ex priori libro, quod nulla demonstratio sufficit generare scientiam, nisi prima ipsa principia: in quae omnes praemissae resoluuntur, cognoscantur. Quo supposito mouet tres quaestiones, in hoc capite terminandas. Prima est, vtum eadem sit cognitio omnium principiorum id est, vtum idem sit modus cognoscendi omnia. Secunda, vtum vtriusque (scilicet, generis principiorum mediatorum & immediatorum) sit scientia, an alterius (scilicet mediatorum) sit scientia, aliorum vero) scilicet immediatorum) sit aliud genus cognitionis, puta intellectus. Tertia quaestio est, Vtrum cognitio primorum principiorum sit aliquis habitus a natura genitus, qui lateat antequam ipso vtamur an sit potius habitus vsu & exercicio acquisitus vt habitus scientiae. In secunda particula. Si igitur ipsos, disputat tertiam quaestionem pro vtraque parte. Et quod non sit habitus naturalis probat, quia si est a natura genitus, necesse est vt nos lateat & sit occultus antequam habeamus rationis vsu: absurdum autem est, inquit, vt habitus intellectus, cum sit certior illo qui acquiritur per demonstrationem, lateat nos, & tamen habitus ipse scientiae non lateat habentem: dictum enim est in primo libro, quod sciens aliquam conclusionem, scire se scire illam. At quod non sit acquisitus per artem arguit: quia tunc habitus primorum principiorum deberet generari ex praexistente cognitione sicuti scientia ipsa, omnis enim cognitio, id est, iudicium propositionis ex praexistente sit cognitio: vt in fronte statim primi libri propositum & expositum est: si tamen sint prima principia, repugnat vt eorum cognitio ex praexistente fiat cognitione. Et ita concludit dicens. Constat igitur, &c. id est, concluditur vtramque partem esse falsam, scilicet, & quod talis habitus sit a natura, quia tunc nullo eum tempore ignoraremus: & rursus falsum est, vt eum prius non habentes postea acquiramus: quia non apparet, ex qua priori cognitione generetur. In tertia particula. Neceſse est itaque, soluit eandem tertiam quaestionem per hanc conclusionem. Cognitionem primorum principiorum praecedit in nobis a natura vis aliqua & potentia qua principia cognoscimus: non tamen praecedit aliquis habitus qui sit certior ipsis principijs, sicut habitum scientiae praecedit habitus intellectus. Explicat autem statim quanam sit ista praecedens virtus & potentia. Est enim sensus & intellectus. Vnde distinguit dupliciter inter animalia. Omnibus enim inquit in vniuersum animalibus communis est potentia sensitua qua discernunt obiecta quibus nutriuntur. Cum enim omne animal alimento aliquo nutriatur, datus est illi sensus quo nutrimentum percipiat. Est tamen prima differentia, quod in aliquibus animalibus manet aliqua impressio sensibilis in absentia obiecti. In animalibus perfectis memoriam habentibus. In alijs vero aut nulla impressio manet, sicut in his quae non mouentur localiter, aut forte non manet: nisi quando obiectum est vehementissimum, vt in aliquibus animalibus imperfectis. Et istis nulla est cognitio sensitua: nisi in praesentia.

Tres quaestiones.

Conclusio.

praesentia obiecti. Secunda differentia est inter animalia habentia memoriam, quae licet omnia referunt species sensibiles in absentia obiecti, bruta quidem, quae intellectu carent non conferunt vnum singulare ad aliud: quare non possunt elicere vniuersale ex singularibus: homines vero qui sunt virtutis intellectucae, possunt vnum ad aliud singulare comparare, non solum in intellectu, sed quodam modo etiam per virtutem imaginatiuam, quae altior est qua in brutis, vt in .2. de anima videtur. His ergo suppositis, in quarta particula. (Ex sensu igitur.) probat Aristotel. conclusionem, dicens ex sensu fieri memoriam, quemadmodum dici solet, vt habetur. 1. Metaphysic. capitu. 1. ex memoria vero fit experientia: (quae non est aliud quam memoria saepe eiusdem rei frequentata:) ab experientia vero homo per intellectum abstrahit vniuersale, quod est vnum praeter multa: vt in prologo praedicta bilium quaestione prima satis expositum est. Illa igitur cognitio vniuersalis, si sit circa generationem, id est, circa factibilia contingentia, est principium artis: si vero sit circa id quod eodem modo semper existit, est principium scientiae. Concludit ergo, (Neque igitur.) id est, habitus principiorum neque sunt determinati, id est, naturaliter geniti, neque ex alijs certioribus generantur: sed a sensu hoc modo fiunt. Veluti in praelio dum ex his qui uicti fugiunt vnus pedem sistit, & item alter, & tertius, reparato agmine, fit principium integri belli. In quinta particula, Quod autem, &c. Explicat amplius hanc rationem. Vbi notandum est, quod si sensus non perciperet nisi singularia determinata sub ratione singularium, puta Calliam & Socratem, non vtique posset abstrahere vniuersale, quia in illis nulla ratio vniuersalis lucet: sed

tamen sensus percipit singularia vaga, scilicet, hunc hominem, hoc animal, hanc substantiam, &c. Et ideo cum illic iam luceat ratio vniuersalis intellectus agens ex sensu abstrahit illam rationem vniuersalem a singularibus, scilicet, homo animal, &c. In sexta demum & postrema particula, Cum autem. respondet Aristotele ad priores alias duas quaestiones. Et solutio ad ambas stat in hoc, scilicet, quod omnium primorum principiorum eadem est cognitio: non quidem scientia, sed intellectus probat duabus rationibus. Prima, habituum intellectus alij sunt quidem perpetui, id est, semper veri: vt intellectus & scientia, praetertit sapientiam, quam. 6. Ethico. istis annumerauit, eo quod includat intellectum & scientiam, per istos intelligitur alij vero sunt qui possunt esse falsi: vt opinio & assensus, quem generat syllogismus falligra phus & dialecticus, quos vocat vim subducendae, id est, decipiendae rationis. Habitus ergo principiorum, cum sit necessarius, non potest esse opinio: ergo vel est intellectus vel scientia, rursus cum principia sint notiora quam scientia, & intellectus sit certior quam scientia, fit vt habitus principiorum non sit scientia, sed intellectus. Secunda ratio est ista, Quod ex eo. Principiorum primorum demonstrationis non est demonstratio, alias demonstrationes irent in infinitum, scientia vero generatur per demonstrationem: ergo habitus principiorum non est scientia: cum ergo praeter scientiam nullus alius sit habitus necessarius quam intellectus fit vt habitus principiorum sit intellectus. Inter obscuritatem prolixitatemque huius operis cum nauigauerim, haud scio vnde plus damni acceperim: vt tunc tamen, Deo debetur quod emerse- rim, cui laus in aeuum sit perpetua.

Abstractio vniuersalis.

Finis Commentariorum Fratris Dominici Soto Theologi in libros Posterioꝝ Aristote.

S A L M A N T I C A E,
In aedibus Dominici a Portonarijs S.C.M. Typographi.
M. D. LXXIIII.

Antonio de Soto
Dignissimo Viri Calceolari, & usque apud
Salmanicae Alexata, omnis eius de Academia
Armenorum de Saluacionis familiae deus excusator



VNIVERSIDAD
DE SALAMANCA
GREDOUSAL.BS

Don H. Perla raca dedist...
Tencia Regalica Penitencia

[Large handwritten signature]

que lo lo que mal que lo do
tu lo chamele muchos de lo suado

193

Los dias que faltado a lecion	
de curso los dias que	
estubo malo	7
mas dias	7
mas dias	7
mas dias	7
mas dias	7
mas dias	7

Alm...
Alm...